n°209

UVA. BHSC. IyR_021

2362

297.

3-8-2

21

UVA. BHSC. IyR_021

UVA. BHSC. IyR_021

UVA. BHSC. IyR_021

¶Hec eſt tabula omniū ſermonum
contentorum hoc in uolumine.

¶Dominica in.lxx.
¶De facilitate bonorum operum. ſermo primus.
¶Feria ſecunda
¶De qualitate conditionibus ſeu regula bonorū operū. ſermo.ii.
¶Feria tertia
¶De his que mouere habēt peccatores ad obediēdum deo. ſermo.iii.
¶Feria quarta
¶De infinita miſericordia dei. ſermo quartus.
¶Feria quinta
¶De complacentia dei quando peccatores conuertuntur ad peni/
tentiam. ſermo quintus.
¶Feria ſexta
¶De inflāmato & ardētiſſimo amore dei erga pctōres. ſermo. vi.
¶Sabbato do. in.lx.
¶De dilatione penitentie. ſermo ſeptimus.

¶Dominica in.lx.
¶De fructuoſo & utili uerbo dei. ſermo octauus.
¶Feria ſecunda
¶De uerbo dei & eius auditione. ſermo nonus.
¶Feria tercia
¶De ſeueritate diuine iuſticie. ſermo decimus.
¶Feria quarta
¶De ſeueritate diuine iuſticie contra Origeniſtas. ſermo.xi.
¶Feria quinta
¶De grauitate pene damnatorum. ſermo.xii.
¶Feria ſexta
¶De grauitate pene damnatorum. ſermo.xiii.
¶Sabbato dominice in.l.
¶De grauitate pene damnatorum. ſermo.xiiii.

¶Dominica in.l.
¶De potentia dei. ſermo.xv.
¶Feria ſecuuda
¶De timore dei. ſermo.xvi.

UVA. BHSC. IyR_021

Feria tertia

De ieiunio. sermo. xvii.

Feria quarta cinerꝫ

De ieiunio. sermo. xviii.

Feria quinta

De usu & laudibus sanctissime orationis. sermo. xix.

Feria sexta

De cõditionibus que requirũtur in oratione. sermo. xx.

Sabbato. i. dominice in. xl.

De impedimentis orationis. sermo. xxi.

Dominica. i. in. xl. in mane

De tempore bene dispensando. sermo. xxii.

Post prandium

De uita hominis. sermo. xxiii.

Feria secunda

De ueritate tremendi iudicii. sermo. xxiiii.

Feria tertia

De formidabilibus iudicii signis. sermo. xxv.

Feria quarta

De ordine & conditionibus iudicii. sermo. xxvi.

Feria quinta

De necessitate sanctissime confessionis. sermo. xxvii.

Feria sexta

De sanctissima confessione. sermo. xxviii.

Sabbato dñice. ii. in. xl.

De fructuosa & utili confessione. sermo: xxix.

Dñica. ii. in. xl. in mane

De fetidissimo luxurie uitio. sermo. xxx.

Post prandium

De execrando adulterii uitio. sermo. xxxi.

Feria secunda

De fuga peccati. sermo. xxxii.

Feria tertia

De superbie uitio. sermo. xxxiii.

Feria quarta

De periculoso ambitionis uitio. sermo. xxxiiii.

Feria quinta

De uitio uane glorie. sermo. xxxv.

UVA. BHSC. IyR_021

¶ Feria sexta

¶ De inobedientia. sermo. xxxvi.

¶ Sabbato. iii. dñice in. xl.

¶ De uitio contentionis. sermo. xxxvii.

¶ Dominica. iii. in. xl. in mane

¶ De ira dei. sermo. xxxviii.

¶ Post prandium

¶ De discordie uitio. sermo. xxxix.

¶ Feria secuuda

¶ De diuitiis. sermo quadragesimus.

¶ Feria tertia

¶ De execrando symonie uitio. sermo. xli.

¶ Feria quarta

¶ De cogitationibus malis uitandis. sermo. xlii.

¶ Feria quinta

¶ De religiosa uotorum emissione. sermo. xliii.

¶ Feria sexta

¶ De misericordia proximis exhibenda. sermo. xliiii.

¶ Sabbato. iiii. do. in. xl.

¶ De simulato adulationis uitio. sermo. xlv.

¶ Dñica. iiii. in. xl. in mane

¶ De sacro cultu dierum festorum. sermo. xlvi.

¶ Post prandium

¶ De pietate defunctis exhibenda. sermo. xlvii.

¶ Feria secunda

¶ De purgatorio & atrocissimis eius penis. sermo. xlviii.

¶ Feria tercia

¶ De iudicio curioso & temerario. sermo. xlix.

¶ Feria quarta

¶ De sacratissimis ecclesie indulgentiis. sermo. l.

¶ Feria quinta

¶ De uiduitate seruanda & eius laudibus. sermo. li.

¶ Feria sexta

¶ De diuinitate domini nostri Iesu Christi. sermo. lii.

¶ Sabbato do. de passione

¶ De aduentu Antichristi. sermo. liii.

¶ Dominica de pas. in mane

¶ De honore parentum. sermo. liiii.

UVA. BHSC. IyR_021

¶ Post prandium
¶ De maledictionibus diuersarum creaturaꝝ. sermo.lv.
¶ Feria secunda
¶ De inuidie uitio. sermo.lvi.
¶ Feria tertia
¶ De detractionis uitio. sermo.lvii.
¶ Feria quarta
¶ De periurii uitio. sermo.lviii.
¶ Feria quinta
¶ De Maria Magdalena. sermo.lix.
¶ Feria sexta
¶ De horrendo homicidii uitio. sermo.lx.
¶ Sabbato do.pal.
¶ De sacratissima communione. sermo.lxi.
¶ Dominica palmarum
¶ De contemptu mundi. sermo.lxii.
¶ Feria secunda
¶ De mysterijs sacramenti Eucharistie. sermo.lxiii.
¶ Feria tertia
¶ De ueritate sacramenti Eucharistie. sermo.lxiiii.
¶ Feria quarta
¶ De sacramento Eucharistie. sermo.lxv.
¶ Feria.v.in cena dñi
¶ De exemplis a Christo nobis exhibitis. sermo.lxvi.
¶ Feria.v.in cena dñi
¶ De missa. sermo.lxvii.
¶ Feria.v.in cena dñi
¶ De baptismo. sermo.lxviii.
¶ Feria.v.in pasce.
¶ De passione.dñi nostri Iesu Xpi & eius doloribus. sermo.lxix.
¶ Sabbato sancto.
¶ De morte domini nostri Iesu Christi. sermo.lxx.
¶ Dñica resurrectionis
¶ De ipa resurrectióe do.n.Iesu xpi.s.de eius iocúditate.ser.lxxi.
¶ Feria secunda
¶ De resurrectióis dñi tpalitate q̃litate & ueritate.sermo.lxxii.
¶ Feria tertia
¶ De resurrectione generali omniú defunctoꝝ.sermo.lxxiii.

UVA. BHSC. IyR_021

¶ Sacre theologie magistri necnō sacri eloquii preconis celeberrimi fratris Roberti de Litio ordinis Minorū pfessoris opus quadragesimale putilissimū qđ de penitentia dictum est. feliciter incipit.

¶ Dominica in Septuagesima. De facilitate bonorū operꝝ seu bene operandi: propter quam peccatores ad penitentiam redire debent. ¶ Sermo primus.

Vlti sunt uocati pauci uero electi ¶ Habētur hec uerba Mathei. xx. ca. & in euāgelio hodierno. Propter nimiam caritatem suam qua diligit deus rationalem creaturam non desinit uocitare miseros pctóres post lapsū atq; ruinā peccati ut ad eū redeant p penitentiā. Monet eos & expectat blande multifariam multisq; modis attrahit & allicit illos ut non desperent: sed currant confidenter ad fontē clementie sue. Pleriq; uero negligunt renuuntq; obedire uoci eius suauissime existimantes opera bona in quibus penitentes exercerī oportet nō solum difficilia & dura: sed oīno impossibilia ¶ Quo errore firmato in eorum mēte licentiā in malo pseuerandi suscipiūt indiesq; deteriores fiūt. Qua ppter existimaui rem fructuosissimā facere si apuero quāta sit ad bene operandum rectēq; uiuendum facilitas & suauitas ¶ Vnde in hoc sermone ad excitanda corda dura peccatorꝝ: quos deus uocat ut p penitentiā electorꝝ numero ascribant de facilitate bonorū operū ero uerba facturus qm̄ sapiētissimus mūdi redemptor i themate iam pposito explicat manifeste tarditatem renitentiū quibus salus eē non pōt asserens multos fore uocatos electos uero paucos ¶ Quia pauci sunt fortes animo ad uirtutū opa aggrediēda: quibus facilitatē actuū uirtuosorū ostendendam duxi maxime ppter tria ¶ Primo ppter causam originalem. Secundo propter adiutoriū diuinale ¶ Tertio propter premium eternale.

¶ Quod facile ē unicuiq; operari bonū ppter causā originalē que ē hominis uoluntas libera que nō cogit̄. ¶ Ca. primum

PRimo ostendo facile eē unicuiq; operari bonū ppter causā originalem ¶ Nam si recte consideremus unde ē q aliq boni aliqui mali sint. nonnulli recte nōnulli uero pniciosissime uiuant inueniemus pfecto id puenire ab uniuscuiusq; libero arbitrio &

UVA. BHSC. IyR_021

ſpontanea uoluntate. Hoc aſſerũt oĩneſ ſapienteſ ſiue philoſophi ſiue ſancti. Vnde Ariſtoteleſ. v. ethicoꝝ. c. vii. ait. Iuſtũ opari oĩne uoluntariũ eſt. Et in. iii. Ethic. c. iii. Virtuſ uoluntariũ eſt & nihilminuſ & malicia uoluntariũ eſt. Et ibidem Beatuſ inquit nulluſ nolenſ eſt. Et Seneca libro de moribuſ ait. Oĩne peccatũ actio ẽ uoluntaria. Et idem ad Lucillũ. Valẽtior oĩni fortuna animuſ eſt & in utranq; partẽ ipſe reſ ſuaſ ducit beateq; ac miſere uite ſibi cauſa eſt. Et Saluſtiuſ in iugurtino. Dux atq; Impator uite mortaliũ animuſ eſt. Hinc Auguſ. li. v. de ci. dei. x. c. dicit. Sunt noſtre uolũtateſ in nobiſ & ipſe faciũt quicqd uolendo facimuſ ſiue bonũ ſiue malũ. In li. uero de libero arbitrio. Peccatũ aſſerit uſq; adeo fore uoluntariũ ꝙ ſi nõ eẽt uoluntariũ nullum eſſet peccatũ. Quod dictũ etiã ſacri Canõeſ ſepiuſ cõfitenẽ ſicut patet. xlv. di. c. De iudeis. Et. xv. q. i. c. Merito. c. Illa. c. Nõ eſt. Et. xxxii. q. v. c. Sicut. n. Et. xxiii. q. iiii. c. Nabuchodonoſor. ubi dicitur. Vaſiſ ire nunq̃ deuſ redderet interitum ſi non ſponteneũ inuenireẽ homo habere peccatum. Et idem habeẽ de ſentẽcia excõmunicatiõiſ. c. Cũ uolũtate. l. di. c. Si qua femina. c. Si quiſ. c. Quantum. c. Hi qui. c. Sepe cõtingit. Et. C. ad. l. Corneliã de ſiccariiſ. l. i. Et. ff. de furtiſ. l. qui in iur. in ꝓncipio. Et hoc retulit Tulliuſ in. ii. Rhetor. noue inqenſ. Voluntatẽ in oĩnibuſ rebuſ ſpectare cõuenit. Et Seneca ad Lucillũ. Actio ait recta nõ erit niſi recta fuerit uolũtaſ. ab hac. n. actio. Gratianuſ inſup cõfirmat qđ dicimuſ de pe. di. ii. c. Si. n. ſ. Liberi arbitrii. Nec ad uirtutẽ nec ad uitia neceſſitate trahimur: ſed uoluntate. Hieronimuſ aũt in queſtionibuſ ad Helbidiã ſic pulchre loquit. Hominеſ ſuo arbitrio derelicti ſunt. Neq; enim bonũ neceſſitate faciunt ſed uoluntate ut credenteſ coronã accipiãt increduli ſupplicuſ mancipenẽ. Et iterũ ibidem ait. Deuſ equali cunctoſ ſorte generauit & dedit arbitrii libertatẽ ut faciat unuſquiſq; quod uult ſiue bonũ ſiue malũ. Intm̃ aũt dedit hominibuſ libertatẽ ut uox impia diſputet cõtra creatorẽ ſuũ & cauſaſ uoluntatiſ illiuſ pſcruteẽ. hec ille. que oĩnia ſapienſ breui ſententia collegit Eccleſ. xv. c. ubi ait. Deuſ ab initio cõſtituit hominẽ & reliquit eũ in manu conſilii ſui. Et paulo poſt ſubdit. Appoſuit tibi ignem & aquã ad qđ uolueriſ porrige manũ. ꝙ aũt homo liberi ſit arbitrii probat ſanctuſ Tho. i. pte ſũme. q. lxxxiii. qm̃ niſi ſic eẽt fruſtra eſſent conſilia exhortationeſ & p̃cepta ꝓhibitioneſ p̃mia & pene. Inſup

UVA. BHSC. IyR_021

idipſum colligiē a ſufficienti agentiū diuiſione. Quedam. n. ſunt que agūt abſq; iudicio ſicut lapis mouet deorſum abſq; cognitiōe. Quedam agunt iudicio ſed non libero ſicut alia bruta. Iudicat quidem ouis uidens lupū eum eſſe fugiēdū naturali iudicio & non libero qa non ex collectione ſed ex naturali inſtictu. Et ſimliter eſt de quolibet brutorū aialium. Sed homo agit iudicio qa p uim cognoſcitiuā iudicat aliqd eē fugiendū uel ꝓſequendū. Et qa iudiciū illud nō eſt ex naturali inſtincta in particulari opabili ſed ex collectiōe rōnis ideo agit libero iudicio potens i diuerſa ferri. Rō quippe circa cōtingētia habet uiam ad oppoſita ut patet in dialeticis ſylogiſmis & rhetoricis ꝓſuaſionibus. Particularia autem operabilia ſunt quedam contingentia. Et ideo circa ea iudicium rōnis ad diuerſa ſe habet & non ē determiate ad unū. Et p tanto neceſſe ē q̄ homo ſit liberi arbitrii eo ipſo q̄ eſt rōnalis. hec Tho.

Que uero ſit differentia inter liberū arbitrium hominis aut angelorum uel beatorum ſiue ipſius ſummi dei non eſt propoſiti noſtri cum intendam tantū clare patefacere cunctis quod probatum eſt per iam dicta. uidelicet q̄ qui uolunt bene operari & boni eſſe id facile pñt quia ex eorum uolūtate id dependet. Qui uero mali sūt & mala facere non formidant ideo ſic faciūt quia ſic uolunt & ex conſequēti ſi ꝓpter peccata damnantur mali & ꝓpter iuſticie opa ſaluant boni. nullus damnat neq; ſaluat inuitus. Sed non imerito ꝓpter ea que dicta ſunt circa tria dubitare contingit. Prīo circa liberi arbitrii uiolentiam. Scd̄o circa liberi arbitrii excellentiam. Tercio circa liberi arbitrii pniam. Prīo dubitatur circa liberi arbitrii uiolentiā. Vtꝝ. ſ. liberū arbitriū cogi poſſit aut uiolēari. Et qbuſdā uidetur q̄ ſic. Prīo a ꝓpria natura. Scd̄o ab alia creatura. Tercio a creatrice dīna eſſentia. Prīo uidet qbuſdam non bene intelligentibus q̄ liberum arbitriū in aliquibus cogi poſſit & uiolentari ab eorū ꝓpria natura ꝓpter nebemētes quaſdam paſſiōes & naturalem concupiam qbus q̄ſi uidenē impelli ad maliciam inuolūtarii ſicut patet de qbuſdam qui nulla diſciplina nulla correctiōe nulla moītione timore punitiōe caſtigatiōeq; emendanē. Quare uidenē talibus adeo annexa uita & peccata ut etiā ſi uelīt abſtinere nō poſſunt. Ego uero dico cū Giraldo odonis ſup. iii. ethicoꝝ. q̄ nulla naturalis concupia quantumcūq; intenſa p naturitatē uel etatē neceſſitat uel cogit hominē ad eē malū & uicioſū inuoluntarie eo q̄ per rationē unuſquiſq; ſuperare pōt quaſcunq;

UVA. BHSC. IyR_021

passionesꝫ etiã potentissimasꝫ inclinãtesꝫ ad malum ¶Et hoc constat non solum ex scripture sacre testimoniis sed etiam ex dictis atq; exẽplis moraliũ philosophoꝝ ¶Sũt Senece uerba ad Lucillũ. d. Erras enim si existimas nobiscũ uitia nasci ¶Supuenerunt ingesta sunt: nulli nos uitio natura consiliat. nos illa integros ac liberos genuit hec illa ¶Qualiter aũt hi qui malitiosissimi uidẽtur eẽ si uolũt boni fieri possunt ostendit Valerius Maximus libro. vi. de mutatione morum & fortune. Ibi. n. de Lucio Sylla sic loquit̃ Lucius sylla usq; ad questure sue cõmitia uitam libidine uino ludicre artis amore inquinatam perduxit ¶Quapropter. C. Marium consulem moleste tulisse traditur q; sibi asprimum i affricam bellum gerenti tam delicatus questor sorte obuenisset: eiusdem uirtus q̃si pruptus & disiectis nequitie qua obsidebat̃ claustris cathenas iugurte iniecit manibus. Mitridatẽ cõpescuit socialis belli luctus repressit. Ibidẽ narrat de Temistode philosopho q adolescens tanta fuit pollutus infamia. q; se ab eo pater abdicauit & mater ꝓpter filii turpitudinem laqueo se suspendit. Euasit deinde robustiore etate philosophus clarissimus & Athenarũ princeps. Apparet ergo & clarũ ẽ ab homine uolente superari posse omnem malã inclinationẽ prauãq; consuetudinem ¶Secundo uidetur aliis non recte sapientibus qđ liberũ arbitrium cogi possit atq; compelli ab alia creatura utputa ab influẽtia celestiũ corpoꝝ siue a malitia demonũ ¶Sed de corporibus celestibus quem admodũ nihil possint supra liberũ arbitrium ad illud cogendum diffusius suo loco dicam ¶Nunc audire sufficiat quid de diabulo sit tenendum. Posset nãq; qs dicere q; quandocũq; alqs potens & sapiens pliat̃ cum debili & insipiẽti q; de necessitate uincit & supat illum & perconsequens cogit & uiolẽtat eum iuxta dictũ philosophi. ix. ethi ¶Qui habiles sũt ingenio naturaliter sunt domini ¶Qui uero lubrici corpore naturaliter sunt serui ¶Sed diabolus potentior & sapientior homine. Importune temptat illum ut mala faciat. ergo sequit̃ q; de necessitate hominẽ uincat & superet eiq; supato atq; deuicto uim inferat ac uiolentiam ¶De sapientia siquidem siue astutia hostis antiq. Augus. loqt̃ in libro de natura demonum. d. Diabolum habere mille nocendi modos. Quod etiam notat̃ in decretis. xxvi. q. iii. in. c. Scendũ ¶De ptãte etiam eius loqt̃ Iob. xli. c. d ¶Non est ptãs sup terram que comparetur ei. Quod Io. Apoc. xii. declarauit cum dixit ue terre & mari qa descendit ad uos diabolus habens iram magnam. i. potestatem. Quod

UVA. BHSC. IyR_021

importúa autem & frequens sit contra nos eius pugna Petrus apo/
stolorꝫ princeps .1. epistola. c. v. clamans audiat¶Sobrii estote &
vi. qa ad. uester. d. t. l. ru. c. q. quē de¶Ergo videt ꝙ nullus etiá
volēs cauere sibi possit a malo & operari bonum cum diabolus in/
distincte omnes oppugnet¶His ita respondeo. Quod diabolus non
temptat hominem quantum potest quantum scit & quantú vult
sed quantú a deo nobis benigno permittit¶At ut gentiú doctor
Pau. 1. cor. x. c. memit. Fidelis deus ē q nó patiē nos tēptari supra
id qđ potestis sed facit cú temptatione prouentú ut possitis sustí/
nere. Propterea debilis est hostis & nó uincit nisi uolentē¶Tertio
instant aliqui ꝙ libeꝛ arbitriú cogi possit ab ipsa creatrice diuina
eēntia. ex eo ꝙ Io. vi. scribit¶Nemo pót uenire ad me nisi pater
qui misit me traxerit illum. Sed tractus est motus uolentis ut. d.
philos. ergo libeꝛ arbitriú uolentē¶Et. Prouer. xx. habetur
Sicut diuisiones aq̄rum ita cor regis in manu dñi quocúq; uoluerit
immutabit illum¶Sed talis imutatio ē quedam coactio. ergo deus
cogit liberum arbitrium¶Preterea deus potest omnia facere quia
est omnipotens. ergo potest & cogere ac uolentare liberum arbi/
trium¶Propter hec declaranda notanda sunt tria secundum do/
minú Bon. in ii. di. uicesimaquinta¶Primo notādum ꝙ de libero
arbitrio possum us loq dupliciter. s. quantú ad actú exteriorem. &
quantú ad actú interiorem¶Si loquamur ꝓmo mó respecta talis
actus pót interuenire coactio. Pót. n. quis compelli ut ipo nolēte
genua coram idolo flectat¶Si autem loquamur quantú ad actum
interiorem qui. s. est uelle eligere & consentire sic nullo modo pót
cogi nec ab agente creato nec a deo creatore¶Scđm notandum
ꝙ cum dicit liberú arbitriú a deo non posse cogi dupliciter potest
intelligi. aut ita ꝙ deus nó possit auferri libertatē & sup íducere
coactionem¶Et hoc falsú est quia pro imensitate potentie sue nó
solum pót conditionem mutare nature sed naturam ipsam creatā
in nihilú etiā uertere. Alio mó pót intelligi ꝙ deus nó possit libeꝛ
arbitriuꝫ cogere salua ꝓprietate libertatis & eius natura¶Et hoc
mó uerú ē ꝙ ípossibile est deú liberú arbitriú uolentare posse p
eo ꝙ íplicat í se duo cótradictorie oppositā¶Ex hoc. n. ꝙ libeꝛ
est si aliqd uult libere uult¶Et ex hoc ꝙ uolúcarium est si aliqd
uult uoluntarie uult & seipso mouente uult qa scđm¶Ar. iii. ethi.
c. iii¶Voluntarium utiq; videt esse cuius principiú in ipo est. Ex
hoc autē ꝙ libeꝛ arbitriú cogit si qd uult seruiliter uult & si quid

UVA. BHSC. IyR_021

uult fuite uult & ſi qd uult ab alio uult. qa iuxta ſntā Ar. iii. ethi. c. i. ¶ Violentū ē cuius principiū ē extra nihil cōferēte uim paſſo. ¶ Ergo libez arbitrium a deo cogi nō eſt aliud q̄ actum eius ſimul & ſemel eſſe liberum & ſeruilem. eſſe uoluntarium & non uolunta/ rium. eſſe a ſe & non a ſe. ¶ Si ergo eſt impoſſibile p̄ claudat in ſe utramq; partem contradictionis non tantum eſt impoſſibile crea/ ture ſed ipſi optimo deo: quia illud poſſe nō eſt poſſe. Et ſic reſpō/ dēdū eſt ad tertiū obiectum. Tertium notandum p̄ differt dicere. uolūtatem īduci. uolūtatē mutari. & uolūtatem cogi. ¶ Tunc enim induci dicit̄ quando aliqua perſuaſio ei fit q̄ diſponit̄ ut ad aliqd̄ appetibile inclinet̄ que ſi ualde intenſa eſt non ē coactionis ſortit̄ quamuis non ſit uera coactio. ¶ Tunc autem uoluntas mutat̄ q̄n ipſa nolēte unum potenti uirtute affectio immittit̄ ei in contrariū & de nolēte fit uolēs ita p̄ una affectio expellit̄ & cōtraria indu/ cit̄. ſicut cum deus amatorem tempalium facit tpaliū contēptorē. ¶ Et de hoc dicit. Dauid i pſal. Hec mutatio dextre excelſi. ¶ Et hec dicit̄ eſſe quedam compulſio & tractio diuina. ¶ Tūc uero uolūtas dicitur cogi q̄n intelligit̄ ipſam inuitā aliquid uelle & repugnante actu uoluntatis deliberatio aliena uirtute mouēte & repugnātia manente ad aliqd̄ inclinari nolendo. ¶ Voluntas ergo induci pōt ab agente creato mutari uero ab alio non pōt niſi ab agente creato. Et p̄ hac mutatiōe ſumit̄ tractio illa de qua dictū eſt opponendo Cogi aūt uolūtas a nullo pōt. Et hoc Bern. tenuit in lib. de libero arbitrio cū dixit. ¶ Volūtas p̄ ignēita ſui nobilitate nulla cogit̄ ne/ citate. ¶ Scd̄o dubitat̄ circa liberi arbitrii excellentiam. q̄m hoc qd̄ hōi cōceſſū eſt ab opifice ſūmo ad decorē & gloriā qdā p̄bare ni/ tūt̄ ei cedere ad damnū dedecus & detrimētū. Arguunūt q̄ppe ſic. ¶ Optimū eſt optima queq; facere ut ait Dio. in li. de dīnis no. Sed deus eſt optimus. ergo debuit hominē optimū facere. ¶ Sed i uerti/ bilitate arbitrii nō fecit eum optimum quoniā melius eſſet homini peccare non poſſe q̄ peccandi facultatem habere. ergo deus rectū mīme condidit hominem. ¶ His ergo reſpondeo ſcd̄m Alexan. de aleſ. ii. p̄te ſu. & d. Bon. di. xxiii. ſcd̄i li. ¶ Quod optimū dupliciter dicit̄. ſ. ſimpliciter & in ordine. Deus oīa que fecerat uidit & erant ualde bona. i. optima Geñ. i. non ſimpliciter ſed in ordine in com/ paratione ad totū uniuerſū in quo nihil ē ſupfluū nihil diminutū nihilq; inordinatū. ¶ Formica optima eſt non ſimpliciter & in ſe qa leo melior eſt illa atq; nobilior in genere animalium brutorum &

UVA. BHSC. IyR_021

irrationabiliū. Sed in comparatione ſcd̄m ordinem uniuerſi ſic leo optimus eſt quo tamen dignior eſt homo. Sic hō optimus eſt quo tamen dignior ē angelus in ſua natura. Oīa ta mē iſta & cūcta que fecit deus ſcd̄m ordinem conſiderata optia ſunt & optia eſſe dicunt. Scd̄m hūc igit ordinē deus cōdidit hominē optimū qñ ei libertatem dedit arbitrii eo q̄ finis hominis eſt ipſa beatitudo. Ad beatitudinē uero cōſequendam uoluit deus hominē diſpoſitū fore aliquo ſuo merito interueniente ut ſic hō beatificabilis ampliore gloria refulgeret & dei liberaliſſimi iuſticie ſatiſfieret. accedit ita q̄ libert arbitrii conditio ad dei uituperiū precōium qui iuſte ſaluat benefaciētes & delinquētes eternaliter punit. Facit & ad hominis laudem q̄ potuit mala facere & nō fecit. Ex quo Lact. in. vi. li. di. inſti. ait. Nulla laus ē nō facere q̄d facere nō poſſis. Hiero. uero diffuſius comprobat ea que dico in epiſtola ad Demetriadē. v. quam ſic alloquit. Iam prouidendum ē ne forte illud remordeat te in quo temere imperitū uulgus offendit ut ideo non uere bonum factum hominem putes eo q̄ in facere malum poteſt nec ipſa natura aſtringatur ad immutabilis boni neceſſitatē. Nam ſi diligenter rem tractes & ad ſubtiliorem intellectum animum cogas hinc tibi melior ac ſuperior hominis ſtatus apparebit unde putat inferior. In hoc. n. gemi tuneris diſcrimine i hac utriuſq; libertatis parte rationalis anime decus poſitum eſt. Hic inquam totus nature noſtre honor conſiſtit hic dignitas hic premium hinc denig optimi quiq; laudem merent. Nec eſſet hominis ulla uirtus i bono perſeuerantis ſi in ad ima tranſire non poſſet. hec ille. Tertio dubitatur circa liberū arbitrii penitentiā. Vterū. ſ. peccatores oēs q̄diu in ſtatu ſunt uie ad penitētiam poſſunt redire. Quod ſi non faciant an ſuo libero arbitrio & uoluntati male ſit imputandum. Et reſpondeo ſcd̄m ueritatem rei affirmatiue q̄ ſic. Ad qd̄ iduco Auguſ. doc. egregiū ſententiam inuincibilem qui in li. de lib. arbi. exēpla affert in mediū Phraōis & Nabuch. d. Nabuchodonoſor penitētiam meruit fructuoſā. Nonne poſt innumeras impietates flagellatus rex iſte uere penituit & regnum quod perdiderat rurſus accepit? Pharao autem ipſis flagellis durior ē effectus & put. Hic mihi rationem reddat qui diuinum conſilium nimium alto & ſapienti corde diiudicat. Cur medicamentum uniuſ medici manu confectum alii ad interitum alii ad uitam ualuerit & ſalutem quia niſi Xp̄i bonus odor aliis eſt odor uite in uitam alius odor mortis

UVA. BHSC. IyR_021

in mortem? Quod tamen ad naturam ambo homines erant quantu ad dignitatem ambo reges. quātum ad causam ambo captiuū dei populū possidebant quantum ad penam ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorū fecit eē diuersos nisi q̄ unus manū dei sup se sentiens i recordatióe proprie iniqtatis ingemuit. alter uero libero cōtra dei misericordissimam ueritatē pugnauit arbitrio? hec ille. Et notat. c. superius allegato. Nabuch. xxiiii. q. iii. In qbus uerbis innuit Augus. Quod Pharao a deo pcussus decē plagis humiliare se noluit & suo arbitrio penitentiā spreuit. Nabucho/ donosor uero ut dicit Danielis. iiii. post septennē sui castigationē qua fuit mutatus quasi in bestiam leuauit oculos ad celū & se deo humilians & pro suis iniqtatibus igemiscens pctōrū ueniam scd̄m Nicol. de lira & regni fastigiū simul adeptus est. Neq; alia causa potuit assignari q̄re ad deū cōuertit cor suū nisi qa uoluit. Volēs Nabuch. & nō inuitus post peccatū salutem est assecutus. Volens Pharao mentē idurauit & pit. Sunt similia exempla discipulorū Xp̄i Petri negātis & proditoris Iude quorū alter post pctm flendo & lacrimando Xp̄i misericordiā inuenit & in apostulatum restitutus factus est apostulorum princeps regni celorū clauiger & in empireo celo dignus assistere Iesu Xp̄o filio dei. Alter aūt scilicet Iudas desperatione uictus laqueo se suspendit. Quis eum ad desperationē ad suscipiendum & suimet crudelem occisionē induxit nisi eius propria uoluntas. Sed penituit inquies Iudas ut patet in euangelio Matb. xxvii. ubi dicitur. q̄ penitentia ductus retulit xxx. argenteos principibus sacerdotū & senioribus. dicēs. Peccaui tradens sanguinē iustum. Ergo uidetur q̄ damnari non debuit. Sed Io. os aureū de pe. di. iii. in. c. Iudas. rñdet. d. Iudas penituit sed male quia laqueo se suspendit. Dicit etiā in. c. Nemo. de. pe. di. i. Nemo pōt bñ agere penitentiā nisi sperauerit indulgentiam. Hinc Leo Papa in sermone quodam Iudam sic alloquit. Scele/ratior omnibus O Iuda & infelicior extitisti quem non penitentia reuocauit ad dominū: sed desperatio traxit ad laqueū. Fuit itaq; falsa penitentia Iude quā consecuta est desperatio. Nec dubiū est q̄ si ad pedes dñi cucurrisset inuenisseteq; eum siue in medio derisorū & percutientiū decoram faciem eius ac caput angelicus spiritibus tremebundum siue columne inherentem & in ea dure ligatum ac ꝓpter flagella terram suo sanguine madefacientē siue inter duos latrones pendentē in cruce nudatū uulneratū & totū confusum.

UVA. BHSC. LyR_021

& humili corde indulgentiam postulasset nunq̃ ei fuisset negata. Paratissimus erat xp̃s q̃ p peccatoribus patiebat̃ p peccatoribus sanguinem suum fundebat pro peccatoribus moriebatur in cruce Iudam si penitẽtiã uerã agere uoluisset ad se pio amore suscipere & indulgere gratiamq; inptiri. Est de hoc dictum Graciani de pe. di. i. c. His potestatis ubi ait Arbitror q̃ etiã Iudas potuisset tanta miseratione dñi nõ concludi a uenia si penitentiam nõ solum apud udeos sed apud xp̃m agere uoluisset. Quare uoluntati eius ascribenda est desperatio illa que sup oĩa peccata displicet mĩcordissimo deo. Quid Petri animum mouit ut post tam grande peccatum ab eo cõmissum non desperaret: sed confideret in bonitate incarnati dei dulcissimi sui magistri. Certe gratia eius fuit quam ipse Petrus uolens acceptauit uolens non recusauit. Egressus inqt euãgelista foras fleuit amare. Luc. xxii. Quid flebat? quid dicebat? quid cogitabat in corde? qd sonabat in ore. Vide o aĩa mea & considera Petrũ flentẽ & lacrimantẽ quia negauerat xp̃m humano timore deuictus. Dicebat forte. O quanta est iniquitas mea. O q̃ graue peccatum. Negaui me scire Iesum quem uidi quem amaui qui me dilexit. Vidi eum sup aq̃s ambulare mortuos suscitare illuminare cecos & mundare leprosos & iureiurando dixi me eum non nouisse. Heu me magister mi dulcissime negaui nosce te: quem aspexi oculis ꝓpriis transfiguratum in monte & captus pulchritudine & splendore claritatis tue dixi. Faciamus hic tria tabernacula. O pissime saluator mundi. O fons indeficiens omnis mansuetudinis. Tu me ad tuã societatem uocasti. Tu mihi reuelasti secreta tua. Tu michi familiarem te & affabilem exhibuisti. Tu lauasti hũiliter pedes meos exemplũ hũilitatis me docens. Tu ĩnumera mihi bñficia cõtulisti & ego negaui te. O bone Iesu peccaui inique egi. Tu uero mĩcors ĩdulge peccatis meis & nõ me despicias pẽitentem. O q̃ libenter pepcit ei Xp̃s cui tamen nullam intulit uiolentiam. Sume & tu peccatrix anima exemplum & si uolueris cum Petro gratiosum tibi propiciumq; dominũ Iesum Xp̃m habebis. Si uero peccata tua dimittere nolueris tuam damna tuã accusa durissimã uoluntatem. Intellexit hoc Augustinus postq̃ ad lucem gratie dei uenerat q̃ in libro confessi. dicebat ad eũ. Vocasti me & non erat qui respõderet tibi dicẽti mihi. Surge q̃ dormis & exurge a mortuis. Ligatus enim eram nõ alieno ferro sed mea ferrea uolũtate. O quantus est numerus peccatorũ qui cathena diaboli trahuntur

UVA. BHSC. IyR_021

ad inferna uolentes. O miseri. O negligentes. O uobis ipis crude/
lissime bellue ¶Surgite a mortuis soluite uincula uitioꝝ uestrorum
& ad deum reuertimini nec uos terreant opera bona que facile est
exercere dūmodo adsit ipa uoluntas.

¶Quod facile est opari bonum ꝓpter auxilium diuine gratie
que adiuuat oīs illam uolentes licet neminē cogat. ¶Ca. ii.

SEcundo ostendo facile esse unicuiq; operari bonum propter
adiutoriū diuīale. Paratus eqdem deus ē adiuuare gratia sua
omnes uolentes & cupiētes facere bene ¶Verūtamen solent pleriq;
de ipsa gratia benedicta dubitare homiem adiuuāte maxime circa
tria ¶Prio circa necessitatem ¶Secūdo circa liberalitatem ¶Tercio
circa impeccabilitatem ¶Primo dubitant aliqui de gratia ipsa circa
necessitatem ¶Vtrū sit necessaria homini ad bene operandum ita
q; absq; illa nō possit operari bonum ¶Et pro una parte stat sīa
theologoꝝ q in secundo sīaꝝ attribuunt omnem motū uolūtatis
& liberi arbitrii ad bene faciendum gratie dānantq; Pelagianos
hereticos qui dixerunt liberum arbitrium solum & per se sufficere
homini ad opera bona ¶Hinc & Magister sententiaꝝ. xxviii. di.
secundi libri inducit Augustinū. li. i. retractationum. d ¶Heretici
Pelagiani sic liberum asserunt uoluntatis arbitrium ut gratie dei
non relinquant locum : quam secundum merita nostra dari asse/
rūt. Ac & prefatus Augustinus in pleriscq; locis Pelagianos uiriliter
expugnat ostendens gratie necessitatatem ¶Vnde ad Bonifacium
papam. d. Non potest homo aliquid boni uelle nisi iuuetur ab eo
qui malum non potest uelle. Et in li. de predestinatione sanctorū
Prius inquit est cogitare bonum q̄ credere & ipsum cogitare bo/
nū ex deo est ¶Et idem ī. li. de correptione & gratia ¶Sine gratia
dei nullum prsus siue uolendo siue agendo faciunt homines bonū.
Et idem ad Valentinum Cogitare uel agere secundū deum nulla
ratione sine gratia dei possumus ¶Et idem in ench. Gratia p̄uest
ut uelimus bonum. Et idem in libro de ecclesiasticis dogs ¶Mouet
ad querendum salutem libertas arbitrii sed mouente prius deo ¶Et
idem in soliloquiis ad deum loquens Velle etiam quod bonum est
non possum nisi tu uelis ¶Hoc idem dicit Bernī in lib. de li. ar. cum
ait. Tria in nobis operatur deus cogitare. s. bonum uelle & pficere.
¶Primum sine nobis: secundum nobiscū: tertiū per nos. Ad idem est
illud Isidori in li. drāx ¶Gratia est dīne misericordie donum p qđ
bone uoluntatis ē exitus ¶Et de hoc Magister in textu sic scribit

UVA. BHSC. IyR_021

Bona uolũtaſ comitaẽ grãm nõ gratia uoluntatẽ. et doctor gẽtiũ Paulus. ii. cor. iii. eandẽ ſniam ap̃bans inqt. Non ſumuſ ſufficientes cogitare aliqd a nobis q̃ſi ex nobis. Ex qbus oĩbus colligimus uſq; adeo grãm fore neceſſariam ad explenda uirtutis opa ut etiã ſine illa nec cogitare nec uelle ea quis poſſit. Ex pte altera cõtrarium oſtendi põt & ratione & experimento. Ratione ſic. Magis ſe habet unumquodq; ad illud ad quod naturaliter eſt ordinatum q̃ ad illud ad qd̃ naturaliter nõ ẽ ordinatũ. Sed homo naturaliter ad bonũ ordinatus eſt nõ autẽ naturaliter ad malum. Ergo magis ſe habet homo ad bonũ q̃m ad malũ. Si itaq; poteſt facere malum per ſe poterit etiã facere bonũ per ſe ergo gratia non eſt neceſſaria ad hoc q̃ operetur bonũ. Inſup oĩs creata natura põt ſ ſuũ actũ & illum educere abſq; adminiculo gratie. ſicut ignis lucet & calefacit caniſ laterat celũ mouet aque fluũt & cetera huiuſmodi in quibus gratia nõ eſt. ergo aut homo poterit abſq; gratia per naturam in ſuũ actũ & illũ educere aut peioris conditionis erit q̃ cetere creature. ſed hoc ẽ falſũ. Ergo p̃ naturã põt homo ſuũ actũ educere. Sed actus eius eſt uiuere ſecũdũ rationẽ rectam & operari bonũ ut patet ex. i. ethi. ergo uidet̃ q̃ gratia nõ ſit ei neceſſaria. Expiméto hoc adhuc clariſſimum eſt q̃n qdem inuenti ſunt tot gentiles idolatre & ifideles q uirtutis opera miro modo ſũt proſecuti. Quis neget bonã fuiſſe iuſtitiã Bruti. fidelitatẽ Marci reguli. cõſtãtiã Mucii, paupertatem Valerii publicole. continentiam Scipionis & philoſophorũ moraleſ actuſ? Non opuſ nũc eſt eorũ recenſere geſta de quibus tamen in hiſtoriis multa legimuſ laudabilia & memoratu digna. Operati ſũt ergo illi opera bona plurima & tamẽ in eis nulla erat gratia. Pro huius difficultatis ſolutione afferam in medium reſpõſionem dñi Boñ. qui in. ii. ſententiaꝝ di. xxviii. diſtinguit triplex bonũ quod homo poteſt operari. Primũ moralis conditionis. Secũdũ diſpoſitionis. Tertiũ ordinationis. Primũ bonũ eſt cum actus tranſit ſuper materiam debitam non tamẽ ordinat̃ ad finem ultimũ ſ ad ſũmum bonum. ad bẽitudinem ſiue ad ipſũ deum. Sicut cũ quis non propter deũ nec ut p̃ceptis eius obediat ſed tm̃ quia ratio dictat ſubuenit miſero & indigẽti. fideliter ſeruata reſtituit iuſtitiam inferioribus adminiſtrat & huiuſmodi. ut teſtatur philoſophus in li. poli. d. q̃ homo eſt animal politicũ quia indiget diuerſarum operationũ. Ideo natura permiſit noſ ſimul habitare ut alter alteri ſubueniret. Et ideo dicit. P. Solitarius homo aut

UVA. BHSC. IyR_021

deus aut bestia ¶ Ad talia bona potest liberū arbitriū absq; gratia exire coopāte sibi deo sicut cooperatur alius creaturis ¶ Nam sine primo agente nullum agens potest agere ¶ Secūdū bonum dicitur dispositionis ¶ Et est illud quod fit pro amore dei licet extra caritatem quod quidem de congruo disponit ad finem ultimum ut dicet in sequenti sermone ¶ In tale bonū non potest liberum arbitrium absq; munere gratie gratis date p qđ illuietur dirigat & excitetur ut uelit aliquid facere quod sit deo placitum ¶ Tertiū bonum dicit ordinationis. qđ. s. ordinatur in finem & fit in caritate Et in hoc non pōt liberū arbitriū lapsum absq; auxilio gratie gratū faciētis Ex hac ergo dicta ¶ Respondeo ad obiecta in contrariū. q; licet hō possit operari bonum mortale sicut fecerunt gentiles & philosophi absq; gratia dei non tamen bonū meritorium siue sit meritorium merito congrui siue merito cōdigni ¶ Et sic etiam soluuntur rōnes oppositе que concludunt de bono morali non meritorio ¶ Secūdo nōnulli dubitant de gratia ipsa circa liberalitatem ¶ Vtrū. s. deus det gratiā ipsā faciēti qđ est in se ex necessitate aut ex liberalitate Et qđ ex nessitate arguendo posset ostendi sic ¶ Primo quia Aug. sup illud. ii. ad Thi. ii ¶ Negare seipsum non potest. ait Cum sit iustus nō potest negare suam iustitiā. ergo cū sit bonus & misers non potest negare suam bonitatatem & misericordiam quia prior est ad largiendum de misericordia & bonitate q̄ ad puniendum de iustitia ¶ Si ergo non potest suam iustitiā negare faciētibus malū multo magis nec suā misericordiam illis qui requirunt eam. Sed q facit quod in se est requirit bonitatem eius & misericordiā ¶ Ergo de necessitate dat illi ¶ Secundo quia Augustinus super illud Ro. v. Iustificati ex fide pacē habeamus. s. ait. Deus recipit cōfugiētes ad se aliter in eo esset iniquitas Ergo ipossibile est q; non recipiat fugientes ad se quia impossibile ē q; in eo sit iniquitas ¶ Sed faciens quod in se est confugit ad ipsum ¶ Ergo necesse est q; ip̄m recipiat. ¶ Sed ip̄m recipe ē p infusionem gratie. ergo etc ¶ Tertio ipossibile est sūmam ueritatem mentiri ¶ Sed necesse habet implere illud qđ dicit ¶ Sed dicit q; conuertenti ad ipsum conuertet se. Zacharie. i. Cōuertimini ad me & ego cōuertar ad uos ¶ Ergo cū faciens quod in se ē cōuertat ad ip̄am ueritatē primā necesse ē q; deus cōuertatur ad illū ¶ Sed hoc non est nisi per gratiam Ergo etc ¶ Soluit hec questio secūdū Alex. in. iii. uolumine sūme. q; deus dat gratiā suam sola liberalitate ¶ Et cū cōcludit ex his que dicta sūt q; dat

UVA. BHSC. LyR_021

illā de neceſſitate diſtinguenda eſt duplex neceſſitaſ ¶Prima uocatᵉ coactionis & ꝓhibitionis qua aliqua reſ cogitur uel ꝓhibetur eſſe uel nō eſſe ¶Et hec nullo modo cadit ī deo ¶Secūda neceſſitaſ dicitᵉ īmutabilitatis que deo cōuenit ¶Et ſic dicimuſ neceſſe eſt deum eſſe īmortalem non q̄ aliqua uis cogat eum eſſe īmortalem. & neceſſe eſt non eſſe iuſtū nō q̄ aliqua uis prohibeat eum eſſe iuſtum. ſed q̄m nulla reſ pōt facere ut non ſit īmortalis ſeu ut ſit iniuſtuſ. Nō dat igit̄ deuſ gratiā de neceſſitate coactiōis & ꝓhibitionis qa deuſ nō pōt cogi. ſed bñ de neceſſitate īmutabilitatis qa īmutabiliter ſe habet diuina bonitaſ ad donū gratie oīm uolēti recipe faciēdo qd̄ ī ſe ē ſicut ſol īmutabiliter dat lumē ſuū oī uolēti ſuſcipe. ſ. diſpoſito ad hoc & ſe habenti ī recta diſpoſitione ad ſolē que ōnia reducūt̄ ad illā affluentiſſimā liberalitatē dei q̄ quantū ex ſe eſt creature rationali cooperatur ut bona ſit ut bene operetur ut denicꝙ ſalua fiat O indeficiens pelagus caritatis diuine que tanta eſt ut ōnibuſ ſe offerat neminem abiciat niſi eam nolentem & reſpuentem. Hīc Ciprianuſ in epiſtola ad Donatū ſic ſuauiſſime loquitur Profluēſ largiter ſpiritus nulliſ finibuſ p̄mitᵉ nec ulliſ choercētibuſ clauſtriſ intra certa metarū ſpatia refrenatur manat iugiter exuberat affluenter. Noſtrū tantum pectuſ ſitiat & pateat. quantū illic fidei capacis afferimuſ tantū inde gratie inundantis haurimuſ. hec ille ¶Quā ergo excuſationē poterunt habere qui bene operari nolūt quando deum ſciunt ad ſe iuuandū paratum ¶Quod negari non poteſt cū ī promptu ſint tot ſanctorū exempla qui carnem ſuam crucifixerūt cū uicijs & cō cupiſcencijs. ieiunādo orando uigilādo oberrādo ī ſolitudinibuſ & ferociſſimoſ cruciatuſ etiā uſq̄ ad mortem ferēdo ¶Homineſ fueruut martireſ homineſ confeſſoreſ hoſteſ etiam & delicate uirgineſque ſeipſaſ mundum ac tyrannoſ omneſ & dira tormēta ſuperare potuerunt ¶Eiuſdem nature erāt cuiuſ noſ ſumuſ tamen quia obtulerunt corda ſua domino inuenerunt adiutorium abundantis gratie eiuſ q̄ mediante & aſſiſtente illiſ reliquerūt poſteris tot uirtutū exempla ¶O uere damnabilis multoꝝ malitia qui ſuā fragilitatem accuſāt ex qua recuſant opari bonū ſuperaddēteſ q̄ deuſ ſaluat quoſuult ſine aliqua eorū diſpoſitione ſine conſēſu ¶Sed audiant Aug. in. li. de li. ar. d. qui fecit te ſine te non ſaluabit te ſine te ¶Nec contraria ſunt eiuſdem uerba que in eodem. libro. ſcribit cum aſſerit ¶Virtutem deuſ in nobis ſine nobis opatur. quia ſecundū Alex. de aleſ ¶Vnuſ idemq̄ ſenſuſ cōtinetᵉ in

UVA. BHSC. IyR_021

omnibuſ nam cū Auguſtinuſ. d. Deuſ opatur uirtutem etc. notat duo ad ſalutem homīſ concurrētia. Cauſā effectiuam que eſt ipa gratia dei & cauſā ſuſceptiuā ſeu diſpoſitiuam que eſt ipſa uolūtaſ conſentiensſ et non repugnanſ ¶Vnde uerba Aug. ſic exponūtur ¶Virtutē deuſ in nobiſ conſētiētibuſ operatur ſine nobiſ effitiētibuſ Idipſum complectitur primū dictum quod ſic exponitur. qui fecit te ſine te efficiente non ſaluabit te ſine te conſentiente ¶Tertio alii dubitant circa ípeccabilitatem ¶Vtrū ex pītia gratie poſſit homo in hac uita eſſe ſine peccato. Et ſecundum Aug. in li. de pfectione iuſtitie. heretici quidam arguebant. d. Aut deuſ uult noſ eſſe ſine peccato aut cum peccato Non uult ꝙ ſumuſ cū peccato quia hoc incōueniēſ eſt. ergo uult ꝙ ſimuſ ſine peccato in pīti uita ¶Ergo aut poſſumuſ eſſe ſine peccato aut deuſ uellet aliquid ꝙ non poſſet eſſe quod eſt incōuenienſ magnū. Et poſt multa recitata p̄fatuſ doc. Aug. firmiter. d. ꝙ nulluſ in hac uita poteſt eſſe ſine peccato uenali de cōi lege ¶Et hoc propter fomitē peccati qui eſt ſclinanſ ad malum & auertenſ a bono. propter quod exclamabat apoſtoluſ Ro. vii. d. quod nolo malum hoc ago. Et iterū. Video aliā legē in mēbriſ meiſ repugnātem legi mētiſ mee. Ad dictum uero hereticorū reſpondet idē Aug. ꝙ homo poteſt eſſe ſine peccato mortali in uita iſta p̄ gratiā. Pōt etiam eē ſine peccato in gloria. Quantū uero ad preſentem ſtatum licet poſſet quiſ uitare peccata uenialia in pticulari & p̄ aliquo ſpatio tēporiſ. non tamen in uniuerſali nec omni tempore. Ideo Ioban. i. cano. c. i. inquit ¶Si dixerimuſ quia peccatum non habemuſ ipſi noſ ſeducimuſ & ueritaſ in nobiſ nō eſt. Et ſapi. puer. xx ¶Quiſ poteſt dicere mūdum ē cor meum. Et Ro. iii ¶Eſt autem deuſ uerax oīſ autem homo mendax. Et Greg. ī paſtorali. Nemo eſt qui ita uiuat ut aliq̄tenuſ nō deliquat Et in Aut. de monach. ſ ¶Triēnii ¶Humana natura labitur ad delicta ¶Sed propterea non eſt diffidendum de bonitate dei quia uenialia peccata caritatem nō excludunt. & gratiam ab anima nō eiciunt neq; ianuam claudunt regni celoꝝ ¶De quorum qualitate & cōditione in tractatu de peccatiſ pleniuſ erimuſ dicturi. Nunc uero ſatiſ eē debet ꝙ deuſ benedictuſ tantam gratiam nobiſ offert quanta ſufficit ad peccata mortalia deponendum & euitandum: quaūtaq; neceſſaria ē ad uirtuoſoſ actuſ exercendoſ. Ideo ſalubre eſt conſilium utileq; remedium & documentū ut perſepe ſuocemuſ deum eiq; mentem offeramuſ intentione recta.

UVA. BHSC. IyR_021

¶Quod facile debet esse unicuiq; operari bonū propter inde/
ficiens premiū eterne uite qđ dat benefaciētibus. ¶Ca. iii.

¶Tertio ostendo facile esse unicuiq; operari bonum propter
premiū eternale ¶Promittitur etenim omnibus bene opāti/
bus premiū eterne uite de quo quandoq; in tribus accidit dubitare.
Primo ī cōdignitate ¶Secūdo ī difficultate ¶Tertio ī superioritate.
¶Primo solet dubitari in condignitate ¶Vtrum. s. aliquis possit de
cōdigno mereri uitā eternā Et q nō uidet primo quia apostolus
Ro. viii. ait. Non sūt condigne passiones huius tēporis ad futurā
gloriam que reuelabitur in nobis. Et Idem ad Thitū. iii. c. Non
ex operibus iustitie que fecimus nos sed secūdū suā misericordiam
saluos nos fecit per lauacrū regenerationis & renouati oīs spiri/
tus. s. quem effudit in nobis abunde p Iesum xp̄m saluatorē nostr
ut iustificati gratia ipius heredes simus uite eterne ¶Secūdo arguit
per dictum glo. Ro. vi. super illo uerbo. gratia dei uita eterna.
que sic inquit. Posset recte dicere. Stipēdium iustitie uita eterna
sed maluit dicere. gratia dei uita eterna ut ītelligeremus deum in
eternam uitam p sua miseratione nos pducere nō meritis nostris
Ex his uerbis apparet q hō nō mereatur ex cōdigno uitā eternā
quia illud quod ex condigno quis meretur non est ex miseratione
dei ¶Tertio obicitur quia illud meritū uidetur esse condignum qđ
equat mercedi. Sed nullus p̄ntis uite actus pōt equari uite eterne
que cognitionē & desiderū nostr excedit ¶Excedit etiā caritatē
uel dilectionem uite. ergo non potest homo mereri uitam eternam
de condigno. In oppositum adhuc posset dici quia illud qđ reddit
secundū iustū iudiciū uidetur esse merces cōdigna. Sed uita eternā
redditur a deo secundum iustum iudicium iuxta illud Apostoli. ii.
Thi. iiii. In reliquo reposita est michi corona iustitie quā reddet
michi dominus in illa die iustus iudex ¶Ergo uidetur q hō mereat
uitam eternā ex condigno. Respōdeo ad istam. q. scđm Tho. i. ii.
q. ultima. q opus meritorū hominis dupliciter considerari potest.
Vno modo secūdū q pcedit ex libero arbitrio. Alio modo secūdū
q procedit ex gratia spiritus. s. Si cōsideretur secūdū substātiam
operis & secundum q procedit ex libero arbitrio sic nō potest esse
condignitas propter maximā inequalitatem sed est ibi congruitas
propter quandam equalitatem proportionis ¶Videtur. n. cōgruū
ut homini operāti secūdū suā uirtutem deus recompenset secūdum
excellentiam bonitatis sue ¶Si autē loquamur de opere meritorio

UVA. BHSC. IyR_021

ſecundū ꝙ ꝓcedit ex gratia ſpiritus. ſ. ſic eſt meritorū uite eterne ex condigno quia tunc ualor meriti attenditur ſecundū uirtutem ſpiritus. ſ. mouētis nos in uitam eternam ſecūdū illud Io. iiii. Fiet in eo fons aque ſalientis in uitam eternā. Attenditur etiam preciū opis ſecundum dignitatem gratie per quam homo conſors factus diuine nature adoptatur in filiū dei cui debetur hereditas ex ipō iure adoptionis ſecūdū illud Apoſtoli Ro. viii. Si filii & heredes.

¶ Ad primam ergo auctoritatem apoſtoli dicendum ꝙ loquitur de paſſionibus ſanctorū ſecundū eorū ſubſtantiam ¶ Ad auctoritatē & dictum glo. reſpondeo ꝙ intelligūtur quantum ad primā cauſā perueniendi ad uitam eternam que eſt miſeratio dei Meritū autē noſtrū eſt cauſa ſubſequens. Ad tertiū dicendū ꝙ gratia ſp̄s. ſ. q̄m in preſenti habemus & ſi non ſit equalis glorie in actu eſt tñ eq̄lis in uirtute ſicut eſt ſemē arborum in quo eſt uirtus ad totā arborē Similiter per gratiam ĩhabitat hominē ſpiritus. ſ. qui eſt ſufficiēs cauſa uite eterne. Vnde dicit pignus hereditatis noſtre. ii. Cor. i.

¶ Secūdo ſolet dubitari de premio uite eterne in difficultate ¶ Vtrū qui cū maiori difficultate operatur bonū magis mereat & ãpliore dono glorie remuneretur a deo ¶ Et omiſſis obiectionibus que ꝓ utraq; parte fieri poſſent dico cum. doc. ſeraphico Boñ. in libello quodam qui Apologia pauperū aduerſus calūniatorem ītitulatur ab ipſo ꝙ triplex eſt difficultas ¶ Prima ex genere opis ſicut difficiliuſ eſt omnia uēdere & pauperibus erogare q̄ mīmū aut minutū de ſuis bonis erogare pauperibus & difficiliuſ eſt pati mortem pro xp̄o q̄ abſq; ipſa quoſcūq; alios labores ¶ Talis difficultas ſiplīciter auget meritum quia magis meretur qui maius operatur bonū. Et de hac dicit Hieronymus ad Exuperantium hec uerba ¶ Nudum xp̄m nudus ſequere durum grande difficile ſed magna ſunt p̄mia. Secūda difficultas ad bene opādum eſt ex circūſtātia extrinſeca originem trahēs ſicut difficiliuſ eſt abſtinere a cibis & ieiunare ubi multi sūt cōuiuātes & cōmedētes q̄ in ſolitudine ¶ Et hec difficultas per accidēs auget meritū quādo. ſ. qs tales occaſiones ab abſtinētia retrahentes euitare nō poteſt ¶ Sed ſi quis huiuſmodi tēptationes declinare nolet nō ꝓpterea quia difficiliuſ operatur bonum magis meretur Hic Hieronymus aduerſus uigilantiū qui ei dicebat. cur pergis ad heremū? Reſpondit ¶ Vt te non uideam ut te nō audiā ut tuo furore nō mouear ut tua bella ñ patiar. ne me capiat oculus meretricis & pulcherrima ad illicitos deducat āplexus. R. ñdebis

UVA. BHSC. IyR_021

Hoc nó eſt pugnare ſed fugere. Sta in acie aduerſarius armatus obſiſte ¶ Fateor ibecillitatē meam. Nolo ſpe pugnare victorie ne perdam aliquando victoriā. ſi fugero gladiū euitaui ¶ Tertia eſt difficultas ex uitio perſone agētis prouenies ¶ Sicut difficiliuſ eſt ſeruare caſtitatē ei q diu libidini deſeruiuit q̄ ille qui continenter uixit ¶ Et talis difficultas meritum non auget Quod Hieronymus expreſſe teſtatur in epiſtola ad Euſtochium ad quam ſic ſcribit. Soror tua Bleſilla etate maior ſed propoſito minor ſeptimo mēſe poſt acceptum maritum uiduata eſt ¶ O infelix humana conditio & futuri neſcia. Nam uirginitatis coronam & nuptiarum perdidit uoluptatem. Et quamq̄ ſecundum pudicicie gradum teneat quas illam exiſtimas per momēta ſuſtinere cruces ſpectantem quotidie in ſorore quod in ſe uidet amiſiſſe & cum difficiliuſ expta careat uoluptate minorē tamen continentie habere mercedem ¶ Hec ille. ¶ Tertio dubitari ſolet circa bonū eterne uite in ſuperioritate. An ſuperius ſit copioſius & affluētius bonū quibuſlibet temporalibus bonis. Et quia de illo diffuſius tractaturi erimus loco ſuo. pro pñti ſuffitiat audire ſic dicentem Greg. in omel ¶ Si cōſideremus fratres cariſſimi que & quāta ſunt que nobis promittūtur in celis uileſcūt animo oīa que habēt in terris ¶ Terrena namq; ſubſtantia ſupne felicitati cōparata ponduſ eſt nō ſubſidiū ¶ Temporalis uita eterne uite comperata mors eſt potius dicēda q̄ uita. Ipe. n. quotidianus defectus corruptionis quid ē aliud q̄m quedā ꝓlixitas mortis. que autem lingua dicere uel quis intellectus capere ſufficit illa ſupne ciuitatis q̄tā ſint gaudia augelorum choris ītereſſe cum beatiſſimis ſpiritibus glorie conditoris aſſiſtere preſentem dei uultum cernere in circūſcriptū lumē uidere nullo mortis metu affici icorruptiōis perpetue munere letari? hec ille ¶ O uere bonū deſiderabile bonū amabile bonum quietum bonum perfectum bonum ab omni malo ſeperatum quod deus puſſimus parat laborantibus pro ſuo amore. ¶ O bonum indeficiēs. Bonum excedens quecūq; tēporalia cōmoda quelibet huius ſeculi blandimenta quod negligentes peccatores & miſeri ꝓ momētanea huius temporis breuiſſimi ꝓſperitate amittūt. **Quid dici poteſt magis ingratum q̄m dei iugum refugere ad quod ſequitur tā copioſa merces** ¶ O ſurdi O ſtulti **& tardi corde ad credendum. Non** ſit **uobis difficile operari bonum. non uos terreant actus uirtutum. Eſtote fortes** eſtote conſtantes ad **benefaciendū & audite uocem benigni** Ihesu clamātis in euangelio Math. v. c.

UVA. BHSC. IvR_021

Merceſ ueſtra copioſa ē ı celıſ. Ad q̃m noſ perducat ıpſe fılıuſ dei qui cū patre & ſpū. ſ. uiuit & reg. per eterna ſeculoꝝ ſecula. Amē.

¶ Feria ſecūda poſt dñicam ı ſeptuageſima. De qualitate cō/ditionibuſ ſeu regula bonorū operū qbuſ peccatoreſ ſciēteſ quid eoſ oporteat facere ad pnīam animanē ¶ Sermo. ıı.

OMnıs ſūt uocati pauci uero electi. Iterū ubi ſupra ¶ Exiſtıa/ui neceſſarium eſſe bıſ: qui uolunt benefacere ſcire qualiter bēant ın bonıſ operibuſ regulari. qm̃ dubia & pplexitateſ que ſup id poſſent oriri faciunt quandoq; ignorāteſ uiam domini & ſalutiſ proprie a cepto ꝓpoſito bono deficere. quare ı preſenti ſermone de cōditiōibuſ bonoꝝ dicere ſtatui ut ſic nulluſ excuſare ſe poſſit. d. neſcire quid ſibi eſſet agendum ¶ Declarabimuſ itaq; opari bene uolentibuſ expediat noſce ut ex hoc magıſ excitetur unuſquiſq; ad opera uirtutiſ amplectenda quoniā ad illa uocat deuſ pctōreſ qui niſi nouerint illorum ordinem de electorū numero eſſe mīme poſſūt. Idcirco ad tria cōſideranda de bonorū operū neceſſitate & q̃litate ſermo ē extendenduſ ¶ Primū dicitur extrınſeca opatio. Scd̄m exemplariſ ımitatio ¶ Tertiū caritatiua ınformatio.

¶ Quod ad bene operandum cum facultaſ adeſt neceſſariuſ eſt actuſ extrınſecuſ nec ſufficit ıntentio ſola. ¶ Ca. I.

PRımo conſiderandam circa regulam neceſſariam bonorum operum dicitur extrınſeca operatio ¶ Pro cuiuſ declaratione queritur ¶ Vtrum ad bene opādū neceſſariuſ ſit actuſ extrınſecuſ ¶ Et uidet ꝙ non. Et ꝙ ſola ıntentio bene opandi ſufficit ad ſalutē probatur per ſanctorum dicta. Inquit. ıı ¶ Greg. ın omel. Nūq̃ uacua ē manuſ a munere cū archa cordiſ repleea fuerit bona uo/luntate ¶ Et Bern̄. de boc ait. Intentio ſufficit ad meritum. bona actio requiritur ad exemplum. Et glo. ſuper illud pſal. Dixi cō/fitebor aduerſū me ¶ Votum pro operatione ıudicatur ¶ Et Aug. xıı. q. v. c. Si quid ¶ Deuſ ınterrogat cor non manum ¶ Et Io. Chryſoſtimuſ. xxıı. q. v. c. Qui ꝓiurare. Deuſ non ex operibuſ ıudicat. ſed ex cogitationibuſ & ex corde Et de pe. di. ı. c ¶ Si cui ſ. ſequenti ¶ Voluntaſ remuneratē non opuſ ¶ Et xv. q. vı. c ¶ Si a ſacerdotibuſ. Magiſ ınſpector cordiſ eſt deuſ q̃ opiſ Et uolūtaſ ꝓ facto reputatē. ſicut patet ı. c. hōicidioꝝ. ı. c. Oſſ. ı. c ¶ Nūqd. ın. c. Noli. in c. Homicidiū. & ı. c ¶ Si ꝓpterea. de pe. di. ı. His & ſimilibuſ auctoritatibuſ quidam ınherenteſ dicunt nō eſſe homini expedienſ ut laboret ın actibuſ extrınſecis bonorum operum ſed

UVA. BHSC. IyR_021

ſed ſufficit habere cor bonū & mētē bene diſpoſitā. Sed ꝫ cōtrariū
induci poſſunt alia dicta ſanctorum. Ait.n. Iaco. ii. c. Fides ſine
operibus mortua eſt. Et Ambro. in li. de officiis. Non ſatis eſt bñ
uelle ſed etiam bene facere nec ſatis iterum benefacere niſi id ex
fonte bono procedat. hoc.ē ex bona uoluntate proficiſcatur. que
uerba notātur. lxxxvi. di. in. c. Nō ſatis Et Paulus ad gal. vi.
Dum tempus habemus operemur bonum Et Apoc. xxii. ducitur
deus iudex omnium. d ¶ Ecce uenio cito & merces mea mecum eſt
dare unicuiq; ſecūdū opera ſua. Et Apoc. xiiii. dicitur de bonis
Opera enī illorū ſecūt illos. Et. Math. xvi. c. Reddet unicuiq;
ſecundum opera ſua. Ex quibus ōnibus colligitur ꝙ aſtringuntur
omnes ſalutem uolentes acquirere non ſolum ad bene uolendum
intrinſecus ſed etiam ad bene operandum extrinſecus. Inſuper pñs
euangelium explicat manifeſte ꝙ operarius tātum dñs mercedem
tribuendam deſignat. Pro huius. q. ſolutione notanda eſt ſnīa. d.
Boñ. d. xl. ſecundi ubi ait. ꝙ uolens operari bonum aut poteſt in
actum extrinſecum aut non poteſt ¶ Si non pōt uoluntas reputat
pro facto & intentio bona ſufficit ad eius meritum. quia ut dicit.
ff. de re. iu. l. Impoſſibilū Ad ipoſſibile nemo tenet. Et hoc atteſtat
Greg. in omel. ſupra Math. Eſtimationem regnum dei nō hēt
Tantum ualet quantum habes quātum potes ¶ Si uero quis dicit
ſe uelle operari bonum & potens illud nō operat credens ꝓficere
decipit ſeipſum quia talis uolūtas ſemiplena eſt & pigra nec rōem
uirtutis habet niſi ducatur ad opus O quot ſunt tali errore deluſi
qui cum admonentur ut bene faciant reſpondere ſolent ¶ Sufficit
nobis intētio noſtra. Sicut dicit uſurarius ualens uſuras reſtituere
& non reſtituens ¶ Sufficit mihi intentio mea ¶ Scio bonam habeo
uolūtatem & tamen illam nō exequunt in re. Sic faciūt adulteri
ſic fornicatores Sic & alii pctōres q̄plurimi ¶ O miſerabilē errorē
quo fit ut inſenſati & ſtupidi ſuas infirmitates ſanare non curat.

¶ Quod uolentes bene operari debent ſequi xp̄m in generali. ſ.
quo ad obſeruantiam diuinorum preceptorum ex debito &
conſiliorum de conſilio ¶ Cap. ii.

Secundū conſiderandū circa regulā neceſſariā & qualitatē
bonorum operum dicit exēplaris imitatio ¶ Vbi dubium non
immerito declarādum occurrit ¶ Vtrum. ſ. neceſſarium ſit uolenti
benefacere ſequi xp̄m in operibus bonis ea faciēdo que ipe fecit.
Et pro una parte probo ꝙ ſic per dicta ſanctorum. Inquit enim

UVA. BHSC. IyR_021

Petrus. i. cano. ii. c. xp̃s passus est ꝓ nobis uobis relinquēs exēplū ut sequamini uestigia eius. Et Io. i. can. ii. c. Qui dicit se in Xp̃m credere debet quō ille ambulauit & ipse ambulare ¶ Et Aug. in li. de doctrina xp̃iana. et sacrām̃to unctionis xp̃ianorū olim uocabulum descendit & nomen quod nomē ille frustra sortiē qui xp̃m minime imitatur. Et Greg. in omel ¶ Qui uestigia xp̃i dedignāt sequi qua temeritate sperāt ad eius claritatis gaudia cōtuēda peruenire ¶ Et in. c. cum uenisset. extra. de sacra unctione ¶ A xp̃o xp̃iani dicuntur tamquam uncti deriuantur ab uncto ut omnes currant i odorem ungentorū illius cuius nomē oleum est effusū. Et Io. viii. xp̃s ipse dicebat. Ego sum lux mundi ¶ Qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen uite ¶ Et Io. xiii. Exēplum. n. dedi uobis ut quēadmodū ego feci ita & uos faciatis Ergo per auctoritates predictas concludere possumus homines de necessitate teneri ad seruanda opera xp̃i ¶ Et sic cū cristus fuerit pauper & multi sit diuites xp̃s uirginitatē seruauerit multi sit cōiugati xp̃s per noctes orauerit multi in suis lectulis dormiāt xp̃s sine calciamentis incesserit multi calciamenta deferant xp̃s passus fuerit & mortuus in cruce uiolenta morte atq; terribili. ab oibus derelictus multi moriātur morte naturali inter manus & āplexus caroꝝ ¶ Ergo tales & ōnes alii qui uitam suam aliter ducunt quam xp̃s salui esse nō possūt ¶ Et ex cōsequēti sequeretur ꝙ damnabiē totus mūdus ¶ Et ꝙ nec sancti essent in paradiso quia nec ipsi fecerūt que fecit xp̃s Nō fuit ad colūnam flagellatus Paulus ut xp̃s Nō spinis coronatus Petrus. nō clauis cōfixus Pauluꝰ ꝑmus heremita Nō nudus pēdens i cruce iter duos latrōes magnus Antonius Nō felle & aceto potatus Hieronymus Non derisus a transeūtibus Aug. Igiē cum ipsi & alii alium modum i suis operibus aliāq; regulam tenuerint quam Xp̃us nō sūt beatitudinem assecuti ¶ Si auctoritates ad hanc partē inducte aliter sanius non exponantur & intelligantē ¶ Pro altera parte arguere possimus ꝙ nō sit necessarium ad salutem sequi cristū Iesū neq; teneamur opera eius facere Et arguo sic ¶ Vnusquisq; tantū operari bonum meritoriū potest quantū communicatur ei gratia ¶ Sed nulli cōmunicatur tāta gratia quanta communicata fuit alē xp̃i Ergo nullus tenetur imitari xp̃m quia illud impossibile esset. Ad solutionem huius difficultatis induco dominum Bonauēturam dicentem in Apologia pauperꝝ. ꝙ in xp̃o cōtingit repire triplices actus ¶ Primi respicit dignitatem

UVA. BHSC. IyR_021

excellentie ¶ Secundi condescensionē misericordie ¶ Tertii informa/
tionem uite perfecte ¶ Primi actus respiciunt dignitatem excel/
lentie ut illi in qbus apparet sua potentia sicut opera miraculosa
uel sapientia sicut : reuelatio secretorum cordis. Vel seueritas
iudicii : sicut eucere uendentes & ementes de templo & dura in/
crepatiōe arguere pōtifices ¶ Vel auctoritoritas officii sicut sacra/
mentum conficere & manus imponere ac relaxare peccata que
omnia xp̄o conueniunt quia ipse erat deus oīpotens. erat homo
& ex gratia unionis omnia scienſ. erat iudex & erat sacerdos. In
huiusmodi operibus uelle sequi xp̄m fatuum esset & temerarium
nisi ab ipso quis uel ab aliquo a xp̄o auctoritatem habente ad ta/
lia exequēda foret deputatus ¶ Vnde si quis diceret uolo miracula
facere quia sic Xp̄us fecit presumptuosus censendus esset nisi ab
ipso Iesu xp̄o potestatem hanc accepisset sicut apostoli de quibus
dicit Mathei. xx. conuocatis Iesus duodecim discipulis suis dedit
illis potestatem spirituum imundorum ut euecrēt eos. ut curarent
omnem languorem & omnem infirmitatem ¶ Similiter non liceret
alicui reuelare secreta cordiū & futura contingentia que nesciret
quia & si cristus id egit sciebat illa. Nec recte faceret si quis confi/
cere uellet sacramentū quia & cristus id egit nisi ad hoc ordinatus
esset uel xp̄o sicut apostoli uel ab alius quos xp̄us designauit & de/
putauit. Vnde ut breuiter dicam Christus non est sequendus in
operibus excellentie & dignitatis nisi prout est tactum. Secundi
actus in xp̄o respiciunt condescensionem mie ut nuptus interesse
inter homines familiariter cōuersari in domo phariſei Magdalene
& Marthe Mathei publicani & Zachei publicanorum principis
cōedere & bibere cibaria & pocula cōmunia que sibi dabantur tu/
nicam inconsutilem non hispidam rudemq; deferre & huiusmodi
que omnia facere uoluit non ut sensualitati pareret cuius in eo
nulla contradictio inueniebatur non ut uoluptati deseruiret cor/
pusq; suum nutriret in delitus qui p nobis omnibus pati uenerat
sed ut in talibus exemplis condescenderet imperfectis ¶ Quoniam
si omnes actus eius q̄ntū ad apparentiam extitissent perfecti fa/
cile potuissent heretici asseuerare passim & idistincte ad perfecti/
onis opera omnes teneri sicq; damnassent coniugium damnassent
ciuilem uitam dānassent tales dignitates damnassent artificum
officia damnassent possidentes diuicias damnassent denicq; omnes
q̄pfectionis uitam non obseruaret ¶ Verūtamen aduertendum ē

UVA. BHSC. IyR_021

q licet actus imperfectionis q fuere in xpo uiderentur ſperfecti
ꝗntum ad apparentiam erant tñ perfecti pfectionis actus ꝗntum
ad exiſtentiam. quoniam ſicut bonum dicitur tripliciter & malum
tripliciter & perfectū tripliciter ita & impfectum dicit tripliciter
¶ Primo bonum dicitur tripliciter. quia eſt bonum ex genere ſicut
actus tranſiens ſuper debitam materiam ut ire ad eccleſiā ieiu/
nare orare & ſimilia ¶ Eſt bonum ex circunſtantia ſicut actus
circūſtantiis debitis imformatus ut occidere hominem quia lex ita
iubet ¶ Eſt & bonum ſecūdum ſe q nullo modo pt fieri male ſicut
diligere deum ex caritate ¶ Secundo malū dicitur tripliciter Prio
eſt aliquid malum ex genere ut actus tranſiens ſuper materiam i/
debitam ut occidere hominem ¶ Eſt & malum ex circūſtantia ſicut
dare elimoſinam diuiti pauperibus fame pire pmiſſis & ieiunare p
inanem gloriam ¶ Eſt etiam malum ſecundum ſe q nullo modo pt
fieri bene ſicut odire deum & defacto mortaliter peccare ¶ Tertio
pfectum dicitur tripliciter ¶ Eſt enim quoddā perfectum ex ge/
nere ut actus difficilis & excellēs ſicut oia relinquere & religionē
intrare ¶ Eſt quoddā perfectū ex circūſtantia ſicut ē actus debitus
circūſtantie perfectiōibus iformatus ſicut fugere mortem non ex
imfirmitate & timore ſed pro meliori bono ſiue quantum ad deum
ſiue quātum ad pximum ¶ Eſt quoddam perfectum ſecundum ſe
ſicut inter blanditias & uana pmiſſa acerbitatemq; penarum forti
& leto animo mortem ſubire pro xpo ¶ Quarto imperfectū dicit
tripliciter ¶ Eſt quoddā imperfectū ex genere ut eſt actus facilis
ad quem humana imfirmitas communiter inclinatur ut poſſidere
pecuniam habere uxorem ſecundum ſuum ſtatū uti ueſtibus de/
licatis & ſimilia ¶ Eſt quoddam imperfectum ex circunſtantia ſi/
cut dimittere ueſtem illam uiolēter accipienti ppter fugā maio/
ris iniurie ¶ Eſt & quoddam imperfectū ſecundum ſe q nullo mō
pōt ſtare cum euangelica perfectione ſicut fugere paupertatem.
Bonum ergo ſecundum ſe nullo modo poteſt eſſe malum & econ/
uerſo neq; perfectum ſecundum ſe poteſt eſſe imperfectū & ecō/
uerſo ¶ Sed bene bonum ex genere pōt eſſe malum ex circūſtantia
ſicut ſi aliquis iret ad eccleſiam uel faceret elimoſinam ut placeret
hominibus & non deo ¶ Et malum ex genere poteſt eſſe bonum
ex circunſtantia ſicut ſi iudex malificos iuxta legum ſanctiones
occideret ¶ Ita etiam perfectum ex genere poteſt eſſe imperfectū
ex circūſtantia ſicut intrare religionem cauſa alicuius commodi

UVA. BHSC. IyR_021

tēpalis cōsequēdi. Impfectū adhuc ex genere pōt pfectū fieri ex circūstantia sicut facere aliqđ opus ad debitum finem caritatis ordinatū ex radice intime caritatis ꝓcedens sicut declinare mortē non ꝓpter timorem sed propter maius bonū & magis necessarium quemadmodum Paulus fecit quādo euitauit etiam fugiens furorē iudeorum & a fratribus ꝑ murū submissis fuit in sporta. Hoc mō xp̄us benedictus omnia pfectissime fecit & omnes actus illius in qbus apparet aliqua imperfectio pfectissimi erāt ex circūstan/tia caritatis sue. Quo fit ut maioris perfectionis fuerit in ipso ci/bus & potus q̄ in Iohanne baptista illorum abstinentia. Maioris perfectionis in eo conuersatio cū hominibus q̄ solitudo Iohānis in heremo qm̄ hec & similia prouenīebant ex fonte sue ardentissīe caritatis. Nam sicut humanā assumendo naturam in nostris qui/dem factus est būilis sed in proprius remansit excelsus sic ex sūme caritatis dignatione ad actus quosdam nostre imbecillitati & īper/fectioni conformes deprimīt & a summe perfectionis rectitudine non curuatur & ideo talia opera in ipso perfecta fuerunt. Neq; acceptanda est sententia falsa illorū qui dicūt Quod perfectio & imperfectio differūt sicut duo contraria ut rectitudo & distorsio iustitia & peccatū gloria & ignomina uita & mors ¶Sed bene ueꝝ est ꝙ magis differunt sicut magis bonum & minus bonum magis meretoriū & minus meritoriū. Ideo nō illo modo ualet consequē/tia Virginitas est commendabilis ergo matrimonium uitupabile. Virginitas ē bona ergo matrimoniū est malū. quia hec duo non differūt sicut bonū & malū sed sicut bonū & melius. Ideo Augu. in libro de bono coniugali ait. Bonum erat ꝙ Martha faciebat occupata circa ministerium sanctorum sed melius ꝙ Maria eius soror. Bonum Susanne in coniugali castitate laudamus sed tamē et bonum uidue anne ac multomagis Marie uirginis anteponimus. Bonum erat ꝙ faciebant qui de substātia sua xp̄o & eius discipulis ministrabāt sed melius ꝙ faciebant qui omnem substantiam dimi/serunt ut Xp̄m expeditius sequerentur. hec ille ¶Tertii actus in xp̄o respiciunt imformationem uite perfecte sicut uirginitatem & paupertatem extremam seruare: & similia. In his operibus non tenemur Xp̄m sequi nisi uel inquantum uolumus sicut si uoto nos astringeremus ad obseruantiam diuinorū consiliorum uel in casu quo extrema necessitas expostularet uelut si aliqs mortē pateret ut non negaret Xp̄m ¶Idcirco mali iudices sunt qui ex operibus

UVA. BHSC. IyR_021

pfectionis ℓ xp̃o aut sanctis eius cõsideratis eos lacerant ℓ quibus talia opera non relucent ¶Si enim uident sacerdotem aut clericũ uestes sibi cõuenientes ferentẽ protinus susurrantes illũ redarguũt & dicunt. Non sic fecit Xp̃us ¶Si uident prelatum secundum sui gradus dignitatem honorata familia associatum protinus asserunt Non fecit sic Xp̃us nec Petrus ¶Si uident religiosum apposita sibi cibaria licet quandoq; delicata nec cõtra sue regule aut statutorũ suorum prohibitionem comedentem seu uestimenta sibi concessa habentem aut equitantẽ interuenięte legitima causa statim clamãt Non sic fecit Dominicus nõ Benedictus nõ denicq; ipse Frãciscus. Reputant ex his malos & damnandos prelatos clericos religiosos tempales dños ciues nobiles & artifices omnes qui non faciunt que xp̃us fecit & sãcti O rudes ĩtellectus O arida ĩgenia O temerariũ damnabileq; iudicium quod diui Ieronimi uerbis confunditur ¶In/qt enĩ ipe ad demetur. uer. scribens Prohibentẽ mala ꝓcipiuntur bona concedunt̃ media suadent̃ perfecta. In duobus primis oĩe peccatum concluditur reliqua uero in nostra posita sunt potesta/te ut aut utamur concessis ac licitis aut ob maius premium ea que nobis permissa sũt respuamus. hec ille ¶Dicendum igitur ꝙ tene/mur sequi xp̃m in generali nõ in particulari. i. ut benefamus ser/uantes mandata dei. Quod ipse docuit quando adolescentulo eum interroganti & dicenti. Magister bone quid boni faciam ut habiã uitam eternam. Respondit Si uis ad uitam ingredi serua mãdata ¶Ideo in quolibet statu uolentes seruare dei mandata poterunt ob/tinere uitã eternam ¶Hoc dico de regibus hoc de principibus hoc de militibus hoc ď mercatoribus hoc de religiosis hoc de secularibus hoc de uirginibus hoc de coniugatis hoc de omnibus denicq; mundi hominibus.

¶Quod sẽp hõ debet benefacere etiam si sit extra caritatẽ & de utilitatibus bonorũ que fiũt ĩ peccato mortali. ¶Cap. iii.

CErtium considderandum circa regulam necessariam & qua/litatem bonorum operũ dicitur caritatiua informatio ¶Solẽt enim quidam trepidare & in seipsis non confidentes quia faciles se cognoscunt ad ruendũ in peccata ne benefaciendo laborẽ & ip̃us ãmittant ¶Pro quibus in hac ultima parte disputandum est ¶Vtꝝ bona facta ĩ mortali peccato sint alicuius ualoris ¶Et argui posset ꝙ non ¶Primo ex uerbo Gre. in omel. ¶Nec habet aliquid uiridi/tatis ramus boni operis si nõ manserit in radice caritatis. Secũdo

UVA. BHSC. IyR_021

quia Apost. ait. 11. cor. xiii. ¶Si linguis hominum loquar & angelorum caritatem autem non habeā factus sum uelut es sonans aut cibalum tinies. ¶Et si habuero pphetiā & mouerim misteria oia & omnem scientiam & si habuero omnē fidem ita ut montes trās/feram caritatem autem non habuero nihil sum. Et si distribuero i cibos pauperū omnes facultates meas. ¶Et si tradidero corpus meū ita ut ardeā caritatē autē non habuero nihil mihi prodest. ¶Et ad idem ē textus. 1. q. 1. c. Vide & 1. c. Teneamus & ē tritū usitatūq; dictum. Opera in peccato mortali facta ad nihil esse proficua. ¶Sed in oppositum ē auctoritas Augus. in li. de libero arbitrio. d. Nullum malum impunitum nullum bonum irremuneratum. ¶Pro huius dubii declaratione tria sūt uidenda. Primum q̄diu dicitur qs extra caritatem esse i statu peccati. ¶Secundum quid est bonum in caritate factum esse meritorium uite eterne. ¶Tertium an illi q sunt in statu peccati adhortandi sit ut benefaciant. ¶Primū uidēdū q̄diu dicat̄ quis esse in statu peccati & extra caritatē. ¶Et in hoc non pauci solent grauiter errare tenēt̄es q̄ post peccatū mortale commissum usq; ad confessionem sequētem semper homo peccator sit extra caritatem. ¶Sed ego dico q̄ post peccatū mortale usq; ad contritionem sequentem homo est in statu peccati. ita q̄ si unus nūc peccet & hic ad unā horā uel ad unam diem uel unū ad ānū uel ad plures non conteratur q̄diu non conteritur semp ē extra gratiam & caritatem & bona per eum facta i peccato fieri dicūt̄. ¶Si quis uero post mortale commissum statim aut paululum post esset contritus & a contritione usq; ad confessionem sequentē uel usq; ad aliquod aliud peccatum mortale per eum nouiter ppetratū bona aliqua faceret illa essent facta in caritate. ¶Qualiter autem per contritionem anima iustificetur & quare confessio ultra illam sit necessaria plenius dicetur in sequentibus. ¶Secundum uidendum est quid est bonum in caritate factū esse meritorium eterne uite. ¶Et dico q̄ cum in beatudine sanctorum detur graduus quia non oēs equaliter illā pcipiunt q̄nto plura quis in caritate operatur bona tanto plures illius beatitudinis graduus meretur. ¶Vtputa si aliqs operatur decem bona in caritate possibile est ipsum in beatitudie sublimari ad equalitatem angelorum. ¶Si idē supadderet alia decē bona posset equari glorie archāgelorum. ¶Et q̄ntomagis in bona pficeret & bonis bona adderet tāto altius conscenderet ad altiorē beatitudinis statum. ¶De illo ergo qui in peccato mortali operatur

UVA. BHSC. IyR_021

bonum dico q̄ nihil meretur de condigno q̄ntum ad meritum uite eterne. Vnde posito q̄ aliquis in statu peccati operatus esset tot bona q̄ omnes sancti simul si ad pniam rediens propter illa moriatur in statu salutis nihilominus ex operibus illis nullum gradum beatitudinis obtinebit. Et licet i statu peccati fecerit illa bona que fecerũt illi q̄ meruerũt esse cũ angelis aut illi q̄ meruerũt eẽ cũ archangelis aut illi qui meruerunt esse cum uirtutibus dominationibus p̄ncipabtius potestatibus thronis cherubin & seraphin tñ ꝓpter illa talis non merebitur esse etiam in infimo angelorum loco & ordine. Et hoc mõ bonũ i paccato mortali factũ dicitur nihil esse nihilq̄ ꝓdesse. s. quo ad meritum eterne uite. Tertium uidendum an illi qui sunt i statu peccati mortalis monẽdi sint & adhortãdi ut bene operentur & bene faciant. Et dico q̄ sic dũmõ opentur bona aío & intẽtione honorandi deũ eiq̄ ac eius ecclesie obediendi qa talia bona sẽper utilia sunt sempq̄ fructuosa nec patitur deus liberalissimus manem esse laborẽ quorũcũq̄ opantium bene ꝙnimo ut patet in sermone p̄cedenti ca. ii. Ipse est q̄ obstinatos & duros sua gratia gratis data monet ut uelint & opentur bonũ. A deo ẽ a deo o peccatores nequissimi Si q̄n uobis firmantibus mẽtem in aliquo uestro delicto de quo emendari nõ uultis uenıat i corde ut faciatis aliqd̄ bonũ ut ieiunetis ut oretis ut uisitetis eccesias ut elimosinas pauperibus erogetis & similia. Audite uocem dei & facite q̄ ímittit in animo uestro. Non laborabitis etiam in peccato benefaciendo absq̄ mercede. Et ut id clarius uideatur oíbus assignabo nouẽ utilitates que ꝓuenıũt ex bono facto in mortali peccato que ponũt ab Alex. de ales in. iiii. uolumine sũme. Prima dicit delectationis. Secũda satisfactionis. Tertia diminutionis. Quarta augmentationis. Quinta liberationis. Sexta dispositionis. Septima continuationis. Octaua aleuiationis. Nona glorificationis. Prima utilitas que proũenit ex bono facto in peccato mortali dicitur delectationis. Valet namque tale bonum ad delectationem & iocũditatem mentis. Hinc Arist. ait in. iiii. ethicorum. Nullus est qui nõ gaudeat bonis operatioíbus Et in. ii. rheto. Benefacere & bene pati delectabilissimum est secundum naturã. Et. viii. ethicoꝝ Boni operatio studiosa delectabilis est secundum seipsam. Et tullius in lib. de senectute. Conscientia bene acte uite multorumq̄ benefactorum recordatio iocundissima est. Secunda utilitas proueniens ex bono q̄ fit in peccato mortali dicitur satisfactio. Per

UVA. BHSC. IyR_021

illud quidem satisfit preceptis dei & ecclesie & in obedientie peccatū
uitatur. Nam si quis in peccato mortali existens tenetur officium
diuinum dicere si illud omittit mortaliter peccat si uero illud per-
soluit satisfacit precepto. Sicut etiam si laicus obligatur diebus
festiuis audire missam licet in peccato sit si illam ex contemptu o-
mittat aliud peccatum mortale incurrit. Si uero audiat preptum
impleuit & sic de reliquis est dicendum. Tertia utilitas dicitur di-
minutio. Valet bonum in peccato mortali factum ad diminuti-
onem temporalis pene. Merentur siquidem peccatores quandoq;
non solum puniri eternaliter sed temporaliter flagellari. Sed pp-
ter bona que faciunt deus temporalis pene mitigat seueritatem.
Quod putamus esse sodomitas usurarios & sacrilegos homicidas p-
iuros blasphemos & sceleratissimos homines quos nisi seruarēt bo-
na que faciunt. exterminaret de terra potentissimus deus sed eos
suffert eos tolerat : eisq; que mala in presenti uita mererentur :
suspendit. Ideo quantomagis quis uoluntatem suam sentit ad pe-
nitentiam minus dispositam tantomagis conari debet facere aliqd
bonū ut sic saltem uitare possit terribilia iuditia dei. Quarta uti-
litas dicitur augmentationis. Adauget siquidē deus his qui in pec-
cato mortali aliqua sua precepta seruare contendunt temporalia
bona quibus dat salubrem aerem fertiles agros armenta fecunda
uberes fructus letam familiam amicorum copiam sanitatis letitiā
honoris excellentiam & alia similia. Propterea dicit deus peccato-
ribus omnibus illud Isaie. i. Si uolueritis. s. adhuc in peccato exi-
stentes bene facere & audieritis me bona terre concedetis. Quinta
utilitas dicitur liberationis. Liberat profecto bonum a peccato-
ribus operatum a potestate dyabolica. Quanto enim quis magis
peccatis hīdat tanto maiorē caritatē sumit dyabolus contra eū &
secundum multitudinem peccatorum ita iusto dei iuditio permittit
uexare & molestare malos : animam & corpus simul quandoq;
ledendo. Sed cum inter tot peccata interseritur aliquod opus bonū
pissimus deus restringit audatiam eius tāq; magna ē operis boni
uis etiam in peccatoribus ut non solum dyabulo resistere sed illum
uincere ualeat & expugnare. Est de hoc exēplum Greg. in dyal.
li. de iudeo illo non batizato qui nocturno tempore existens sub
quodam antiquo tecto & in beremosito idolis consecrato signo
crucis tantum communitus demones omnes qui ibidem conuene-
rant terruit atq; fugauit cui demones ipsi propter signum crucis

UVA. BHSC. IyR_021

cātū nullum maleſtiam inferre potuerunt¶Sexta utilitaſ dicitur diſpoſitio. Valet adhuc bonum factum a peccatoribuſ ut magiſ diſpoſiti ſit ad ſuſcipiendā gratiā dei uocātiſ & eoſ illuſtrantiſ ad penitentiam¶Vnde de eo qui non eſt paratuſ peccata dimittere. Greg. ait de pe. di. v. in. c. Falſaſ. Nec tamen deſperet & interim quicquid boni poterit facere hortamur ut faciat ut oīpotenſ deuſ cor illiuſ illuſtret ad penitentiā. Hīc Alex. in. iiii. uoluīe ſū/me cōſulit hiſ qui nō ſunt parati ſua peccata relinquere ut ſemel in anno ſecundum eccleſie ſtatutum ſacerdotiſ ſe repreſentent eiq; dicant¶Ora pro me ad deum pater quia tale peccatum habeo qđ dimittere non propono¶Ex hoc inquit ipſe poſſibile eſſet ut qui credabat propoſitū malum mutare ñ poſſe tantam adeo aſſequaē gratiā ut muteē in alterum uiꝝ & de non contrito fiat contritus. Sic & Ric. in. iiii. di. xx. cum querit An ualeant exiſtentibuſ in mortali indulgentie ſacre & relaxationeſ quaſ facit eccleſia. Re/ſpondit q̄ quamuiſ nō poſſit fieri remiſſio pene manentē culpa & ex conſequenti exiſtenteſ in mortali indulgentiā nō conſequanē tamen ſi faciunt illud quod continetnr in forma indulgentie pru/denter faciunt quia bona facta in mortali peccato peccatorem de congruo diſponunt ad penitentiam & illa mediante ad ſuſcep/tionem gratie & remiſſioniſ peccatorum per diuinam miſericor/diam hec Ric¶Et quod ipſe doctiſſime loquitur Marie egiptiace peccatriciſ exēplum roborat & cōfirmat. Que ex Alexandria ubi xvii. anniſ libidini publice deſeruierat diſceſſit ut iret ieroſolimā cum hiſ qui ibant ad adorandum crucem xp̄i non eo propoſito ut a turpitudine ſua deſiſteret ſed tantū ut modicum illud bonum ipa cū aliſ operaretur. In itinere nauigando nautiſ ſuum corpuſ pro/ſtituit. Cum tandē ieroſolimā aduēiſſet terq; tēptanſ īgredi tēplū & tanq̄ meretrix repulſam paſſa a domino tacta ſe conuertit ad lacrimaſ peccata deflere cepit que iā cognoſcebat illa abhorrebat illa deteſtabatur illa ampliuſ non proſequi cōfumabat clamabat ad dominum. miſere mei quia peccaui nimiſ¶Clamabat ad uirginē matrem. ſuccurre & tu mihi clementiſſima genitrix dei¶Ecce iam tertio ingredi uolui eccleſiam ut adorarem crucem filii tui in qua pepēdit p̄ me peccatrice & ut uiliter mereor electa ſū. ſuccurre tu mihi o fonſ pietatiſ o miſericordie ſpeculū. Et audiuit uocē de celo dicentē ſibi¶Si tranſieriſ iordanē ſalua eriſ. Qua uoce cōfortata

UVA. BHSC. IyR_021

iterum ad ecclesiam accessit ac eam libere intrauit absq; contra/
dictione : & cum lacrimis & compunctione cordis de osculata
cruce foras produit affuitq; illi persona quedam uenerabilis tot nū/
mos illi afferēs quot ad tres panes emēdos sufficere potuere. Quibus
emptis deserta trās iordanē petiit. Ibi. xvii. ānis orationi contem/
plationi & deuotioni insistens tres tantum illos panes consūpsit.
¶ Multiplicabantur siquidem ex miraculo dei ita ꝙ toto illo tēpe
illam cibarunt. Ibi etiam. xvii. aliis annis superuixit sine cibo &
potu gratia dei & cibo celesti recreata ¶ Ibi abatē Zosimā deserta
percurrentem spiritu propbetico nouit nomine proprio eum
uocauit benedictionem ab eo petiit & uitā suam illi reuelauit po/
stulauitq; ut sancto dominice resurrectionis die ad ripā iordanis
sanctissimum sacramentum domini ferret ibiq; illam expectaret.
Distabat locus ille a iordanis flumine per dietas. xxx. Recessit
Zosimas fecitq; que Maria humiliter petierat & ipa die pasce
stās i ripa iordanis uidit eā uenientē & facto crucis signo sup aquā
siccis pedibus ambulantem ¶ Et cum peruenisset ad eū reuerentis/
sime cōmunione susceptā per eandem uiam redit ad locum unde
recesserat ¶ Eadem enim die per angelos deportata fuit per omne
spatium illud quo distabat locus ad quē redit a iordane ¶ Sequenti
uero anno ad locū illū Zosimas peruenit uiditq; in terram Mariā
iacentem corpusq; eius exanime ad caput uero scripturam quādā
dicentem ¶ Sepeli zosima marie corpusculum que die pasce q̄ a te
sacrum uenerabile susceptit migrauit ad dominum intellexitq; ꝙ n̄
nisi angeli portauerant eam quando per. xxx. dietas una die iter
perfecit Et cum de sepultura eius solicitus Zosimas cogitaret nec
haberet modum effodiendi terram uidit leonem ferocissimum ad
se gradientem qui fortiter cepit fodere sepulture q; locum conue/
nientissime preparauit ¶ In qua recondito corpore sancte leo uiā
suam tenuit & Zosimas ad suam cellam redit in domino consu/
latus O admirabilis bonitas patris nostri dei que non respicit pec/
cata hominum cum redeunt ad penitentiam ¶ Non negligit etiam
pectores ad penitētiā illustrare si & ipsi bonis opibus se adiuuare
uoluerint ¶ Septima utilitas dicitur continuatio ¶ Valet bonum in
peccato mortali factum ad continuandum & perseuerandum in
bona uita ¶ Facilius enim pōt perseuerare in bono qui benefa/
cere consueuit q̄ qui benefacere nūq̄ didicit sicut diffusius dixi in

UVA. BHSC. IyR_021

tractatu de uirtutibus sermone. i. c. ii. Hinc sapiens eccl. xii. c. ait Nó ẽ ei bene q assiduus est in malo. Octaua utilitas dicitur alleuiatio. Posito enim q quis in peccato mortali faciens bonum ꝓpter suam impenitentiã esset damnatus uirtute illius boni penã fortius substineret leuiorq; ei fieret. Vnde Aug. i ench. ait Tale bonum facit ut tollerabilior fiat damnatio. Nona utilitas dicitur glorificatio Nam si peccator per penitentiam moriatur in statu salutis & per illam obtineat unũ tantum gradum beatitudinis in eo gradu erit cum ampliori gaudio accidentali propter bonum quod in peccato mortali fecit q̃ si illud omisisset. Animentur ergo omnes & iusti & pectores ad opera bona propter que piissimus deus pro uocatur & ipse etiã peccatores equanimiter ferre eisq; sua beneficia innumera impartiri largiẽs hic gratiam & in futuro gloriam in qua uiuit & regnat per infinita seculorum secula Amen.

¶ Feria tertia post dominicam i septuagesima de his que mouere habent penitẽtes ad obediendum deo & qualiter omnes homines studere debent ad seruandum precepta altissimi.

¶ Sermo. iii.

MVlti sunt uocati pauci uero electi. Iterum ubi supra. Data est ab omnipotenti deo suo digito conscripta lex mandatorũ ad que obseruanda omnes homines conuocauit. Sed paucissimi reperiuntur qui ut decet tã excelso & gloriosissimo domino obedire uelit nec recte excusare se possũt diuinorũ preceptorũ trãsgressores quos omnes uoces scripturarũ excitãt & inuitãt ad obedientiã dei. Et quia ut premissũ est in sermone precedenti merces eterne uite non datur nisi seruantibus dei mandata. Idcirco i hoc sermone de his que merito inducunt nos ad ferendum iugum obe diuine ero dicturus ut sic hi qui ad penitentiam redire disponunt magis animentur ad exequenda opera bona & esse ualeant de numero illorum paucorum qui electi erũt. Notabimus ergo tria esse illa que nos ad dei obedientiã precipue & principaliter debent animare. Primum legis excellentia. Secũdũ dei reuerentia. Tertium obedientie efficatia.

¶ De excellentia mosayce legis & quare non seruatur a nobis nisi quo ad precepta mortalia. ¶ Capitulum. i.

PRimũ quod nos animare & inducere debet ad obedientiã dei dicitur legis excellentia. Nã datur quidem nobis & iũgitur

UVA. BHSC. IyR_021

seruare legem excellentissimam continentem precepta uirtutū ut dicit. Alex. de ales i. iii. uolūie sūme ¶Sed pro clariori itelligentia huius partis tria erunt dubia declaranda ¶Primum utrum lex diuinorum preceptorū sit a bono deo data ¶Secūdū utrū lex moysi sit a nobis conuenienter obseruata ¶Tertium utrum in preceptis decalogi sit regula salutis sufficienter assignata ¶Primum dubium declarādum utrum lex diuinorum preceptorū sit a bono deo data quia lex illa est ea quam moyses dux populi hebreorum tulit & promulgauit ¶Et statim offerunt se heretici asserentes illam legem esse non a deo sed a principe tenebrarum. Et arguebant secundū q̄ Aug. dicit in li. contra aduersariū legis & prophetarum dicētes ¶Dei perfecta sunt opera ¶Sed lex moysi erat imperfecta. Hebr. vii. Nihil ad perfectū adduxit lex. Ergo non erat opus dei. Sed sanctus Tho. i. ii. q. lxxxxviii. respondit ¶Quod lex illa pro illo tempore bona erat & optima licet imperfecta sit respectu tēporis euangelii & legis gratie ¶Quod autem fuerit a bono deo probat̄ tripliciter ¶Primo ex moysi sanctitate ¶Secūdo ex christi auctoritate ¶Tertio ex legis bonitate ¶Primo probatur ex moysi sanctitate ¶Ipse eqdē legis lator sānctissimus & amicus dei fuit amator ueritatis & iustitie sanctior ¶Numma pompilio qui secundū Isidorum. vi. ethi. mol. leges dedit romanis & Foroneo qui grecis & Mercurio thermegisto qui egiptiis & ipso Ligurgo qui leges tulit lacedemonis de quibus oībus est. c Moyses di. vii. decretorū De sanctitate uero moysi loqtur sapiens ecc. xlv. cum de eo dicit ¶Dilectus deo & hominibus cuius memoria in benedictione est ¶Similem illum fecit in gloria sanctorum & magnificauit eū i timore inimicorum & in uerbis suis mōstra placauit Glorificauit eum in conspectu regū & unxit illū corā populo suo & oñdit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum & elegit eum ex oī carne. Audiuit. n. uocē ipsius & induxit illū in nube. Et dedit illi cor ad precepta & lege uite & discipline Et nūeri. xii. c. de eo dicitur ¶Erat moyses uir mitissimus super omnes homines qui morabant̄ in terra Exo. xxxiii. recitatur historia q̄liter Moyses ieiunādo. xl. dies & .xl. noctes legē accepit a domino ¶Et actuū vii ¶Stephanus leuita accusantibus eum quasi male sensisset de lege & de moyse respendebat .d. Moyses fuit gratus deo & eruditus in omni sapientia egiptiorū potens in uerbo & i operibus suis. Et

UVA. BHSC. IyR_021

ſ. Hic ē Moyſes de quo dixit deus filiis Iſrahel Prophetā uobis ſuſcitabit de fratribus uestris tanq̄ me ipsum audietis Et ſra acce/ piſtis legem in diſpoſitione angelorum. Et gal. iii. apoſtolus in/ quit. Lex data eſt per āgelos i manu mediatoris Secundo ꝓbat ꝙ lex moyſi a bono deo fuerit data ex Xp̄i auctoritate. Nam mathei. v. dixit Nō ueni ſoluere legē ſed adiplere. Si igit̄ fuiſ/ ſet lex a prīcipe tenebrarū nō impleuiſſet eam Et Iud. ii. dicitur. Poſtq̄ impleti ſunt dies purgationis marie ſecundum legem moyſi tulerunt illum in ieruſolem ut ſiſterent eum dño ſicut ſcriptū ē in lege domini. Et Iud. xvi. Habēt Moyſē & prophetas audiant illos. Et Iud. ultimo. c. neceſſe eſt ſpleri cīa que ſcripta ſūt i lege moyſi & ꝓphetis & pſalmis de me. Et apoſtoli ſcientes uolūtatē xp̄i de lege moyſi eis predicata illam cōmendarunt Vnde Pau/ lus ad ro. vii. ait Lex quidem ſancta & mandatū ſanctū eſt. Et i. Thi. i. Scimus autem quia bona eſt lex ſiquis ea iuſte utatur. Tertio probat ꝙ lex fuerit bona ex legis bonitate quia lex illa homines ordinabat ad bonū illud precipiendo & malū prohibēdo Non enim diabulus legem tuliſſet per quā boies fierēt boni & di/ abulus ipſe eſſe confundendus Secundum dubium declarandum erat Vtrum lex moyſi ſit a nobis conuenienter obſeruata Et ui/ detur ꝙ non quia nos illius legis ſumus manifeſtiſſimi uiolatores. Nam in lege illa multa dantur precepta que non obſeruantur a nobis utputa preceptum de ſanctificatione ſabbati exo. xx. De celebratione ſenophegie paſce pentecoſtes & de eſu agni paſcalis da lapidatione filii inobedientis mulieris adultere & uiolantis ſab/ batum ac de aliis omnibus de quibus habetur in li. leuit. numerorū & exodi i pluribus capitulis. Si lex illa bona erat & xp̄us illā im/ pleuit ea faciens que & iudei faciunt perſeuerantur quomō poſſūt ea xp̄iani dimittere abſq; peccato. Ad hāc difficultatē ego reſpōdeo ſecundū Alex. de ales i. iii. uolūte ſūme & tho. i. ii. q. lxxxxviii. Quod in lege moyſi tria erāt genera preceptorum Iudicialium Cerimonialiū Moraliū Primo in lege illa erant precepta iudici/ lia qbus plectabāt delinquētes & puniebāt rei Sed ſeueritas taliū preceptorum finem habuit in aduentu Ieſu xp̄i redemptoris per quē facta eſt pax iter deū & boies pectōres. Ex hoc ſequit Hie/ ronimus ad Damaſū Papam de filio prodigo. Lex quippe iuſti/ cie tenax clemētiā ñ hēbat ſed quicūq; adulter fraudator boicida

UVA. BHSC. IyR_021

& ut breuiter dicam mortali crimine detinebatur nulla uenia pe/
nitentie laxabatur a crimine oculum pro oculo dentem pro dente
animam pro anima iubebatur exoluere Sed misit deus filium suũ
natum ex muliere factum sub lege q austeritatem le gis euangelii
gratia temperauit ¶Vnde apostolus eccle. scribens ¶Gratia inqt
uobis & pax a deo patre & domino Iesu xp̃o gratia que non ex
merito retributa est sed ex donante concessa ¶Pax uero qua deo
reconciliati sumus habentes propiciatorem dominum nostrum iesũ
xp̃m & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. hec ille. Ideo di/
cendum q̃ per xp̃m dominum liberati sumus ab onere iudicialium
preceptorũ & a timore penarum legis que non obligabat quantũ
ad hoc nisi usq; quo xp̃us uenisset q̃ adultere dixit. Iohannis. viii.
c. Nec ego te condemnabo ¶Vade & amplius noli peccare ¶Se/
cundo in lege erant precepta cerimonialia de q̃bus scribitur exo.
xviii. c ¶Esto populo in his que ad deũ sũt ostendes q̃ ei cerimonias
& ritum colendi hec precepta continebant omnia ad dei cultum
pertinentia de quibus in tractatu de legibus deo dante tractabo
distincte. Ideo nũc sufficit declarare quare illa obseruare preter/
mittimus ¶Et dico quia id facimus rationabiliter & absq; peccato
quoniam omnes cerimonie ueteris legis umbra erant & figura eor̃
que per xp̃m erant gerẽda. Ideo aduenĩente ueritate cessat figura
Vnde & apostolus ad hebr. x. dicebat ¶Vmbrã hãs lex futurorũ
bonorum non ipsam imaginem rerum ¶Vmbra siquidem minus est
q̃ imago tanq̃ imago pertineat ad nouã legem umbra ad ueterem
¶Et iterum col. ii. Nemo uos iudicet in cibo aut in potu aut in pte
diei festi aut neomenie aut sabbatorum que sunt umbra futuror̃
Et Aug. in. vii. li. de ci. dei. c. xxxii. de hac re sic pulchre loquit̃
¶Omnes enim non solum prophetie que in uerbis sunt nec tantum
precepta uite que mores hominum pietatẽq; conformant atq; illis
litteris continentur uerum etiam sacra sacerdotia tabernaculũ siue
templum cerimonie & dies festi & omnia alia q̃ ne ad eam religionẽ
pertinent que deo debetur & grece proprie latria dicitur ea signi/
ficarunt & pronuntiarunt que propter eternam uitam fidelium
impleta in xp̃o credimus impleri cernimus & implenda cõfidimus.
hec ille ¶Sed cõtra arguere possumus. Quia cerimoie ueteris legis
non cessauerunt in xp̃i aduentu Primo quia Baruch. iii. dicitur
¶Hic est liber mandatorũ dei & lex que est in eternũ Sed ad legẽ

UVA. BHSC. IyR_021

pertinebant cerimonie. ergo duraturę erant in eternum ¶ Secundo dicitur quia oblatio leprosi mundati ad legis cerimonias pertinet. Sed etiam in euangelio precipitur leproso mundato ut huiusmõi oblationes offerat ergo cerimonie legis ueteris non cessauerũt xp̃o uenιente ¶ Tertio obicitur ex eo q̃ circũcisio erat instituta in signum fidei abrae obseruatio autem sabbati ad recolendum bene/ficium creationis & alie sollennitates legis ad recolendum alia dei beneficia ¶ Sed fides habrae est semper imitanda etiã a nobis & bñ/ficium creationis & alia dei beneficia semper sunt recolenda ergo ad minus circũcisio & sollẽnitates legis cessare non debuerũt. Re/sponsio ad hec omnia secundũ Tho. i. ii. q. c. iii. Ad primũ ¶ Quod lex uetus dicitur esse in eternũ secũdũ moralia quidem simpliciter & absolute secundũ cerimonialia uero quantum ad ueritatem per ea figuratam. Ad secundum dicendum Quod misterium redempti/onis humani generis completũ fuit in passione xp̃i ¶ Vnde tunc dominus dixit. Consumatum est Iob. xix. Ideo tunc totaliter de/buere cessare legalia tam ueritate eorum consumata i cuius signũ in passione xp̃i uelum templi scissum est mathei. xxvii. Et ido añ passionẽ xp̃o predicante & miracula faciẽte currebat lex & euã/lium quia iam misterium xp̃i erat inchoatũ sed nondum consumatũ Et propter hoc mandauit dominus ante passionẽ suam leproso ut legales cerimonias obseruaret ¶ Post passionẽ uero xp̃i usq; ad tempus euangelii diuulgati legalia cum euangelio currebant ñ de necessitate sed ex q̃dã congruitate ne scandalizarentur iudei Ideo paulus circũcidit thimotheum qui ex matre iudea erat ¶ Titũ uero quia simpliciter erat gentilis circuncidere noluit ut in circũ/cisione thimothei ostenderet sacramenta legalia ñ debere dãnari & in hoc q̃ titũ circũcidere noluit ostenderet ea non esse necessaria ¶ Post diuulgatũ autẽ euangeliũ sunt oia prohibita & mortifera. Concordat his Alex. i. iii. uolumine summe & R. in. iii. di. i. Ad tertium obiectum sic respondit Tho ¶ Quod fides habrae fuit cõ/mendata in hoc q̃ credidit diuine promissioni de futuro semine in quo benedicerentur omnes gentes Et ideo q̃ diu hoc erat futurũ oportebat protestari fidem habrae i circuncisione ¶ Sed post q̃ iã hoc est perfectum oportet alio signo declarari. s. baptismo qui in hoc circũcisioni succedit secũdũ illud Apos. Col. ii. c. Circũcisi estis circũcisione nõ manifesta. Sed in circũcisione xp̃i consepulti ei in

UVA. BHSC. IyR_021

baptiſmo in quo & reſurrexiſtiſ per fidē operationiſ dei. hec ille
¶ De ſabbato autem quod ſignificabat primam creationem dicimuſ
quia mutatum eſt in diem dominicum in quo commemoratur
noua creatura inchoata in reſurrectione xp̄i ¶ Similiter aliiſ ſo/
lēnitatibuſ ueteriſ legiſ noue ſolēnitateſ ſuccedunt quia beneficia
illi populo exhibita ſignificant beneficia nobiſ per xp̄m conceſſa
¶ Vnde feſto paſce ſuccedit feſtū paſſioniſ & xp̄i reſurrectioniſ.
Feſto pēt. í quo data fuit uetuſ lex ſuccedit feſtū pēt. í quo data
fuit ſpirituſ. uite ¶ Feſto neomenie ſuccedit feſtum beate uirginiſ
í qua primo apparuit illūiatio ſoliſ. i. xp̄i per copiā gratie. Feſto
tubarum ſuccedunt feſta apoſtolorum ¶ Feſto expiationiſ ſuc/
cedunt feſta martirum & confeſſorum ¶ Feſto tabernaculorū ſuc/
cedit feſtum conſecrationiſ eccleſie ¶ Tertio in lege moyſi erant
precepta moralia de quibuſ dicitur ecc. xvii. Addidit illiſ diſci/
plinam & legem uite hereditauit illiſ ¶ Vbi glo. ait. Diſciplia ē eru/
dicio moy̆ Talia ergo p̄cepta moralia a nobiſ obſeruari debēt que
exo. ii. c. commemorantur ¶ Et hec duratura erunt uſq; ad com/
pletum numerorum electorum ¶ Tertium dubium declarandū erat
¶ Vtrū in preceptiſ decalogi ſit regula ſalutiſ ſufficiēter aſſignata.
Nam ex. x. c. exodi colliguntur tantū decem mandata uidelicet.
¶ Primum non habebiſ deoſ alienoſ ¶ Secundum non aſſumeſ nomen
dei tui in uanum ¶ Tertium memento ut diem ſabbati ſanctificeſ.
¶ Quartum honora patrē tuū & matrem tuā ut ſiſ longeuuſ ſuper
terram ¶ Quintum non occideſ ¶ Sextum n̄ mechaberiſ ¶ Septimum
non furtum facieſ ¶ Octauum non loquariſ contra proximū tuū
falſum teſtimonium ¶ Nonum nō concupiſceſ domum proximi tui
¶ Decimum non deſiderabiſ uxorem eiuſ. In quibuſ preceptiſ plene
continētur omnia per que poſſit homo eternam ſalutem accipere
¶ Quoniam ut inquit Boñ. in. iii. di. xxxvii ¶ Omniſ lex mandat
iuſtitiam que cōmuniter dicta nil aliud eſt niſi ut homo ad deū
ſit & ad proximum ordinatuſ Vnde Iud. x. & matheı. xxii. xp̄uſ
dixit. Diligeſ do. d. t. & pro. tuū ſicut te ipſū ¶ In biſ duobuſ pre/
ceptiſ tota lex pendet & prophecie ¶ Ex hoc moyſi date fuerunt
due tabule lapidee in quarū prima continentur mandata ad deū
noſ ordinantia in ſecunda mandata noſ ad proximum ordinātia
Sufficientia uero mandatorum prime tabule ſumi poteſt tripli/
citer. Ex parte obiecti. Ex parte ſubiecti. Ex parte actuſ medii

UVA. BHSC. IyR_021

¶Primo ſumitur ex parte obiecti ſic Nam cum in deo ſint treſ p/
ſone & tria apropriata & triplex genuſ cauſe ſecundū q̄ compat̄
ad creaturā triplex eſt preceptum ſecundum q̄ creatura ratiōna/
liſ ordinari habet ad deum ¶Nam ſecundum rationem maieſtatiſ
que apropriatur patri & conuenit deo ſecundū q̄ eſt cauſa effi/
cienſ creature ordinatur per illud preceptum ¶Nō habebiſ deoſ
alienoſ ¶Secundū rationē ueritatiſ que apropriatur filio & con/
uenit deo ſecundum q̄ eſt cauſa formaliſ & exemplariſ creature
ordinatur per illud. Non aſſumeſ nomen dei tui inuanū ¶Secūdū
rationem bonitatiſ que apropriatur ſpiritui ſancto & conuenit
deo ſecūdum q̄ eſt cauſa finaliſ ordinatur homo per illud precep/
tū ¶Memento ut diē ſabbati ſanctificeſ ¶Ita ut per hec tria ſub/
iaceat ſumme maieſtati credat ſumme ueritati & adhereat ſumme
bonitati ¶Secundo ſumitur ſufficientia ex parte ſubiecti ordina/
biliſ quod eſt anima rationaliſ in q̄ eſt triplex uiſ motiua ſecundū
quam habet in deū ordinari uidelicet ¶Rationaliſ. concupiſcibiliſ.
& iraſcibiliſ ¶Mandatum de adoratione reſpicit ipſam iraſcibilem.
mandatum uero ſecundum ipſam rationalem. & mandatum tertiū
de ſanctificatione ſabbati reſpicit ipſam concupiſcibilem ¶Tertio
ſumitur ſufficientia ex parte actuſ medii ¶Triplex enī eſt actuſ
ſecundum quem habet homo in deum ordinari uidelicet. Cordiſ
oriſ & operiſ. Peneſ actum operiſ attenditur primū mandatū de
adoratione. Peneſ actum oriſ attenditur ſecundum mandatū quo
prohibet̄ falſa inuocatio nominiſ diuini ¶Secundum actum cordiſ
attendit̄ tertium mandatum i quo precipitur ſanctificatio mētiſ
¶Et ſic mandata ad deum noſ dirigētia ſufficientiſſime tradita eſſe
conſtat ¶Sufficientia autem mandatorum ſecunde tabule haberi
poteſt ex parte actuſ medii ¶Nam ad proximum ordinari habe/
muſ ſecundum beneficentiam & ſecundū innocentiam. i. ut ei bene
faciamuſ & illi non noceamuſ que ſunt duo precepta iuriſ nature
de quibuſ dicitur. di. i. decretorum. c. i. Iuſ naturale ē quod i lege
& in euangelio continetur quo quiſq; iubetur alii facere que ſibi
uult fieri & prohibetur alii inferre quod ſibi non uult fieri Vnde
xp̄uſ in euangelio Omnia quecūq; uultiſ ut faciāt uobiſ homineſ
& uoſ facite illiſ Hec eſt enim lex & prophetie ¶Secundum bene/
ficētiam igitur ordinatur homo ad proximum per illud preceptū
Honora patrem tuum & matrem tuam ¶Secundum innocentiam

UVA. BHSC. IyR_021

uero neceſſe eſt triplicem ordinē obſeruare. ſ. operis oris & cordis id eſt ut proximo non noceamus non opere non ore non corde. Nocere autem quis poteſt proximo ſuo tripliciter opere. Aut in perſona propria & hoc prohibetur per illd preceptū. Nō occides Aut in perſona coniuncta & pro hoc eſt illud preceptum Non mechaberis. Aut in poſſeſſiōe terrena & pro hoc eſt aliud p̄ceptū Non furtum facies ¶ Secundo poteſt proximo nocumentum inferri ore & ad id reprimendū datur illud preceptū. Non loquaris contra proximum etc ¶ Tertio ſecundum actum cordis proximus ledi p̄ot aut cōcupiſcendo eius uxorē & ſic ē illud preceptū. Non concupiſces uxorē eius Aut inordinate deſiderando eius bona temperalia & de hoc datur ultimum preceptum. Non concupiſces rē proximi tui. Et ſic patet ſufficientia mandatorum. Sed ſtatim eſt qui obiciat & dicat. Quod cum ſeptem ſint capitalia peccata & nō niſi de duobus fiat prohibitio. ſ. luxuria & auaritia nihilq; dicat de ſuperbia de accidia de gula de inuidia & de iracūdia. Aut ergo iſta non ſunt peccata aut regula preceptorum deficiet quia illa ñ prohibet. Reſpondet dominus Bon. Quod omnia hec peccata p̄hibentur in preceptis decalogi implicite. Nam ſuperbia prohibet in adoratione dei. Inuidia & ira in fuga homicidii. Accidia i ſanctificatione ſabbati & gula in deteſtatione luxurie. Luxuria autē & auaritia prohibentur explicite propter maiorem pronitatem quam ad illam oēs uniuerſaliter habent ¶ Et propter dicta aſſerit Bon. Quod i omnibus preceptis quando deus explicite aliquid p̄hibet implicite precipit eius contrarium & quando aliquid explicite precipit implicite prohibet eius contrariū ¶ Eſt igitur preceptornum decalogi regula conmpendioſa breuis & ſuauiſſima continensq; omnia ad ſalutem ſpectantia. Ab eius obligatione ullus excipitur ſed omnes illam ſeruare tenēt ¶ Verumtamen dolendū puto de xp̄ianorum ignauia ignorantiaq; multorū qui non precepta dei tranſgrediuntur uerū etiā illa ſcire non curant ¶ Hi ſūt qui ſi interrogent que & q̄ ſunt legis p̄cepta reſpondere minime ſcient. O uere deteſtabilis cecitas. O reprehenſibile malū. O dānabilis deniq; negligentia. Verificatur certe in talibus illud Oſee iiii. d. Audite uerbum domini filii Iſrahel quia iudicium domini cum hitatoribus terre. Non eſt ueritas non eſt miſericordia & nō eſt ſcientia dei. in terra Maledictum ent & mendacium homicidiū

UVA. BHSC. IyR_021

& furtum & adulterium ſundauerunt ¶Sanguiſ ſangumẽ tetigit propter hec lugebit terra & infirmabitur omniſ qui habitat in ea hec ille ¶Que enim confuſio que uerecundia ineſſe debet ignorã/ tibuſ ſalutiſ ſue regulam cum ſciant tot cantilenaſ uanaſ tot in/ utilia & curioſa & illud quod dei ſeruiciũ reſpicit dei honorẽ deiq; obedientiam addiſcere nolunt.

¶Quod omneſ debent prompto animo ſeruare precepta dei ob reuerentiam diuine maieſtatiſ & quare deuſ hominem ob/ ligauit ad illa. ¶Capitulum .ii.

SEcundum quod noſ animat & inducit ad obedientiam dei dicitur dei reuerẽtia. Dictat equidem ipſa natura reuerentiã exhibendam fore ſummo imperatori celi terre angelorum & hoim omniumq; creaturarum ¶Hoc autem maxime fit cũ eiuſ mandata ſeruantur ad que ipſe hominеſ ligauit rationabiliter maxime p/ pter tria ¶Primo propter auxiliationem ¶Secundo propter iuſti/ ficationem ¶Tertio propter humiliationẽ ¶Primo deuſ rationa/ biliter obligauit hominеſ ad obſeruãtiam mandatorum propter auxiliationem ut ſic auxilium haberet liberum arbitrium quod poterat a bono deficere & in malum declinare Quoniam ut inqt Hieronymuſ ad Demetr. uer ¶Vtrumq; noſ poſſe uoluit optimuſ creator ſed facere tantũ quod imperauit ¶Et ſi obiceretur q̃ ob/ ligatio repugnat libertati ¶Et ut Aug. dicit ſuper gẽ. ad litterã. Melioreſ iudicauit boſeſ qui ei liberabiliter deſeruirent ¶Si ergo a principio deuſ reliquit hominem in manu conſilii ſui dando ei libertatẽ arbitrii uidet̃ q̃ nullomõ debuerit addere obligationẽ p̃cepti ¶Reſponderi poteſt ſecũdũ Bon ¶Quod obligatio ad bonũ non repugnat libertati ſimpliciter ſed repugnat libertati peccãdi ¶Quanto aut ẽ qſ magiſ inheret uirtutibuſ & euitant peccata tanto liberior eſſe cẽſet̃ ¶Quod plene oſtendi ĩ ſermone .i. de uirtutibuſ Et hoc expreſſe aſſeruit Tuliuſ in paradoxiſ Dictum inquit ẽ ab eruditiſſimiſ neminem niſi ſapientem liberum eſſe ¶Nam cum ſer/ uituſ ſit obediẽtia fracti animi atq; abiecti & arbitrio ſuo carẽtiſ quiſ neget omneſ leueſ omneſ cupidoſ omneſ deniq; improboſ eſſe ſeruoſ. hec ille ¶Secundo deuſ rationabiliter obligauit boſeſ ad obſeruantiam preceptorum propter iuſtificationem ¶Dicenſ nanq; eſt iuſtum iudicem ſecundũ merita retribuere ¶Sed meritum & demeritum nõ habet locũ ubi nulla cadit obligatio legiſ Quare

UVA. BHSC. IyR_021

QUartus effectus qui cōſequitur conuerſionē peccatoris dicitur peccatoꝝ exaltatio ¶Voluit qdem deus oſtendere q̄ gratū ſibi eſt cum peccatores ad penitentiam conuertuntur eos mirum in modū ſublimando & exaltādo ſ utraq; eccleſia militanti. ſ. & triūphanti. Et licet ſecundum rigorem diſcipline quandoq; factum ut ab eccleſiaſticis dignitatibus propter crimina nonnulli caderent ad quas etiam poſt ꝓpactam penitētiam non liceret redire ut ſcribitur l. di. c. Vt conſtitueret &. c. Si lapſis. &. c. Qui ſemel. &. c. ¶Preſbiterū &. c. Miror. &. c. Clericum. &. c. Clerici. &. c. Si epiſcopus ¶Verūtamē hoc nō dicitur ex deſperatione ſ dulgentie ¶Quinimo inuenti ſunt q̄ plures qui poſt lapſum per penitentiam reſtituti ſūt ad ſpirituales ordines & eccleſiaſticas dignitates ¶Fuit princeps apoſtolorum Petrus reſtitutus per penitētiam ad apoſtolatum & principatū apoſtolorū nō obſtāte precedente peccato ſicut ſcribit

UVA. BHSC. IyR_021

l. di. c. Ponderet. &. c. Conſiderandū. &. c. Fideliter In. c. uero Si poſt ordinationē. ſ. Si cōtra alia pc̄t̄ōrū penitenti inducūtur exēpla Dicitur enī ibi ſic Maria ſoror aaron poſtq̄ lepra pcuſſa eſt qa in moyſen murmurauerat acta pnia peccato mūdata eſt & p̄ſtinā gratiam prophetiſandi recepit. Aaron poſt cōflatū uitulū in ſūmū ſacerdotem conſecratuſ ē. Dauid poſt adulteriū homicidiū ꝓphecie ſpiritū recepit & in ꝓprio gradu permāſit. Achab quoq; poſt mortem naboth uiri ſanctiſſimi per penitentiā humiliatuſ in regia ſede remāſit. Et ut p̄tereamuſ multa exempla ueteriſ teſtamēti. Petruſ negauit xp̄m & poſtea princepſ apoſtoloꝝ factuſ eſt Pauluſ Stephanū lapidauit & tñ a deo in apoſtolū eſt electuſ. Multi quoq; ab bereſi ad unitatē fidei catholice reuertenteſ ī ſuiſ ordinibuſ ſunt recepti Alii uero ad ep̄alē etiā gradum ſunt ꝓmoti utpote Auguſtinuſ & alii plurimi. hec ibi. Vtrumtamen inter omneſ peccatoreſ per penitentiā reſtitutoſ ad precedenteſ graduſ ſiue ad aliqſ aliquoſ de nouo eiſ collatoſ efficatiorem nobiſ fiduciā & animum preſtant treſ illi nequiſſimi uiri. Pauluſ ſuperbiſſimuſ. Dauid luxurioſiſſimuſ. Matheuſ uero cupidiſſimuſ & auaruſ. Horū tñ uoceſ magiſ q̄ aliorum uoluit ſpirituſ ſāctuſ in eccleſia reſonare. Licet enim ſcripſit euāgelia Iohāneſ Lucaſ & Marcuſ tamen frequentiuſ legitur euangelium ſecundum Math. Et licet inueniantur pſal. aliorum multorum non ſolum illi quoſ Dauid cecinit tamen eccleſia illoſ Dauid ſeptiuſ decātat Licet etiā Petruſ Iacobuſ & Iohanneſ ac Iudaſ Thadeuſ ſuaſ epiſtolaſ canonicaſ ſcripſerint tamen epiſtole Pauli magiſ in diuiniſ officiiſ habentur ī uſu. Quod ideo factum eſſe credendum eſt ut omneſ ꝓticipant q̄ cara deo ſit conuerſio peccatorum quoſ tam ſublimiter per penitentiam in eccleſia ſua dignatuſ eſt exaltare. Quanta aūt erit tali in regno celorum gloria a redemptore mundi dictum eſt Math. xxi. Meretriceſ inquit & publicani precedēt in regno celorum. Et hoc exemplo monſtratū eſt in Tarſi meretrice pulcherima & formoſa que poſtq̄ multorū aīaſ illaqueauerat dediſſetq; multiſ occaſionē ſe ip̄oſ iterficiēdi accidēte ad eā Panutio ſc̄iſſimo uiro cōtritionē & cōpunctionē ſuoꝝ ſceleꝝ hūit aduſtiſq; oībuſ uanitatibuſ ī platea publica ut daret exēplū biſ cū quibuſ peccauerat in cellula quadā puula ſe incluſit ī q̄ p feneſtrā paululū paniſ & aque quibuſ ſuſtentaretur die qualibet accipiebat Cum ergo triBuſ anniſ fuiſſet iclusa, profectuſ panutiuſ ad abbatem Anthoniū

UVA. BHSC. LyR_021

cui multa reuelabāt a deo ut ab eo iquireret si deus ei sua peccata remisisset. Narrata causa sanctus Anthonius conuocatis discipulis precepit ut illa nocte orarent statimq; abbas Paulus maior discipulus Anthonii uidit in celi lectum speciosis ac preciosis uestibus ornatum quem tres uirgines sacre facie clara custodiebant. Cunq; Paulus diceret gloriam illam eē Anthonii audiuit uocem dicētem sibi ¶Non est Anthonii sed Tharsis meretricis ¶Quod cum mane audiuisset Pannutius cum gaudio discessit. Et cum illam eduxisset de cella. xv. diebus superuixit post quos meretrix penitens quieuit in domino ¶Audiuimus igitur ex tribus effectibus enarratis q̄ summa est in deo complacentia ut peccatores reuertantur ad illū. Et tamen cum ipse hac uoce melliflua incitet omnes nescio unde fiat nisi ex humani cordis duritia ut non audiatur ¶O infelix anima peccatrix ¶O seua immanis & crudelior omni belua desine iam male facere. Impone finem delictis tuis quere dominum deum tuū dum inueniri potest ut accipias ab eo gratiam in p̄nti & in futuro perpetuam gloriam. Amen.

¶Feria sexta post dominicam in septuagesima De iflammato & ardētissimo amore dei ipse clementissimus pater pctōribus quem exhibet et ostendit ut illos ad se trahat ac reuocet et inducat ad penitentiam. ¶Sermo. vi.

AMore langueo ¶Habētur hec uerba in persona Christi dei & hominis salutem peccatorum sitiētis originaliter Cant. v. c. Si cogitarent excecati peccatores quāta dilectione complectit illos pissimus deus profecto omni studio & uigilantia deposita delictorum sarcina ad diligentem se properarent ¶Neq; enim inueniri quispiam potest non pater non mater non frater non soror non filia non filius non denique domesticus quilibet amicus siue propinquus qui tantum diligat eos quantum amat ipse mitissimus pater celestis. Quod considerans Vgo in li. de arra sponse sic alloquitur animam peccatricem. Sponsum habes & nescis pulcherrimum omnium & faciem eius non uidisti. Ille te uidet quia nisi te uidisset nō te diligeret. Noluit adhuc se ipsū tibi presentare sed munera misit arram dedit pignus amoris. hec ille ¶Est utiq; anime legitimus & immaculatus sponsus deus dei filius qui in cruce exaltatus clamat grandi & amorosa uoce dicitq; ase propter peccata pereuntis & ad inferna currenti illud Hieremie secundo ¶Tu autem fornicata es cū amatoribus multis tamen reuertere ad me & ego suscipiam te.

UVA. BHSC. LyR_021

¶Quidnã dulciuſ qd ſuauiuſ qdue clementiuſ poteſt audiri¶Oñdit nempe multiſ diuerſiſq; modiſ rex regum deuſ noſter q̃ hominem diligit eiuſq; ſalutem etiam poſt peccata & nefanda facinora ardentiſſime ſitit.¶Quapropter ut euigilent ſomnolenti peccatoreſ & expgiſcantur ad uocem beniuolentie ſummi dei in preſenti ſermone de amore quem deuſ peccatoribuſ exhibet nonnulla erunt uidenda ut uerificetur in corde omnium quod dictum eſt in themate in perſona illiuſ quia ſcilicet amore langueo¶In quibuſ uerbiſ de amore illo tria myſteria principaliter ꝓponimuſ declarãda.¶Primum de ipſiuſ ueritate¶Secundum de eiuſ uoluntate¶Tertiũ de illiuſ copioſitate.

¶Qualiter deuſex amore maliſ & pctóribuſ copioſiſſima bñficia ſua largit¶Et qd ẽ amor ſiue dilectio dei. ¶Cap.i.

PRimum myſterium declarandum de amore quo deuſ peccatoreſ diligit dicitur ueritatiſ. Nam poſſet non ĩmerito aliqſ dubitare. An uerum ſit q̃ deuſ peccatoreſ diligat. Quoniam ſi diceretur Quod ſic¶Statim occurrerent dicta ſcripture ſacre qbuſ inſinuari uidetur contrarium¶Vude in perſona dei prouer.viii c. dicitur¶Ego diligenteſ me diligo¶Et Io.xiiii. Chriſtuſ dixit. Qui diligit me diligetur a patre meo & ego diligam eum. Sed pctóreſ non diligunt deum¶Ergo deuſ nõ diligit illoſ. Et eccle.xii. ſapiẽſ inquit¶Altiſſimuſ odio habet peccatoreſ¶Et Iudith. quinto. c. ſcribitur¶Deuſ peccatorum odit iniquitatem. Et Auguſtinuſ.xii. libro de ciuitate dei.c.iii. ita aſſerit. Dicuntur in ſcripturiſ inimici dei omneſ qui eiuſ aduerſantur imperio non natura ſed uitiſ nihil ei nocere ualenteſ ſed ſibi¶Inimici enĩ ſunt poteſtate non reſiſtẽdi ſed uolũtate ledendi. Et idẽ Auguſtinuſ in li.de penitentia refert quod etiam ponitur de pe.di.iii.c¶Sunt plureſ ſcio dominũ inimicum oĩ criminoſo¶Et dauid in pſal.ad deum ſic loquitur. Odiſti omneſ obſeruanteſ uanitateſ ideſt peccata¶Et ſapie.xiiii.ca.ſimiliter dicitur¶Sunt deo odio impiuſ & impietaſ eiuſ¶Si itaq; inter deum & peccatoreſ eſt inimicicia & odiũ ergo deeſt amor quoniã ſimul iſta ſtare non poſſunt¶Sed contra eſt dictũ ſapiẽtiſ¶Sapie ii.c. qui deo dicit¶Diligiſ omnia que ſunt & nihil odiſti eorum que feciſti. Pro huiuſ dubii declaratione notanda eſt ſententia domini Bon.di.xxxii.tertii.libri.que taliſ eſt¶Quod deuſ non dicit ẽ̃ creare ẽ̃am diligere rõe affectiõiſ animi ſed rõe coĩcatiõiſ alicuiuſ boni. ¶Ita q̃ dilectio dei dicitur potiuſ eſſe dilectio effectuſ q̃ affectuſ.

UVA. BHSC. IyR_021

Cómunicatio aút bóitatiſ diuíe ſi attendat quátum ad effectú gratie ſe non extendit ad peccatoreſ ¶Ideo propter huiuſ boni ſubtractionem dicitur illoſ odire & ſic ítelliguntur auctoritateſ ſuperiuſ allegate ¶Sed cómunicatio aliorú beneficiorum & bóiſ & maliſ eadem eſt ob quod & maloſ etiam diligit nó ut maloſ ſed ſua illiſ beneficia tribuenſ ut boni fiant. Sút autem inter cetera tria beneficia peccatoribuſ a deo collata ¶Primum creationiſ. ¶Scdm gubernatióiſ ¶Tertiú ſociatióiſ ¶Primú beneficiú qd deuſ peccatoribuſ confert ex dilectione & amore dicitur creationiſ. Quiſnã eſtimat quantum bonum eſt eſſe in numero creaturarú nó quarumcúq; ſed rationabiliú ¶Nullo quidẽ precio emi poſſet unuſ ex oculiſ uel aliuſ mẽbriſ noſtriſ multomagiſ nec aliq̃ potẽtia anime. Et quiſ eſt qui dedit animam cum potentiſ & corpuſ tam boniſ q̃ maliſ niſi deuſ ¶Et cur dedit niſi ex mera caritate & ex mera liberalitate ſua ¶Hoc eſt quod lactã. in. ii. li. di. inſti. ait Deuſ ueri patriſ officio functuſ eſt Ipſe corpuſ effinxit ipſe animam q̃ ſpiramuſ infudit ¶Illiuſ eſt totum quicquid ſumuſ. Et Bernarduſ in ſermonibuſ ¶Parum ne tibi uideť o homo Cogita qualem te fecit. Nempe ſecúdú corpuſ egregiam creaturã ſcdm animam magiſ imagine creatoriſ inſignem rationiſ participem beatitudiniſ eterne capacẽ porro ábo ſibi coherere fecit artificio incóprehenſibili & ſapiẽtia inueſtigabili. Nec hoc ante pmeruit qui ante non fuit. Nec ſpeſ retributioniſ fuit quoniam bonorú noſtrorum non eget. hec ille ¶Sed qui non recte de deo ſentiúť de eiuſ beneficiuſ ingratiſſimi conqueruntur dñt etenim. q licet magnum bonú ſit eſſe quod per creationẽ peccatoreſ acceperúť a deo tamẽ cum deuſ preſcierit eoſ futuroſ maloſ atq; dãnandoſ cur illoſ creauit ¶Quibuſ ſic reſpondet Auguſtinuſ. ii. li. de ci. dei c. xviii. Neq; enĩ deuſ ullum nó dico angelorú ſed uel hominú crearet quem malum futurum eſſe preſciſſet niſi pariter noſcet quibuſ eoſ bonorú uſibuſ cómodaret atq; ita ordinem ſeculorú tanquam pulcherrimum carmen ex quibuſdam quaſi antithetiſ honeſtaret. Antitheta enĩ que appellanť ĩ ornamẽtiſ elocutióiſ ſunt decentiſſima que latine appellanť appoſita uel qd exp̃ſſiuſ dicitur contrapoſita. Non eſt apud noſ huiuſ uocabuli cõſuetudo cum tamen eiuſdem ornamentiſ elocutioniſ etiam ſermo latinuſ utať imo lingue omniú gentiú hiſ ãtithetiſ. Et pauluſ apoſtoluſ in. ii. epiſtola ad cor. illum locum ſuauiter explicat ubi dicit per

UVA. BHSC. IyR_021

arma iustitie a dextris & a sinistris per gloriam & ignobilitatem
p ifamiã & bonã famã ut seductores & ueraces ut q ignoramur
& cognoscimur quasi morientes & ecce uiuimus ut tẽptati & non
mortificati ut tristes semp autẽ gaudẽtes sicut egentes multos
autem locupletantes tanq̃ nihil habentes & omnia possidentes.
¶ Sicut enĩ ista cõtraria cõtrariis opposita sermonis pulchritudinẽ
reddunt ita quadã non uerborũ sed rerum eloquẽtia cõtrariorũ
oppositiõe seculi pulchritudo cõponitur.hec Augus. Et si adhuc
arguerent impi & maligni q secũdum Augustin. uerba uideretur
quasi necessariũ fore ut aliqui mali essẽt ut sic seculi pulchritudo
pficeretur. Ego dico q licet deus secundũ Augustin.li.de libero
arbitrio nouerit ex quocũq; malo bonũ eligere tamen si nullus
unq̃ peccasset siue angelus siue homo adhuc uniuersũ pfectum
esset nihilq; quod ad eius ornatũ spectaret siue decorẽ inueniret
diminutũ. Neq; ppterea culpãdus est sapiẽtissimus artifex deus
qui creauit illos qui damnari debebant quoniam non propterea
damnant qa sunt creati sed quoniã post creationẽ sua uolũtate
facti sunt mali ¶ Quinimo in hoc maxime relucet imẽsa bonitas
dei q tã grande beneficium conferre dignatus est etiã illis quos
prescibat futuros ingratos & malos ¶ Scdm beneficium qd deus
peccatoribus cõfert ex dilectiõe & amore dicitur gubernatiõis
Indiget equidem homo auxilio omniũ creaturarũ celi. s. & terre
celestium inferiorumq; corporũ sine quibus uiuere minime posset
¶ Omnia tamen ista dei sunt de quo in psal. dicitur Domini est
terra & plenitudo eius or. ter. & u. qui h. in eo nihilominus ex
clemẽtia largiflua & affluẽtissima sua libere donat fructũ borũ
omnium etiam impius & malis. Inde Vgo in li.de arra sponse ait
¶ Respice uniuersũ mundũ istũ & considera si aliquid in eo sit qd
tibi non seruiat Omnis natura ad hunc finẽ dirigit cursũ suum
ut obsequiis tuis famuletur & utilitati deseruiat tuisq; oblecta/
mẽtis piter & necessitatibus secundum affluentiam ideficientem
occurrat ¶ Hoc celum hoc terra hoc mare hoc aer cum his que
sũt in eis uniuersis explere nõ cessãt. hec. ille ¶ Et xps in euãgelio
Math. v. ait ¶ Pluit super iustos & iniustos & solẽ suũ oriri facit
super bonos & malos ¶ Tertium beneficium quod deus erogat &
largit ex dilectiõe & amore ipsius peccatoribus dicit sociatiõis.
Magnum quippe donum ẽ unusquisq; habeat socium angelum.
Hinc magister sen. di. u. scdm li. allegat Hiero. sup matheũ sic

UVA. BHSC. IyR_021

d ¶Magna dignitas animarum ut unaquęq; ab ortu natiuitatis
sue in sui profectum & custodiam habeat angelum spetialiter
delegatum ¶Ex qua auctoritate secundū doct. theo. colligunt
tria catholica documenta ¶Primū documentum scd'm Alexādrū
de ales in. ii. uolumīe sūme & archi. canostica super. c. Firmissīe
de conse. di. iiii. q̄ duplex est hominis natiuitas. s. in utero & ex
utero ¶Prima. est quando anima creatur simul & infundit corpi
¶Scda uero quādo exit de uentre matris Angelus autē deputat
homini a prima natiuitate. s. in utero ¶Ratio autem quare non
debeat āte infusionē anime angelus deputari ad custodiā corpis
secundū Boñ. in. ii. di. xi. in declaratiōe littere ē qa illa custodia
principalius respicit spiritū q̄ corpus ¶Et ideo nō debet specialiter
angelū ad suam custodiā habere anteq̄ spiritus infundatur Non
debet etiā differre ultra anime infusionem quia ex tūc defēdere
potest & adiuuare ¶Vtrū aūt q̄diu puulus caret rōnis usu aliquē
occultum effectum habeat custodia āgeli quātū ad habitationē
& directionem in bonū assignare est difficile ¶Sed negare non
est tutum ¶Secundum documentum est. q̄ angelus beatus ꝓpter
custodiam hominis non est homine inferior uiatore neq; dignior
cum id fiat ex dulcedine sūmi dei ¶Tertiū documentum est qñ
angelus nō deserit obstinatū in peccatis usq; ad mortem ¶Ratio
est secūdū Boñ. quia promior est bonus angelus ad iuuandum q̄
malus ad pdēdū. Si ergo malus āgelus nō derelīqt usq; ad mortē
hoiem etiā q̄ntūcūq; sctm̄ nec bonus hoiem q̄ntūcūq; sceleratū
dimittit usq; ī finē ¶Sed cōtra hoc ist āt nōnulli qm̄ glo. sup illud
Hiere. li. Curauimus babilonē & nō est curata derelinquamus
eam. ait. Medici sūt angeli quos a nobis repellimus dum eorum
cōsilio nō acqescimus. Item Dama. d. q̄ ātix p̄s carebit āgelico
presidio. Ex quibus colligi posse uidet. q̄ angelus qñq; subtrahit
ab hoie ꝓpter peccata custodie beneficium. R ñdet ad hoc dñs
Boñ. q̄ cōmuniter tenet a doctoribus sacre scripture. q̄ āgelus
non omnino deserat obstinatos q̄diu sūt uiatores. nec tamē ideo
diligenter custodit bonos aut mediocriter malos ¶Ideo cōmūiter
dicitur. q̄ quodā modo deserit & quodā modo semper custodit.
¶Explicatio aūt huius pōt diuersimode fieri. Nā aliquē custodiri
ab angelo pōt dupliciter intelligi. Vel scd'm habitū ¶Vel secūdū
actū ¶Voluerūt ergo aliqui dicere. q̄ angelus obstinatū secūdū
actum custodiēdi relinquit pro eo q̄ ipse custodiēti angelo nō

UVA. BHSC. IyR_021

obedit imo contra mōita mentem obfirmauit. ¶ Quātum uero ad habitū nō deserit quia semper promptus est ei subuenire si quo mō ipsū ad uiam ueritatis uideat inclinari. ¶ Sed hic modus dicēdi nō sufficit quia nullus est adeo malus & peruersus quin angelus bonus possit ei aliquod beneficium custodiendo largiri. ¶ Ergo si semper est ei promptus facere bonum uidetur q̄ nunq̄ subtrahat omnem actum. Et ideo est scd̄s modus dicendi. s. q̄. duplex est custodie angelice actus. ¶ Vnus respectu corpis. Alter respectu spiritus. Vnus consistit in repulsiōe hostis ne opprimat corpora. Alter arcendo ipsum ne peruertat animas. Primi actus efficatia est in angelo. ¶ Secūdi uero nō solum ē in angelo sed etiā i nobis ¶ Quātum ad primū actū bonus angelus hominem usq̄ ad mortē non derelinquit quia non patitur ipsum a demone opprimi uel occidi nisi quādo aliter exigit fieri sñta diuini iudicii. ¶ Quantum uero ad scd̄m actum quia illius efficatia nō tantū est in āgelo sed etiam in nobis subtrahit custodie beneficiū ab his circa quos uidet se frustra exercere utpote ab excecatis & obstiatis qui nec recipiunt instructionem nec exhortationē. ¶ Sed cum custodia magis respiciat animā q̄ corpus adhuc non uidet oīo ꝓbabile q̄ āgelus omnē actum custodie subtrahat respectu anime. Et ideo adhuc ē tertius modus dicēdi ꝓbabilior istis. s. q̄ effectus angelice custodie ē respectu boni & respectu mali. ¶ Respectu boni cō/ seruādi uel acquirēdi uel augēdi. Respectu uero mali discernēdi uel euitādi uel diminuendi. Bonus ergo angelus obstinatos non deserit quātū ad actū custodie qui respicit malum quia semper retrahit homines ne labātur in peius. ¶ Quātum uero ad actū qui respicit bonum obstinatos deserit & antixp̄m non custodiet. hec Boñ. Cōsidera núc anima peccatrix quāta tibi fecit deus & cum admiratiōe dic ei illud Iob. vii. Quid est hō quia magnificas eū aut filius hominis quia reputas eū & quare apponis erga eū cor tuū? Cur o magne deus creare uoluisti hominē paulominus ab angelis minoratum quibuslibet alius a te creatis cōditisq; naturis excellentiorem imagie tue decoratum predotatumq; insignibus potētiis anime rationalis quē presciebas tibi futurū rebellē atq; contrarium? Cur tot beneficia inumera creaturarū tuarū prestes his qui te fugiunt qui te respiciunt qui te contemnunt? Grandis profecto numerus est eorū qui te dereliquerunt uenā aquarum uiuentium. Dereliquerūt in quam te auerterūt se a te qui es uia

UVA. BHSC. IyR_021

recta omneſ infideleſ idolatre iudei hereticiſ ſciſmatici & xp̃iani diabolicis opibuſ ſeruiẽteſ excommunicati ſacrilegi proditoreſ ſedicioſi iracũdi odioſi crudeleſ detractoreſ murmuratoreſ biliq/ uefalſarii curſoreſ periuri deceptoreſ mendaceſ cupidi raptoreſ fureſ uſurarii ſortilegi malefici icãtatoreſ elati ſupbi hypocrite ãbitioſi arrogãteſ ianis glorie cupidi glorioſi blaſpbemi luſoreſ fornicatoreſ adulteri ſodomite & aliſ ſceleribuſ nefandiſſimiſ inuoluti. Et tamẽ tu deuſ meuſ impaſti terre ut ſuſtineret illoſ produceretq; fructuſ quibuſ ſuſtẽtare ſe poſſẽt Iuſſiſti ſoli lunẽ & ſtelliſ ut ſuoſ motuſ exercerẽt ad illoꝝ utilitatem mãdaſtiq; omnibuſ que i celiſ terriſq; repiuntur ut ſe cõmunicẽt p̃noſatiſ inimiciſ tuiſ. Cur inſuper & angeloſ cũ talibuſ cõuiuere etiã uſq; ad mortẽ ad aliꝝ cuſtodiã diſpoſuiſti? Cur ita blandiriſ tu deuſ iuſtuſ & rectuſ peccatoribuſ & iniquiſ O pectora dura O ferreaſ mẽteſ O ſaxea & adamãtina corda eoꝝ q̃ ntelligere nolũt q̃ ardẽſ ſit amor dei etiam ad peccatoreſ qbuſ ut tactũ ẽ bñficia ſua gratioſiſſime imp̃tiẽ ut ſic occaſionem habeãt confidẽter ad illum redire.

Qualiter deuſ quãtũ de ſe eſt uellet omneſ peccatoreſ eſſe ſaluoſ & quare ſi ſic uult non omneſ ſaluantẽ. Capit. ii.

SEcũdũ myſteriũ declarãdũ de amore quo deuſ peccatoreſ diligit dicitur de eius uolũtate. Vellet enĩ deuſ ex caritate ſua omneſ homĩeſ nõ ſolũ bonoſ ſed etiã maloſ ſaluoſ fieri ſcd̃m illud apoſtoli. i. Thi. ii. Omneſ homineſ uult ſaluoſ fieri & ad agnitionẽ uenire Verũtamen ex hoc apoſtoli dicto perplexa poterit eſſe dubiaq; menſ non multũ recteq; intelligentiũ Nã ſi deuſ uult oẽſ homineſ ſaluoſ fieri. ergo oẽſ homĩeſ ſaluabunt Quia ut inquit pſal Oĩa quecũq; uoluit fecit dominuſ in celo & in terra in mari & in oĩbuſ abiſſiſ Sed non omneſ homineſ ſaluabunt. Igit nõ uult deuſ omneſ hoĩeſ ſaluoſfieri Soluitur hec difficultaſ per doct. ſacroſ q apoſtoli auctoritatẽ tripliciter exponere ſolent Prima expoſitio eſt Auguſtini quam inducit Magiſter in textu di. xlvi. pri. li Quod dictũ apoſtoli poteſt intelligi ut in eo ſit diſtributio acõmodata ſicut cũ dicimuſ Oiſ homo timet in mari ſcd̃m cõmunẽ modũ loquendi intelligẽdum ẽ q ẽ in mari Similiter ſi dicat magiſter iſte docet oẽſ pueroſ huiuſ ciuitatiſ intelligitur quia docet eoſ qui addiſcunt. Nulluſ enim doceẽ niſi per ipſum. Sic in propoſito poteſt eſſe ſenſuſ. q

UVA. BHSC. IyR_021

deus uult saluos fieri omnes homines qui saluãt qa nullus saluat nisi uelit deus ¶ Scda expositio est Magistri in textu qui dicit q ibi ẽ distributio p generibus singulor & nó p gsingulis generu Sicut cum dicit ¶ Omne animal fuit in archa noe quia de oibus generibus animaliú fuerunt ibi aliqua indiuidua ¶ Et sic deus de omni genere uult aliquos saluari. de grecis de latinis de iudeis de prelatis de subditis & de aliis ¶ Tertia expositio est scdm Io. Dã. d. q deus uult omnes homines saluos fieri uolũtate antecedente nó cósequẽte ¶ Voluntas autẽ antecedẽs scdm eũdem reliquosq theo. est qua quis uult aliquid absolute ¶ Volũtas uero cósequẽs ẽ qua qs uult aliqd cósideratis circústãtiis ¶ Voluntas ergo antecedẽs in deo est uoluntas respectu eius ppter qđ deus hominem facit & est irrefragibiliter bonor ¶ Volũtas cósequẽs ẽ qua uult aliqua scdm pscientiã meritor non que sequit merita ¶ Prima. s. antecedẽs dicit a magistris uoluntas cõditionalis siue uoluntas q deus uult quãtú in se ẽ ¶ Scda aũt. s. consequẽs dicitur absoluta. Differẽtia aũt inter hanc uolũtatẽ & illã nõ ẽ scdm diuersitatẽ affectiõis siue modi uolẽdi q sit i deo sed scdm rationẽ cõnotãdi & intelligẽdi put en i deus dicit uelle omniú salutẽ quantú in se est & antecedẽter cõnotat in omnibus hominibus ordinabilitas ad salutẽ. tú ex pte nature date tú ex pte gratie oblate ¶ Dedit en i deus naturã scdm quã possẽt hoies cognoscere illú & cognitú querere & quesitú inuenire ac inuẽto in herere & p hoc salutẽ obtinere. Grãm similiter obtulit dú filiú misit cuius meritú ómú saluti sufficit. Leges & mãdata salutis tribuit & ostẽdit. Ipe etiã pstto ẽ oibus inquirẽtibus & inuocãtibus eũ ¶ Velle ergo hominẽ ãtecedẽter saluare ẽ ordinatũ ad salutẽ facere & saluare uolẽti non deesse ¶ Vnde uelle antecedẽter saluare nó cónotat salutem sed ordinabilitatẽ ad salutẽ. Velle aũt cósequenter siue absolute saluare est uelle dare salutẽ ei quẽ prescit ad salutẽ puenturum p suum auxiliũ & gratiã & cõnotat salutis euentũ ¶ Et sic non ẽ dicere q deus uelit omnes homines saluos fieri ¶ Et hec tertia expositio magis efficax ẽ ad clare intelligenda apostoli uerba. Ex qbus elicit q amorosus deus nec i mimo deest ad succurrẽdũ subueniendũ fauendũq peccatoribus ut saluent ¶ Qui si non saluant ipsi soli sunt accusãdi meritoq reprehẽdendi qui bibere noluerũt aquã fõtis indeficientis amoris diuini.

¶ Qualiter deus ostendit amorem suum peccatoribus illos

UVA. BHSC. IyR_021

ſupportando uocando & offerẽdo filium ſuũ unigẽitum ac ſanguinem eiuſ. ¶Capitulum. iii.

¶Certiũ myſteriũ cõtẽpladũ de amore qua deuſ peccatoreſ diligit dicit de ipſiuſ copioſitate. Nã ꝓter ea que dicta ſũt in ꝑmo & ſecũdo myſterio ꝓcedẽtibuſ ĩuenio adhuc ꝓcipue tria ſigna exꝑmẽtia copioſiſſimum ãpliſſimũq; amorem diuinũ erga peccatoꝝ ſalutẽ ¶Primũ dicit ſupportatio ¶Scdm uocatio. Tertiũ oblatio ¶Primũ ſignũ dicit ſupportatio ¶Supportat equidem deuſ & expectat patiẽter peccatoreſ qui poſt commiſſa peccata iuſte meritoq; puniri poſſẽt Omniſ enim qui peccatum facit & mortaliter peccat meretur ſubito priuari quibuſlibet beneficiis corpalibuſ tpalibuſ & ſpũalibuſ ¶Meret adhuc deſcẽdere uiuẽſ in infernũ. Et qd ẽ ꝙ deuſ hũc rigorẽ iuſtitie cõtra peccatoreſ nõ exercet gnimo differt ultionẽ nõ ſolũ ꝑ dieſ ſed ꝑ menſeſ & annoſ ¶O quot repiunt in hac mortali uita q ꝑ. x. aut. xx aut xxx. aut plureſ ãnoſ ſẽper in peccatiſ dormierũt & tñ illoſ non extermĩauit deuſ. An forte putamuſ id factũ eẽ qa ſibi peccata nõ diſplicent uel qa iniuſtuſ illa punire negligat uel qa ignorãſ illa nõ uidet aut impotẽſ factuſ illa uĩdicare nõ ualet? Ablit ut iſta cogitemuſ de deo magno & imortali q optimuſ abhominat omne malũ iuſtuſq; nullũ relinquit ĩpunitũ ſapiẽſ omnia uidet oĩa noſcit oĩa ꝑſcrutatur cuiuſ potẽtie nulla creatura reſiſtere ſufficit. Cur ergo tãdiu punire peccata diſſimulat niſi qa lãguet amore? Hinc ẽ ꝙ Petruſ. ii. epiſtola. c. iii. ait ¶Dñſ patiẽter agit noliẽſ aliquoſ pire ſed omneſ ad penitentiã reuerti ¶Et Salomon ſapientie. ii. c. dicit. Miſereriſ omniũ dñe quoniã omnia poteſ & diſſimulaſ peccata hominũ ꝓpter penitentiã ¶Secundum ſignũ exꝑmenſ copioſiſſimũ amorẽ diuinũ dicit uocatio ¶Appet utiq; quãtum uelit deuſ peccatoꝝ ſalutẽ qñ non ſolũ illoſ nõ punit & ſuffert uerũ etiã multipliciter inuitat & uocat ¶Quidnã ſũt tot dei beneficia peccatoribuſ collata de quibuſ paulo ãte memoriã fecimuſ niſi uoceſ tlãde ipſoſ peccatoreſ alliciẽteſ ¶Quid ſũt ſacre ſripture ¶Quid ſãctoꝝ exẽpla ¶Quid doctoꝝ tã diffuſa dicta? ¶Quid promiſſioneſ ¶Quid comminationeſ ¶Quid precepta legiſ? ¶Quid eccleſie ſacramẽta ¶Quid deniq; uiue uoceſ tot predicatoꝝ & huiuſmodi ¶Omnia ſiqdẽ iſta clamor qdã ſũt ad peccatorum aureſ fortiter ſonãſ ¶Et tandẽ ab alto crucis audit uox illa non ꝓpendenda pendentiſ in ea crucifixi Ieſu. Sitio. Sitio. Sitio.

UVA. BHSC. IyR_021

¶ Sitiebat enī ut Bernardus & Augustī. exponunt nostrā salutem Vnde & Bern. ait. Ascendit ī altū crucis ut ab omnibus uideret uoce magna clamauit ut ab omnibus audiret. clamori lacrimas addidit ut homo ei cōpateret ¶ Qui ad eius clamorē nō excitat ad uocē nō cōpungitur grauior ē terra durior petra & fetidior sepulchro ¶ Tertiū signū in quo relucet erga nos amor diuinus dicitur oblatio ¶ Pro salute nanq; peccatorum obtulit deus pater unigenitū filiū suū illūq; misit in mūdū ¶ Vnde Io. iii. Sic deus di. mū. ut. fi. s. uni. da. ut o. q c. in illū nō peat sed habeat uitā eternā. Ipse uero dei filius ī carnatus seipsū obtulit ī ligno crucis holocaustū & hostiā sāguinē ppriū fūdēs ī remissionē peccatorū q tante fuit efficacie ut sufficere possit ad salutē infinitorū hominū si tot darētur. Vnde Apo. i. dicitur Dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguīe suo. Sāguinē itaq; illū passim & indiscrete offert omnibus peccatoribus. Offert inquā de capite suo spinis pungētibus coronato. de facie sua decora alaphis dure percussa. de manibus & pedibus clauis in cruce confixis. de toto corpe ad columnam crudeliter flagellato & de latere suo lancea apto & uulnerato ¶ Propter que omnia deuotus Bern. sermone xxii. sup cant. ait. Ad cumulum pietatis tradidit in morte animā suā & de ppio latere ptulit pretiū nostre satisfactionis ¶ Vnde ad se uersiculū illū traxit. Apud dominū misericordia & copiosa apud eum redemptio. O amor uere incōpabilis ¶ O amor īcogitabilis ¶ Stat ī cruce dei filius & pctōribus dicit ¶ Si saluari cupitis si salutem queritis ¶ Et ego pro uobis ut saluemini patri meo sāguinem innocentēq; uitā offero ¶ Sed tanta est humani cordis duricia ut paucissimi inueniātur q uelint sua peccata corrigere deoq; sūmo bono firmiter īherere. Qui aūt redire nō neglexerīt saluabunt p misericordiā & clementiam illius qui ē benedictus in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sabbato dominice sexagesime De dilatione penitentie & quare multi tardant seu differunt ad penitentiam redire audiētes deū bēignū sic misericorditer ipos uocātē ¶ Ser. vii.

QVm tēpus habemus opemur bonū. Doctoris gētiū uerba sūt ista origialiter gal. vi. c. Cū audiūt peccatores q̄plurimi ea que dicta sunt de benignitate beniuolentia ac dilectione dei uocātis & inuitātis illos ad penitentiā statuunt in animo suo oīo ad illam redire. Sed diabalica fraude decepti interponunt spacia

UVA. BHSC. IyR_021

temporū asserēt se penitentiā facturos nō i pſenti sed i futuro
cū uel infirmitas aliq̄ uel lāguor grauis aduenerit uel cū senecta
tam seculi delicias āplius nō gustabit Talibus aūt sic opinātibus
uidetur tutā ducere uitam esseq; i statu salutis & gratie Verūtā
q̄ periculosissime errent i hoc sermone aperire censui in quo de
dilatione penitentie aliqua pulchra & utilia deo duce percurram
quoniā nō est procrastinandum ut benefaciamus scd̄m apostoli
documentum qui.d. in uerbis in themate nostro propositis. Dum
tempus habemus. s. nūc & non postea hodie & non cras opemur
bonū ad deū p penitentiā reuertētes Vbi de dilatiōe penitētie
seu prolongatione tria mysteria occurrūt declaranda Primum
dicit causalitatis Scd̄m factualitatis Tertiū iniquitatis.

Quod multi differunt penitere seducti a diabolo aut per
timorē aut propter pudorē aut ꝑpter spē aut desperationē

Capitulū. i.

PRimū mysteriū dicit causalitatis In quo exquirere licet
que est causa cū peccatores efficatiā & necessitatē penitētie
cognoscentes illā differre uolūt. Et possūt assignari pricipaliter
quatuor cause potissime ac principales quibus homines peccatis
inuoluti procrastināt penitere Prima dicit timor Scd̄a pudor
Tertia spes Quarta desperatio Prima cā dicitur timor Timēt
enī multi ad penitentiam redire quia cogitant laboriosū esse de
suis culpis atq; peccatis satisfacere Sed his tria remedia ad timorē
repellendū dari possunt Primum est consideratio presentis pene
facilitatis Scd̄m cōsideratio presentis pene modicitatis Tertiū
cōsideratio presētis pene breuitatis. Primū remediū ē cōsideratio
facilitatis & possibilitatis pene quā exigit satisfactio de qua dico
tria notanda scd̄m Tho. in. iiii. di. xv Primum notādū q̄ licet
penitentia infructuosa sit sine satisfactione tamē aliud ē facere
equiualens aliud possibile Deus nō exigit a peccatore equalēs
uel equale quia hoc ē ipossibile Nā scd̄m philosophū. i. ethicoꝝ
In his honoribus qui sūt ad deum & ad parentes nō tenet homo
ad equiualēs sed ad possibile ideo tenetur homo satisfacere scd̄m
possibilitatē suā Vnde apostolus ad Tbitū. Non ex operibus
iustitie que fecimus nos Scd̄m notandū q̄ quāuis homo totum
posse suū debeat deo nō tamē exigit de necessitate ut totū qd̄
possit faciat quia hoc est impossibile scd̄m statum presentis uite
cū oporteat hominē circa multa sollicitum esse Tertiū notādū

UVA. BHSC. IyR_021

q̄ facere aliquid acceptū deo pōt ītelligi dupliciter. Aut uirtute propria & sic nullus potest satisfacere de peccatis ī deū cōmissis Aut uirtute alterius & sic unusquisq; merito xp̄i pōt satisfacere q̄d ē infinitū. Et si obiceretur. q̄ xp̄s liberauit nos a pena debita pro peccatis nostris iuxta illud. i. Petri. ii. c. Peccata nostra ip̄e pertulit in corpe suo super lignū. q̄ exponēs Magister sen. ī. iii. di. xix. ait. Peccata portare est penā illoꝝ exoluere. Et ad hoc est dictum Isaie. liii. Vere lāguores nostros ipse tulit & dolores nostros ip̄e portauit. Ergo nulla satisfactio pēalis erit necessaria nō plene xp̄s satisfecit pro nobis. Respōderi pōt scd̄m Bon. in. iii. di. xix. q̄ passio xp̄i liberat nos a pena penitētie quantū est de se quia scd̄m q̄. d. Magister in littera. In baptismo omnis pena que pro peccato debet penitus relaxatur ¶ Sed cum homo peccata iterat reddit se in dignū tanto beneficio. Et p passionē nō remittitur ei tota pena sed minoratur scd̄m q̄ dicit Magister in littera quātum decet & expedit salua diuina iustitia. Est ergo possibilis facilisq; pena satisfactoria. quoniā ut scribit. ff. de. re. iu. l. Impossibilium. Ad impossibile nemo tenetur. Et ut August. dicit in sermone. Deus seruū pigꝝ non damnaret si ea que nullo modo fieri poterant imparet ¶ Secundum remediū cōtra timorē satisfactionis ē consideratio modicitatis ipsius pene. Omnis etenī pena tpalis modicū ē & quasi nihil respectu future pene nō solū īferni sed etiā purgatorii. de cuius grauitate suo loco disputabit ¶ Tertiū remediū contra timorē p̄tactū est cōsideratio breuitatis pene satisfactorie. Nā sicut breuis ē uita ita breuis ē penitētia p quā salui esse ualemus. Quare ullo modo timore penitentia ē differenda ¶ Scd̄a causa quare pleriq; differūt penitentiā agere dicitur pudor siue uerecundia ¶ Erubescant enī & uerecúdantur bn̄facere. quoniā solent utplurimi homines mali quoꝝ multus ē numerus uolentes benefacere suāq; malā uitā emēdare in derisū haberi ¶ Sed ad cōfutationē erroris huiusmodi triplicē pudorem notare debemus. uidelicet ¶ Primus dicit cōmendabilis ¶ Secūdus uituperabilis ¶ Tertius abhominabilis. Primus pudor seu uerecúdia dicitur cōmendabilis cū. s. quis erubescit malefacere ¶ Nā scd̄m Io. dāma ¶ Verecúdia est timor alicuius turpitudinis. q̄ Aristo. explicauit in. iii. ethi. Qui timet decēs & uerecúdus ē qui aūt nō timet inuerecúdus ¶ Et de uerecundia loquit Valerius li. iii. d. Verecúdia ē pars omnis honesti cōsilii tutela sollēniū officiorū

UVA. BHSC. IyR_021

magiſtra innocẽtie cara ꝓximis accepta alienis omni loco omni tempore fauorabilẽ pre ſe referẽs uultũ. Et ſapiẽs eccle. xxxii. ait. Ante grandinem ꝓibit coruſcatio & ante uerecundiã preibit gratia. Hec uerecundia refrenat ſenſus moderatur geſtus librat uerba ponderat ſermões ornat ſenes decorat iuuenes magnificat reges ſubleuat ſubditos extollit prelatos & mores deaurat quoniã qui erubeſcitiui ſunt hac erubeſcẽtia & rubore declinant mala. Sed ube mũdo a ſcãdalis quoniã rariſſima ẽ hec erubeſcẽtia iter homines deprauatos. Nã nõ erubeſcũt publice blaſphemare ludere rapere fenerari ꝓiurare laſciua uerba & ſcurilia nõ ſolum dicere ſed cãtare ihoneſta ueſtimẽta deferre & ꝑcipue mulieres pectus colla brachia q; nudantes & ornatu meretricio coram hominibus exeũtes & turpiſſima ſcelera adulteria fornicationis ſtupri ſodomie & ſacrilegii ꝑpetrare. Scd̃ pudor dicit̃ uituꝑabilis cum. ſ. quis omittit uirtuoſos actus etiã ad ſalutẽ neceſſarios ne mali irrideãt eũ. Certũ enim ẽ q; diſplicet malis uita bonoꝝ. Vnde ſapiẽs ꝓuer. xxi. ait. Aia impii deſiderat malũ. Et. xxv. c. idẽ ait. Abhominant impii eos qui in recta ſũt uia. Et. xiii. c. Ambulãs inquit recto itinere & timens deum deſpicitur ac eo qui infami graditur uia. Et xiii. c. Deteſtantur ſtulti eos qui fugiunt mala. Et hoc ideo eſt quia ut dicitur Io. iii. Omnis qui male agit odit lucẽ. Quod uerbũ ponitur. xviii. q. ii. in. c. Pernicioſũ. Verũtamen fatui ſũt & abhominabiles qui ne irrideãtur a malis malos ſocii effici paciunt. Quando etenim mali irridẽt eos qui boni ſũt idẽ eſt ac ſi ceci irriderent eos qui uident eos aut claudi eos q; recte ãbulãt aut laceratas ueſtes habẽtes illos q; regio habentes illos qui regio habitu ſũt amicti. Tertius dicit̃ pudor abhominabilis quãdo. ſ. q; ad penitẽtiã redire recuſat eo q; ſua peccata turpiter cõmiſſa confiteri cõfunditur. De iſto uero pudore latius dicã i tractatu de cõfeſſione. Tertia cauſa quare multi penitentiam in longum protrahũt dicit̃ ſpes. Hec autem triplex eſt. Prima diu uiuẽdi. Scd̃a tempalia deguſtãdi. Tertia miſericordiã cõſequẽdi. Pria ẽ ſpes diu uiuendi de qua in numerabiles decipiuntur ꝓmittentes ſibiipſis longitudinẽ dierũ. Nã ut inq; Cicero i li. de ſenectute. Nemo eſt enim tã ſenex qui ſe non putet annũ uiuere. Et Hier. ad Gerũtiã. Nemo ẽ tã fractis uiribus & tã decrepite ſenectutis ut non ſe putet adhuc annum poſſe ſuperuiuere. Vnde ſubrepit obliuio conditionis ſue ut terrenũ animal tam iamq; ſoluendum

UVA. BHSC. IyR_021

erigatur in ſuperbiam & animo celum teneat. Verũtamen ſic quantumcũq; excogitare quiſ uelit diuturna uita ſemper breuiſ erit. Vnde & Iacobuſ. iiii. c. ait. Que eſt uita noſtra. Vapor ad modicũ parẽſ & deinde exterminabitur. De uite autẽ breuitate plene ſcribã in ſermone de uita hominiſ & de cõtẽptu mundi & in ſermone de tẽpore & in tractatu de uirtutibuſ. Secunda ſpeſ eſt temporalia deguſtandi. Sperant enim diligenteſ mundũ mũdaniſ boniſ pro libito poſſe diutiuſ iocũdari. Et tamẽ expientia docet q; cũcta huiuſ ſeculi falſa & deſiderata bona caduca ſũt & uana nullã in ſe ſtabilitatẽ firmitatẽq; retinentia. Hinc Seneca ad Lucillũ ait. Noli huic tranquillitati cõfidere. Memẽto mare euertiẽ & eodẽ die ubi luſerunt nauigia ſorbentur. Propterea a domino Ieſu Chriſto ppulchre dicta eſt parabola quã Lucaſ ſcribit. xii. c. Hominiſ inquit cuiuſdã diuitiſ uberes fructuſ ager attulit. Et cogitabat intra ſe. d. Quid faciam qa nõ habeo quo cõgregem fructuſ meoſ? Et dixit. Hoc faciã. Deſtruam horrea mea & maiora faciam & illuc congregabo omnia que nata ſũt mihi & dicã anime mee. Aía mea habeſ multa bona poſita ĩ ãnoſ plurimoſ. requieſce comede bibe & epulare. Dixit autẽ illi dñs. Stulte hac nocte animã tuã repetẽt a te. Que aũt paraſti cuiuſ erũt? Sic eſt qui ſibi theſaurizat & nõ eſt in dño diues. Tertia eſt ſpeſ miſericordiã cõſequendi. Nã pleriq; deliberãt omne ſuũ tẽpuſ ĩ iuriã creatoriſ ſui exponere & tandẽ ab eo miſericordiã impetrare. Hanc ſpem refrenat ſapienſ cũ dicit Eccleſi. v. Ne dixeriſ. Peccaui & quid mihi accidit triſte. Altiſſimuſ eſt patiẽſ redditor. De propiciatu peccatorũ noli eſſe ſine metu neq; addiciaſ peccatum ſuper peccatum. Et ne dicaſ. Miſeratio domini magna eſt multitudiniſ peccatorum meorum miſerebitur Miſericordia enim & ira ab illo cito proximat & in peccatoreſ reſpicit ira eiuſ. Ne tardeſ conuerti ad dominum. Subito enim uenit ira illiuſ & in tempore uindicte diſperdet te. Quarta cauſa quare peccatoreſ penitentiam retardant dicitur deſperatio. ad quam inducuntur propter tria uidelicet. Primo propter peccatorum magnitudinem. Secundo propter peccatorum multitudinem. Tertio propter peceatorum uiciſſitudinem. Sed p precedentia que dicta ſunt ĩ ſermõe de miſericordia dei omnia iſta diſſoluũtẽ Non ſũt itaq; ptacte cauſe ſufficiẽteſ & neceſſarie ad retinẽdũ peccatoreſ ne conuertantur ad deum.

UVA. BHSC. IyR_021

¶ Quam fatue agũt q differunt penitentã propter impedimenta que possunt differendo prouenire propter que exponunt se peri/culo maximo. ¶ Capitulum.ii.

SEcũdũ mysteriũ declarãdũ de dilatióe pnie dicit fatuitas. Qui.n.sic differũt: q̃druplici fatuitate laborãt ¶ Prima dicit pclitationis ¶ Scda abreuiatiónis ¶ Tertia ruinationis ¶ Quarta cessationis ¶ Prima fatuitas dicit pclitationis. quia illi qui penitẽtiam non faciunt cum possint exponũt se periculo non facere illã posse cũ credũt. Hinc Hieronimus ad Saluinam de nebridio & uiduitate sic ait. Cauendũ est uulnus qd̃ piculo & dolore curat. Aliud ẽ integra naui & saluis mercantus portũ intrare salutis aliud nudum berendo tabulis & crebris cursibus fluctuũ ad asperrima saxa collidi. hec ille ¶ Pót equidẽ euenire ut post diuturnam peccatorum consuetudinẽ malus habitus non ita defacili amoueatur sicq; pctór impenitens fiat. ¶ Vñ & Iob.xx.c. de tali sic loquitur Ossa eius replebuntur uitiis adolescentie sue & cũ eo in pulnere dormient. ¶ Et sapiens prouer.xxii.ait. Adolescens ambulans iuxta uiam suã etiã cũ senuerit non recedet ab ea. Et Hiere.xiii.c. inquit. Si mutare pót ethiops pellem suam & pardus uarietates suas sic uos poteritis benefacere cũ didiceritis malum Ex hoc est q̃ peccatum ex consuetudine cómissũ mortiLazari comparat. Propter q̃ Augusti. de pe.di.ii.c. Sicut. ait. Sicut tribus gradibus ad peccatũ pueni suggestione delectatione consẽsu ita ipsius peccati tres sũt differẽtie.s.in corde in facto & in cõsuetudine tamq̃ tres mortes ¶ Vna quasi in domo idest cum in corde consentitur libidini altera quasi prolata iam extra portam cum in factum procedit assensio. tertia cum in uitio consuetudinis male tanq̃ mole terrena premitur atus quasi in sepulchro iam putens. ¶ Que tria genera mortuorum domi/nus resuscitasse quisquis euangelium legit agnoscit. hec ibi. In glo. uero ponuntur hi nersus super uerbo tanq̃. Mens mala mors intus malus actus mors foris usus Tuba puella puer: lazarus ista notãt. Hanc uerbo hunc motu lacrimando suscitat illum Xpristus & in medico nascitur eger homo. InLazaro aũt resuscitando q̃tuor / rant conditiones. Prima quia fetebat. Scda quia lapis erat eius sepulchro superpositus ¶ Tertia quia ligatos habebat pedes & manus ¶ Quarta quia sudario uelata erat facies eius. Ioban. xi. c. Sic reperiuntur spũaliter ista quatuor in peccatore qui longo spacio pctã retinuit ¶ Primo fetet deo angelis & hominibus ¶ Scdo est ei lapis

UVA. BHSC. IyR_021

ſuperpoſitus ideſt mala conſuetudo ¶ Vnde glo. Iohan. xiait Dñs fremuit & lacrimatus ē & clamauit uoce magna qnia difficile surgit quem mola male conſuetudinis premit ¶ Hoc eſt q̄ Iuuenalis pulchre decantat libro. iii. ſatyra. i. Conſuetudo mali tenet ſana/bile uulnus. Et Marcialis cocus. Mens aſſueta malo firmius herec ei. Et Ouidius de arte amandi. Fac tibi conſueſcat nil conſuetudine maius Rō eſt quia ſcd̄m Ariſto. de memoria & reminiſcentia. Conſuetudo eſt altera natura. Et libro. vii. ethi. Conſuetudo nature aſſimulatā ¶ Et. li. i. retho. Similis eſt conſuetudo nature. ppe enim quod ſepe ei qd̄ ſemper eſt. Eſt autem natura eius quod sēper conſuetudo eius qd̄ ſepe. hec ille ¶ Tertio habet manus & pedes ligatos quia impotens factus eſt poſt peccatum ad bene operandum ¶ Quarto peccator habet faciem uelatā ſudario quia ex quo in tenebris pctō4 fuit ſpūalem uisū amisit. De talibus nāq; pctōribus inquit Sophonias. i. c. Ambulabunt ut ceci quia dño peccauerūc. Et ſapientie. ii. c. ſapiens ait. Excecauit illos malicia eorū ¶ Quare periculoſum eſt frequentare peccata & penitentiam prolongare. ¶ Scd̄a fatuitas illorum qui differunt conuerti ad penitentiam dicit̄ abreuiationis. quia cum tempus breue ſit non curant ſibi de ſalute neceſſaria prouidere. Fatuus namq; non immerito reputari poſſet ſi quis iter cepiſſet ad locum aliquem ad quem longa eſſet uia & uix ibi ambulans per totam diem uſq; ad noctem peruenire uale/ret & tñ poſt ceptū iter ſtans quieſceret dicēs. Hora ueſpertina uel hora completorii perficiam iter meū ¶ Sic fatuus eſt quia ad regnū celorū debet accedere horam tardam preſtolans qua ſe ad pniam conuertat ¶ Tertia fatuitas eorum qui differūt penitentiam facere dicit̄ ruinationis quontiā peccata non deponens facile ad alia tra/hitur. Et quanto peccata magis multiplicant̄ magis grauant aiam & ex conſquenti cum maiori difficultate ſurgit. Ideo legit̄ in uitis patrum. q̄ uenit uox ad beatum Arſenium. d. Egredere & oſtēdā tibi opera hominum ¶ Et egreſſus uidit ethiopem nigrum cedentem ligna ſecuri & facitētem grandem ſarcinam & temptabat leuare eā ſed pre magnitudine non poterat ¶ Et iterum cedebat alia ligna & addebat ſarcine. Innitebaturq; adhuc leuare illam & minus q̄ prius poterat. Quam deponebat & iterū cedens alia ligna ſarcine adiun/gebat & fatigabatur ſicut prius illam leuare & ppter maius pōdus maioremq; grauitatem nequibat illam mouere. Fuit hec uisio sibi expoſita ſic. q̄ qui cedebat ligna & addebat ſarcine homo pctór ē

UVA. BHSC. IyR_021

qui peccatis oneratus sepius illa leuare non sufficit sed superadden/ & alia intra se dicit ¶ Postq̃ cógregauero multa peccata plura pri/ oribus tunc illa leuabo & de illis penitẽtiam faciã. ¶ Quarta fatuitas dicitur cessationis ¶ Cessat equidem multotiens & deficit illud quod fuerat bó p̃meditatus. Premeditati nãq; fuerant multi mori in se/ nectute & mortui sunt in iuuentute. & mori in domo & mortui sũt extra domum. mori inter suos & mortui sunt inter extraneos. mori loquẽtes & mortui sũt lingue usu priuati. mori in diuitus & mortui sunt in egestate. mori cum penitentia & mortui sunt obstinati. O uita fallax ¶ Ouita fragilis ¶ O uita mutabilis cuius exitum nullus prescire mortalium potest ¶ Vnde sapiens Eccle. ix. c. ait. ¶ Nescit homo finem suum sed sicut pisces capiuntur hamo & aues compre/ henduntur laqueo sic capiẽt homines in tempore malo cum eis ex templo superuenerit.

¶ Quod iniqui sunt qui penitentiam tardãt & conuerti ad domi/ num & agunt contra deum & angelos & contra seipsos & contra omnem creaturam. ¶ Capitulum. iii.

¶ Ertium mysterium contemplandum circa penitentie dilatio/ nem dicitur iniquitas. Peccator namq; qui penitentiã differt iniquus est quadruplici iniquitate ¶ Prima est contra deum ¶ Secũda contra angelos ¶ Tertia cõtra seipsũ ¶ Quarta cõtra omnẽ creaturã. ¶ Prima iniquitas est cõtra deum cui apponit fel in escã iuxta illud psal. ¶ Dederunt in escam meam fel & in siti mea potauerunt me a/ ceto ¶ Velut. enim. esca domini est opus bonum quia in eo dominus delectatur tanq̃ inter flores scd̃m illud cant. ii. c. Pascitur inter lilia idest. inter munda opera ¶ Esce ergo domini fel apponit qui bonis operibus que agit amaritudinẽ peccati admiscet penitẽtiãq; refugit ¶ Talis etiam qui senectutem ad penitẽtiam agendam expectat de/ teriorem partem uite sue deo reseruat & meliorem diabolo immolat ¶ Scd̃a iniquitas est in angelos. Inpenitẽtes utiq; pro suo modoq̃ntũ de se est angelos affligere non erubescunt Nam licet angeli beati impassibiles sint & omni iocunditate repleti tamen ut diximus in p̃/ cedentibus de malorum conuersione gaudium aliquod accidentale suscipiunt. Hoc uero eis deesse necesse est cũ peccatores nõ cõuer/ tantur. ¶ Tertia iniquitas peccatricis anime impenitentis ẽ in seipsam Nam dum peccator differt conuerti uult potius habere se malum q̃ bonum infirmum q̃ sanum seruum q̃ liberum in statu latronis q̃ in statu regis nihil habentem q̃ omnium bonorũ ecclesie participẽ

UVA. BHSC. IyR_021

inutilem q̃ multum ualẽtem ¶ Peccatũ nempe facit hominẽ malum infirmum mortuum ſeruum latronem quia furatur bona dei pauperem & inutilem. Quarta iniquitaſ eſt in omnem creaturam quia propter duritiam hominũ peccatorũ creature irrationabileſ quodammõ puniunt. Obſcuratuſ eſt enim ſol tempore paſſionis ꝑpter iudeorum crudelitatẽ. Perierũt in diluuio tot animalia & uolucreſ celi propter peccata hominum. Maledicta fuit terra ꝑpter pcta primorum parentũ ¶ Expergiſcimi ergo o peccatoreſ tardi. Ecce nunc tempuſ acceptabile inquit aplũſ. ii. Corin. vi. ecce nuuc dieſ ſalutiſ ¶ Nemini danteſ ullam offenſionem nec deo nec angeliſ nec uobiſmetipſiſ nec etiam creaturiſ per tarditatem conuerſionis ueſtre ¶ Et ſic facienteſ accipietiſ hic a deo gratiam & in futuro gloriam. Amen.

¶ Dominica in ſexageſia. De fructuoſo & utili uerbo dei quo mediante omneſ genteſ crediderũt in Xpriſtum ſaluatorem noſtrum. ¶ Sermo. viii.

SEmen eſt uerbum dei. Scribuntur hec uerba Luce. viii. c. & in euangelio hodierno & preſentiſ dominice. Nihil tam efficax eſſe poteſt ad conuerſionẽ cuiuſlibet peccatoriſ & cuiuſlibet uirtuoſi confortationem ſicut deuota & frequenſ auditio nerbi diuini ¶ Scimuſ etenim per predicationem euangelii mundum totum ab idolatrie errore reuocatum. Nam antea omneſ genteſ una excepta populi iudeorum deoſ falſoſ cum damnatiſſimiſ ſuꝑſtitiõibuſ excolebant ¶ At ubi uox euangelii audita eſt in omni terra omniſ error ab eiuſ conſpectu fugatuſ eſt tanq̃m ſi tenebre a lucis radiis fuiſſent depulſe ¶ Ex hoc inquit Euſebiuſ pamphili. li. i. de euãgelica preparatione. Non enim Perſe qui xpriſtum ſecuti ſũt matreſ ſuaſ nefandiſ nuptiis cognoſcunt. non humaniſ ueſcuntur carnibuſ Scythe quoniã ad eoſ uſq; predicatio xpriſti peruenit nec cariſſimoſ falſa religione impulſi filioſ iugulant. Hec certe ac talia pene infinita hominum quondã uitã uexabãt. Maſſagethe ac Derbiceſ traduntur propinquoſ atq; affineſ ſuoſ qui ſenectute conficiebãt miſerrimoſ putaſſe ac ideo imolataſ carneſ eorum quoſ plurimi feciſſẽt deuorabant. Tibareni uiuoſ ſenioreſ ſuoſ ꝓcipitarũt. Hyrchani rapacis generis auibuſ ac canibuſ proiicere ſoliti Que qdem cuncta religioſiſſime faciebant. Nũc uero ſola euangelica uirtute undiq; truculentiſſima hec peſtis expulſa eſt. hec ille. Et ut pleniuſ intelligat ab omnibuſ quanta ſit uirtuſ diuini uerbi in hoc ſermõe

UVA. BHSC. IyR_021

de ipso conuenienter tractabimus eo q̄ saluator omnium in uerbis allegatis in themate dixit uerbum dei fore semē scilicet spirituali / um charismatum & donorum ¶ In quibus uerbis tria mysteria sunt declaranda ¶ Primum est de uerbi dei predicati dignitate ¶ Secun/ dum de predicantis uerbum qualitate ¶ Tertium de auditione eius utilitate.

¶ Quod quíq; sunt egregie & excellentissime dignitates uerbi dei & officii predicandi. ¶ Capittulum .i.

PRimum mysterium declarandum est de dignitate uerbi dei predicati seu officii predicandi ¶ Et ad hoc intelligendum sub/ notabimus quinq; excellentias de dignitate eius ¶ Prima dicitur xp̄i exercitatio ¶ Scda apostolorum electio ¶ Tertia miraculorum co/ ruscatio ¶ Quarta predicatorū defensio ¶ Quinta ecclesie sublima/ tio ¶ Prima excellentia uerbi diuini & officii predicandi dicit̄ xp̄i exercitatio · Dominus quidem Iesus deus dei filius predicare uoluit & predicationis officium exercere · Vnde Matthei .iii. dicitur . Cepit Iesus predicare & dicere ¶ Penitentiam agite . Et Luce . viii . de ip̄o dicitur ¶ Iter faciebat per ciuitates & castella predicans & euange/ lizans regnum dei . Et ut colligitur ex dictis euangelistarū p̄cipue Iohannis . viii . & . xviii . capitulis sepius docebat predicando in tēplo & in synagoga ¶ Verū tamen non abre querere quis potest ¶ Verū xpristus debuit solum iudeis & non gentilibus predicare . Ad quod respondet Tho . iii . parte . q . xlii . Quod conueniens fuit pre/ dicationem xpristi tam per apostolos q̄ per ipsum a principio solis iudeis exhiberi triplici ratione ¶ Primo ratione impletiōis ¶ Secundo ratione ordinationis ¶ Tertio ratione triumphationis ¶ Prima ratio dicitur impletionis ¶ Predicauit enim xpristus iudeis ut impleret p/ missiones factas antiquis patribus nō autem gentilibus quā populus ille iudeorum tantum uiuebat sub dei ueri cultu ¶ Vnde apostolus Ro . xv . ait Dico xpristum ministrum fuisse circumcisionis .i. pre dicatiōis iudeorū ꝓpt̄ ueritatē dei ad confirmādas p̄missiones patrū Et ut etiam Hiero . dicit super illud Matth . x . In uiam gentium ne abieritis . Oportebat primum aduentum xpristi nuntiari iudeis ne iustam haberent excusationem dicētes ¶ Ideo se dominum retecisse quia ad gentes transierit ¶ Verum tamen sicut non debuit a p̄ncipio indifferenter suam doctrinam gentibus comunicare ita etiam non debuit gentiles omnino repellere ne spes salutis eis precluderet ¶ Iō aliqui gentilium particulariter sunt admissi sic Samaritana Io . iiii

UVA. BHSC. IyR_021

moritur & inutilis efficit. Interrogatus quinto quid est hō. Rñdit Mancipiū mortis hospes loci uiator transiens ¶Mancipiū dicit qa manū mortis nequit euadere. Hospes loci quia recipit cū gaudio scilicet cito oblitioni tradit ¶Viator uero transiens uocat qa dor/ miens aut uigilans sedens aut ambulans uel quicquid aliud faciens semper ad mortē ꝓperat. Absoluit ergo philosophus optime dicta sua ostendens uite humane dolendam breuitatem ¶Ecqd prodest esse in dilicijs possidere diuitias sedere ī throno regni florere in iu/ uentute letari pulchritudine & quibuscūq; tēporalibus bonis ꝓfrui quando tam cito uita cessabit? Aut quō non erunt irrisione digni qui deum derelinquentes in illa confidunt. Hinc Aug⁹in li. de mi/ seria huius mundi exclamans ait. O uita pñs q̄ multos decipis que dum cognosceris nihil es dum exaltaris fumus es Sapiētibus amara es insipientibus dulcis es ¶Qui te querunt non te cognoscunt. Qui te cognoscunt ipsi te fugiunt. Ideo Paulus hanc breuitatem uite considerans. 1. Cor. vii. c. dicebat ¶Qui habent uxores tanq̄ non hñtes sint & qui emūt tanq̄ non possidentes & qui flent tanq̄ non flentes & qui utunt hoc mundo tanq̄ non utant & qui gaudent tanq̄ non gandentes ¶Preterit. n. figura huius mundi ¶Secunda conditio temporis dicit mobilitas. Semper enim tempus est mobile & nunq̄ quiescit. Sic & conditio nostra mutabilis est & mouet ꝑ cum tempore. Ideo Iob dicebat. xiii. c. loquens de homine. Nūq̄ in eodem statu permanet. Et Ouidius li. xv. meta. inquit. Hec species cuiq; manet rerūq; nouatrix. Et aliis alias repat natura fi/ guras. Nil equidem constare diu sub imagine eadem credideri. Et in Auten̄. de no. alie. ſ. Vt aūt. dicit. Quid est stabile īter hoīes & ita īmobile ut nullam patiat īmutationē cū omnis noster status sub perpetuo motu consistat ¶Et. C. de ueteri iure enucleādo. l. u ſ. Sed quia diem. Humani iuris cōditio semp in infinitū decurrit & nihil est in ea quod stare perpetuo possit. Et Cassiodorus. lib. iii. epistolaꝝ ¶Humane res mutabilitatem patiunt. Ideo Seneca ad Lucillū ꝓpulchre sic loquit. Noli huic tranquillitate cōfidere Momento mare euertit & eodē die ubi luserunt nauigia sorbent. ¶Videmus omnia ista quottidie per expiētiam deficere expimurq; omnia uanitati fore subiecta & tamen omnem operam adhibemus ad hec temporalia bona assequenda. Pro celesti autē mercede que in eternū est duratura nec in minimo laborare sumus pati. Tertia conditio temporis dicit irreuocabilitas. Perditū namq; tēpus adeo

UVA. BHSC. IyR_021

irreuocabiliter euolat ut ampliuſ recupari nó poſſit. Vñ Ouidiuſ in. iii. de arte amandi ¶Nec que preterit hora redire poteſt. O q̃ precioſum eſt tempuſ cum quo lucrari poſſumuſ eternitatem. Ideo Seneca ad Lucillú dicebat. Omnia mi Lucille aliena ſunt tẽpuſ tamen noſtrú eſt. Ex hoc Hieronymuſ ſic ſcribit ad Euſtochiú. Omne tempuſ in quo te meliorem non ſenſeriſ exiſtima pdidiſſe. Et Bernarduſ uidenſ ocioſoꝝ incredibilem numerum in li. de con/ temptu mundi ſic loquit̃. Heu heu nihil precioſiuſ tempore nihil hodie uiliuſ reputatur. hec ille.

¶De triplici uocabulo expreſſiuo temporiſ ſcilicet Nunc Tũc & Olim. ¶Cap. ii.

Secundum myſterium contemplandum de tempore dicit̃ no/ minatio ſeu expreſſio. Nam ſecundú Tho. in ſcripto ſup. iii Ethi. & ſuper. v. Phy. tempuſ triplici uocabulo exp̃mi & noiari ſolet ¶Primú uocabulú eſt nunc ¶Secundú eſt tunc ¶Tertiú ẽ olim ¶Primú uocabulú quo tempuſ exprimit̃ dicit̃ nunc in quo ſignat̃ tempuſ pñſ ſeu preſentiſ uite quãdo poſſumuſ dútaxat opari bonú Nam in inferno opatio bona nulla erit ubi anime ſunt irreuoca/ biliter condamnate. In paradiſo nulla erit opatio laborioſa nec iã ubi anime ſunt beatificate. In purgatorio etiam nulla poteſt eſſe opatio meritoria ſed tantú pena ſatiſfactoria ¶Ideo cum audimuſ nunc euigilare debemuſ & intelligere q̃ tantum preſens tempuſ eſt oportunú ad agendú penitentiã ¶Et qui futurú expectat múdi allectuſ dulcedine grandi ſe exponit periculo. Ideo dixit ſanctuſ Barlaam. Quod qui delectationeſ corpaleſ deſiderant & in p̃ſenti diſſimilãt agere penitentiã & puidere ſibi de futura uita ſimileſ ſũt cuidã homini qui dú a facie unicorniſ ne ab eo deuorare& uelociuſ fugeret in quoddam baratrú magnú cecidit. Dum autem caderet manibuſ arbuſculã quandam apprehẽdit & baſe quadam lubrica & inſtabili fixit pedeſ. Reſpicienſ uero uidit duoſ mureſ unú albú & alium nigrum inceſſanter radicem arbuſcule quam appẽhenderat corrodenteſ & iam prope erant ut ipſam abſciderent. Infundo aũt baratri uidit draconem terribilem ſpirantem ignem & aperto ore ipſum deuorare cupientem ¶Super baſem uero ubi pedeſ tenebat uidit quattuor aſpidum capita inde pdeuntia. Eleuanſ aũt oculoſ uidit exiguũ melliſ ſ ramiſ illiuſ arbuſcule oblituſq; periculi in quo poſituſ erat ſeipſum totú ad mel comedendú conuertit. Vnicorniſ mortiſ tenet figuram que hominem ſemper perſequit̃ ¶Baratrum

UVA. BHSC. IyR_021

uero mũdus est omnibus periculis plenus. Arbuscula uniuscuiusq; ẽ uita que per horas diei & noctis quasi per murem album & nigrũ incessanter consumitur & incisioni appropinquat. Basis quattuor aspidum corpus est ex quattuor elementis compositũ quibus iordinatis corporis compago dissoluitur ¶Draco terribilis est of inferni cunctos deuorare cupiens. Dulcedo ramusculi delectatio fallax mundi qua multi decipiunt detinẽtq; ne in presenti dum tempus adest & facultes datur clament ad dñm & toto corde conuertant ad illum ¶Secundum uocabulum quo tempus exprimit dicit tũc & significat illud quod est remotum a presenti & precipue futurum In scripturis uero diuinis septem tunc nobis se ingerũt iugiter meditanda ¶Primũ tunc horribilis uisionis quando. s. damnati miseri iudicem oim in sua maiestate uidebunt. Et de hoc sic dicit Luce. xxi ¶Tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cũ ptãte magna & maiestate ¶Secundum tunc est generalis lamentationis quando cõmunis erit & infructuosa lamentatio damnandorũ ¶Et de hoc dicit. Math. xxiiii ¶Tunc plangent se omnes tribus terre. ¶Tertium tunc est iocunde associationis. De quo dicit Sapientie. v. c. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduer. e. qui se a. & qui ab. la. eoꝝ ¶Quartum tunc est timende locutionis ¶De quo Dauid in Psal. ii. ait ¶Tunc loquetur ad eos in ira sua & in furore suo conturbauit eos. Quintũ tũc est dulcis uocationis qñ uocabũt electi ad possidendum glorioſissimũ regnũ dei ¶Et de hoc Math. xxv ¶Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt Venite bñdicti patris mei per. r. paratũ u. a. cõ. mundi. Sextum tunc est eterne damnationis. De quo Math. xxv ¶Tunc dicet rex his qui a sinistris eius. Discedite a me. m. in ig. eter. qui patus est dia. & ãgelis eius. Septimũ tunc est plene beatificationis de quo Isaie. lx. Tunc uidebis & affluet & mirabit & dilatabit cor tuũ Si quis igitur hec septem tunc septus mente reuolueret huius mundi fallacia ꝑfecto non deciperet ¶Tertium uocabulum quo tempus exprimit dicitur olim quod presertim preterita nobis habet denotare. Inter omnia autem significare nobis debet beneficia dei que suscepimus ex quibus ad penitentiã inducimur in presenti. Ideo xp̃us dicebat. Mat. xi ¶Ve tibi Chorozaí. ue tibi Bethsayda qa si in Tyro & sydone facte essent uirtutes que. f. s. i. uo. olim ci. & cili. p. egissent.

¶De triplici obseruatione temporis scilicet naturali superstitiosa & uirtuosa.

¶Cap. iii.

UVA. BHSC. IyR_021

Ertium mysteriū cōtemplandū de tempore dicit obseruatio. Nā a multis diuersimode tempus obseruat. Ideo triplex eius obseruatio notari potest. Prima dicit naturalis. Secunda dicitur superstitiosa. Tertia uirtuosa. Prima est obseruatio naturalis qñ quis comedit bibit dormit suaq; negotia facit tempore debito. Sic agricule seruant tempus frumenta serendo tempore autūnali non estiuo Naute seruant tempus nauigando cum uenti adsunt secūdi Medici seruant tempus egrotis medicinas tempore opportuno ministrando quia Eccles. iii. dicit. Omnia tpus habēt. Et Ouidius li. i. de remedio amoris Temporibus medicina ualet data tempore prosunt. Et data non apto tpe uina nocent. Secunda temporis obseruatio dicit superstitiosa. De qua loquit Augu. in Ench. Et ponitur. xxvi. q. vii. c. Quis existimet. Quis existimet inquit q̄ magnum peccatum sit dies obseruare & menses & annos & tempa sicut obseruant qui certis diebus siue mensibus siue annis uolūt uel nolunt aliquid inchoare eo q; secundū uarias doctrinas hominum fausta uel infausta existiment tempora. Similiter reprehendit obseruatio temporis superstitiosa eadem causa &. q. i. c. Non licet in. c. Si quis & in. c. Non obseruetis. Quia inquit Apostolus Siue māducatis siue bibitis siue aliquid aliud facitis in nomine dñi nostri Iesu xp̄i facite i quo uiuimus mouemur & sumus. Modernis uero temporibus exasperandi maxime sunt astrologi quidam q omniū hominū facta secundū astroz regulam iudicant esse regulanda. Quos Augu. li. v. de. ci. dei. c. vii. deridet sic exclamādo. O singularem stulticiā. Eligit dies ut ducat uxor. Credo ꝓpterea qa potest in diem non bonū nisi eligat incurri & infeliciter duci. Vbi est ergo qd̄ nascēti iam sidera decreuerūt? An potest homo quod ei iam constitutum est diei electione mutare? Et quod ipse in eligendo diem constituerit non poterit ab alia potestate mutari? Et Paulo inferius sequit Augu. Si autem ꝓpterea ualent ad has res dies electi quia terrenis omnibus corporibus siue animantibus scd̄m diuersitates temporaliū momentorū siderum positio dīnatur considerent q̄ innumerabilia sub uno temporis puncto uel nascant uel moriant uel inchoent & tam diuersus exitus habeant ut istas obseruatiōes cui uis puero ridēdas esse ꝑsuadeant. hec ille Er reuera qui omnia inchoāda aut agenda ꝑsuadent secundū mathematicoz dogmata non solū peccant uerū etiam & sepius inuenit se delusos Nam ut ego ipse noui astrologū quendā in ciuitate Camerini qui

UVA. BHSC. IyR_021

uix domū exire uolebat absq; ānotatiōe cursus siderū & planeta-
rū hic ut a fide dignis in prefata ciuitate mihi relatum est oblatas sibi
uxores per plures annos respuit quoniam secundū suā astrologiā
non uidebatur sibi tempus salubre. ¶ Tandem ut ipse dicebat scām
astrorum fauorem unam accepit illamq; duxit cui predicabat diu
secum in letitia uicturum. Sed uix per ebdomadam steterūt simul
& statim rixe discordieq; pestilentissime exorte sunt inter ipsum &
uxorem. Et modico post tempore elapso uxor in infirmitatē ce-
cidit & mortua est. Astrologo uero mendita est uis siderum. ¶ Idem
etiam societatem quandam cum mercatoribus quibusdam fecit &
septingentos florenos ad negotiandum pro parte sua deputauit.
Emerunt autem mercatores maximam quantitatem croci. Quod
cum uellent Venetias destinare noluit astrologus onerare mulos
donec uidit per suam artem sibi astra blandiri. Fatebat'q; copiosū
lucrum ex croco illo sibi ac socius prouenturū. ¶ Verūtamen cū ex
Ancona nauis quedam croco predicto aliisq; mercibus onusta dis-
cessisset flantibus contrariis uentis tempestateq; inualescente nau-
fragium passa est. ¶ Quod cum audisset astrologus nunq̄ deincepſ
astris credere uoluit. ¶ Ideo abstinendū est a talibus obseruantiis &
in omni opere nostro diuinum est implorandū auxilium & inuo-
candum nomen dñi nostri Iesu xp̄i. Quoniam ut dicit'. xxvi. q.
ii. ¶ Qui sine saluatore salutem uult habere & sine uera sapientia
existimat se prudentem fieri posse non sanus sed eger non prudēs
sed stultus in egritudine assidua laborabit & incecitatis noxia &
dementia permanebit. ¶ Tertia obseruantia temporis dicit' uirtuosa
eorum. s. qui considerantes ea que diximus cognoscūt tempus uisi-
tationis sue. Hi siquidem dum illud habent conantur opari bonū
audientes uocem dei de qua Paulus in epistola dicit. Tpe accepto
exaudiui te & in die salutis adiuui te. Ecce nunc. s. in presenti uita
tempus acceptabile orandi ieiunandi peregrinandi plangendi &
lachrymandi pro delictis aliena restituēdi confitendi peccata sa-
tisfaciendi deo & proximo uirtutūq; actus aggrediēdi ꝓpter que
consequi ualebimus & in hoc seculo dei gratiam & in futuro eius
letitiā in qua cū xp̄o regnabimus per omnia. s. s. Amen.

¶ Dominica prima in quadragesima infra diem De uita homis
secundum triplicis status considerationem. ¶ Sermo. xxiiii.

NOn in solo pane uiuit homo. ¶ Verba sunt redēptoris nostri
originaliter Mat. iiii. c. & in Euāgelio hodierno. Naturale

UVA. BHSC. IyR_021

eſt animantibuſ cunctiſ ut ſuper omnia ſe uitamq; ſuam tueant. Ideo Boetiuſ in. iii. de conſolatioue ait. Omne nanq; animal tueri ſalutem laborat mortem pernitiemq; deuitat. Habet quippe uita ab hominibuſ rationabilibuſ carior ac precioſior cūctiſ rebuſ. Pro illa etenim conſeruanda nullum laborem refugiunt quelibet alia mala pacienter tolerant & ſolicitiſſime omnia oportuna remedia ipſam uitam adiuuantia excogitant & inueniūt. Verūtamē nullo ingenio nulla ui nullaq; arte fieri poteſt ut nō finiat & terminet. Ea propter elaborandum eſt ut illa acquirat uita que in eternum erit duratura quoniam ut dicit Saluator noſter in uerbiſ p̄miſſiſ. Non in ſolo pane uiuit homo quia non hec ſola uita eſt que ſuſtē/ tatur materiali pane ſed & alia longe felicior longe melior lōgeq; diuturnior que reficit beata uiſione dei. Cum ergo pauciſſimi re/ periantur qui ad illam deſiderandam ſuam mentem inflamment propterea in hoc ſermone de uita homiſ erimuſ uerba facturi quā conſiderandam proponimuſ ſecundum triplicem ſtatum uidelicet. Primo ſecundū ſtatum nature condite. Secundo ſecundū ſtatum nature lapſe. Tertium ſecundum ſtatum nature beate.

De uita hominiſ ſecundū ſtatum eiuſ ātē peccatum que erat ſine paſſione ſine labore & ſine moriendi neceſſitate & obli/ gatione. Cap. i.

PRimo conſideranda proponit hominiſ uita ſecundū ſtatum nature condite ſiue inocentie uel originaliſ iuſtitie añ ſcilicet q̄ primi parenteſ peccaſſent & in tali ſtatu reperimuſ triplicē con/ ditionem humane uite. Prima cōditio dicit impaſſibilitatiſ. Secda tranquillitatiſ. Tertia imortalitatiſ. Prima illiuſ uite conditio dicit impaſſibilitatiſ quia uiuebat tunc homo ſine paſſione nullāq; con/ trarium eum ledere poterat. Vnde Iſidoruſ in li. de trinitate quem Magr. xix. di. ſcdi li. allegat ſic inquit. Si homo in paradiſo in/ nocenter uiueret nec ignis eū ureret nec aqua mergeret nec aeriſ abſentia ſuffocaret nec omnia que nocent mortalibuſ impedirent. Et Auguſti. xiiii. li. de ci. dei. c. xxvi. ait. Viuebat itaq; homo in padiſo ſicut uolebat q̄diu hoc uolebat qd deuſ tuſſerat uiuebat fruenſ deo ex quo bono bonuſ erat. Viuebat ſine ulla egeſtate ſemper ita uiuere habēſ i poteſtate Cibuſ aderat ne eſuriret potuſ ne ſitiret lignū uite ne illum ſenecta diſſolueret. Nihil corruptioniſ in corpore uel ex corpore ullaſ moleſtiaſ ullis eiuſ ſenſibuſ igerebat Nulluſ internuſ morbuſ nulluſ ictuſ metuebat extrinſecuſ. Súma

UVA. BHSC. IyR_021

in corpore ſanitaſ erat in animo tota tranquillitaſ. hec Augu. Sed contra iſta inſtare poſſumuſ & arguere multipliciter ¶ Primo ſic. Nulla doſ corporiſ glorioſi cõpetere poterat corpori nõ glorioſo ¶ Sed corpuſ primorum parentũ non erat glorioſum quia corpuſ efficitur glorioſum per redundantiã anime beate. Et anima primorum parentum non erat beata quia non uidebat eſſentiam dei ¶ Ergo corporibuſ illiſ non potuit competere aliqua doſ corporiſ glorioſi ¶ Sed ipaſſibilitaſ ut docẽt theologi. xlix. di. quarti. Doſ eſt glorificatorũ corporum ergo doſ taliſ in primiſ parentibuſ eſſe non potuit ¶ Secũdo arguit̃. Quia ſentire & intelligere ẽ quoddã pati ¶ Sed in ſtatu innocentie homo ſentiebat & intelligebat ergo patiebat̃. Tertio arguit̃ quia omne molle naturaliter paſſibile eſt a duro ¶ Ergo ſi corpori hominiſ primi obiectum fuiſſet aliquod durum pateret̃ ab eo. Et ſic fuiſſet paſſibiliſ. Ad primũ argumẽtũ reſpondet Scotuſ di. xix. ſcđi li. Quod impaſſibilitaſ ſumit̃ dupliciter. Quedam eſt que priuat & potentiam & actum patiendi. Et hec doſ eſt corporum glorificatorũ que nec patiunt̃ nec pati pñt. Et hec non fuit in parentibuſ primiſ ¶ Quedam uero eſt ipaſſibilitaſ que priuat actum & non potentiam & hec non eſt doſ que fuit in hominibuſ conditiſ quoniam licet poſſent pati tamen q̃diu diuinũ ſeruaſſent imperiũ nũq̃ paſſi fuiſſent. Ad ſecundũ obiectũ reſpondet ſanctuſ Tho. parte. i. q. lxxxxvii. Quod paſſio dicit̃ dupliciter ¶ Vno modo proprie. Et ſic pati dicitur quod a ſua naturali diſpoſitione remouet̃. Paſſio enim eſt effectuſ actionis. In rebuſ autẽ naturaliter contraria agunt & patiunt̃ adinuicẽ quoꝝ unũ remouet alterũ a ſua naturali diſpoſitiõe. Et ſic dicit Dama. ¶ Quod paſſio eſt motuſ preter naturam. Alio modo dicitur paſſio cõmuniter ſecundum quãcunq; immutationẽ etiam ſi pertineat ad perfectionem nature. Et ſic itelligere & ſentire & huiuſmodi que ordinant̃ ad bonũ nature largo modo dicunt̃ paſſioneſ. Cum aũt dicit̃ ꝙ erat homo impaſſibiliſ intelligendum eſt ꝙ homo non patiebatur paſſione primo modo dicta. Ad tertiũ argumentũ rñdet prefatuſ doctor ꝙ in illo ſtatu poterat homo preſeruare corpuſ ne pateretur ab aliquo duro partim quidem per propriã rationẽ per quam poterat uitare nociua partim etiam per diuinam puidẽtiam que ſic ipſum tuebatur ut nihil ei occurreret ex improuiſo a quo lederet̃. Actuſ ergo cuiuſcunq; agentiſ contrarii in corpuſ hominiſ fuiſſet impeditus ne illud lederet a potentia dei. Ipſa eqdẽ

UVA. BHSC. LyR_021

ſuſpendit uim igniſ ut non offenderet non ureret nec calefaceret treſ pueroſ miſſoſ in fornacem ſuccenſam nimiſ iuſſu Nabucho. ut patet Danieliſ. iii. Similiter ſanctiſſima uirgo Agneſ flāmiſ illecta nihil nocumenti paſſa eſt. Et Iohā. euangeliſta iuſſu Domiciani crudeliſſimi Rome in doliū feruentiſ olei miſſuſ diuina ſe ꝓtegēte gratia illeſuſ exiuit. Quibuſ exemplis & ſimilibuſ manuducimur ut uera eſſe indubitanter credamuſ ea que dicunt de impaſſibilitate hominiſ in ſtatu innocentie. Secūda cōditio uite hominiſ in ſtatu nature condite dicitur tranquillitaſ. Viuebat equidem in tranqlli/tate inquiete abſq; aliquo penali labore. Non erat ei opuſ fodere terram ſerere campoſ colere agroſ plantare uineaſ cōſtruere do/moſ pagrare prouinciaſ nauigare maria texere linum aut lanam uel alia facere que cum ſudore a nobis fiunt ut uita noſtra miſera ſuſtentetur. Habitabat in paradiſo deliciarum ut inquit Dama. li. ii. Et Augu. xiii. de ci. dei. ubi aeriſ puritaſ & ſerenitaſ aderat ubi humuſ ſponte ſuoſ fructuſ gignebat ubi animalia & uolucreſ celi homini deo obedienti obediebāt. Et ſi diceret ꝙ Gen. ii. dicit Quod deuſ poſuit eum in paradiſo uoluptatiſ ut operaretur ergo poſſet dici ꝙ poſuit eum ad laborem. Reſpondet Augu. ſup Gn Quod operatio illa non laborioſa non tedioſa ſed ſolatioſa & de/lectabiliſ erat qualiſ nunc eſſe ſolet in his qui plantulaſ quaſdam irrigant aut floreſ colligunt. Tertia cōditio uite hominiſ in ſtatu nature condite dicitur immortalitatiſ. Erat enim abſolutuſ homo ab obligatione mortiſ quam propter peccatū inobedientie ꝛcurrit Vnde Auguſt. in qōnibuſ noui & ueteriſ teſtamenti inquit. Deuſ hominem fecit qui q̄diu non peccaret immortalitate uigeret. Et li. xiii. de ci. dei. c. iii. ait. Fatendum eſt primoſ homineſ ita fuiſſe inſtitutoſ ut ſi non peccaſſent nullum genuſ mortiſ experirentur. Sed eoſdem primoſ patreſ ita fuiſſe morte mulctatoſ ut quicquid eorum ſtirpe eſſet exortum eadem pena teneretur obnoxiū. Pro magnitudīe quippe culpe illiuſ naturam dānatio mutauit in peiuſ ut qđ penaliter ꝓceſſit in peccātibuſ primiſ hominibuſ naturaliter ſequereť in naſcentibuſ ceteriſ. Si autem diceret quō poterat cor/puſ illud ex elementiſ cōtrariſ compoſitum indiſſolubile ꝑmanere cum compoſitū ex contrariſ naturaliter ſit diſſolubile quia ut dicit Auicenna. Contraria ſemper appetunt ire in regioneſ contrariaſ Reſpondet Hugo li. de ſacramentiſ. d. Quod in paradiſo celeſti homo poteſt non peccare & non poteſt peccare poteſt nō mori &

UVA. BHSC. IyR_021

non poteſt mori quia ibi eſt peccandi & moriendi omnimoda im/
poſſibilitaſ. Et in mundo poteſt homo peccare & non poteſt non
peccare poteſt mori & non poteſt non mori quia eſt ibi peccandi
& moriendi neceſſitaſ In padiſo uero terreſtri hō potuit peccare
& potuit non peccare potuit mori & potuit non mori ita ꝙ in eo
fuit moriendi & peccandi poſſibilitaſ ſine neceſſitate. Sanctuſ aūt
Tho. in prima parte. q. lxxxxvii. dicit ¶ Quod aliquid pōt dici
incorruptibile tripliciter ¶ Vno modo ex parte materie eo ſcilicet
ꝙ non habet materiam ſicut angeluſ uel habet materiam que non
eſt in potentia niſi ad unam formā ſicut corpuſ celeſte & hoc dicit
incorruptibile ſecundum naturam. Alio modo dicitur aliquid in/
corruptibile ex parte forme quia ſcilicet rei corporali īheret aliq̄
diſpoſitio per quā totaliter a corruptione prohibet. Et hoc dicit
incorruptibile ſecundum gloriam quia ut dicit Augu. in epiſtola
ad Dioſcorum tam potenti natura fecit deuſ animam ut eiuſ bea/
titudine redundet in corpuſ plenitudo ſanitatiſ & incorruptionis
uigor. Tertio modo dicitur aliquid incorruptibile ex parte cauſe
efficientiſ Et hoc modo in ſtatu innocentie fuiſſet incorruptibiliſ
homo & īmortaliſ. quia ut Augu. d. in qōibuſ noui & ueteriſ te/
ſtamenti Immortalitaſ illa erat ſecundū uim quandā ſupnaturalem
in anima reſidentem non autem per aliquam diſpoſitionem corpi
inherentē ita ꝙ morſ & corruptio homini non nocuiſſet quia deuſ
ita ſtatuerat Ideo. d. adhuc Augu. in li. de baptiſmo paruulorum
fiebat ordo iuſtitie ut ſicut anima domīo ſuo ita corpuſ ei obediret
¶ O damnoſa tranſgreſſio. O grauiſ inobedientia primorū parentū
qua & ipſi & noſ cum eiſ illiuſ ſtatuſ omnia iura perdidimuſ.

¶ De uita hominiſ ſecundū ſtatum eiuſ poſt lapſum & qualiter
prolongata fuit uita hominū ad multoſ annoſ & ante & poſt
diluuium & modo abbreuiatur. ¶ Cap. ii.

SEcūdo conſideranda proponitur hominiſ uita ſecundū ſtatū
nature lapſe. Et quantum ad propoſitum ſpectat tria de illa
inquirere debemuſ. Primū dicit prolōgatio ¶ Secundū dubitatio.
¶ Tertium abbreuiatio ¶ Primum de uita hominiſ inquirendū dicit
prolongatio. Nam licet poſt peccatū data ſit plena ptāſ horrēde
morti ut cunctoſ homineſ uita priuaret Tamen de multiſ legimuſ
ꝙ longiſſimiſ annīſ uixerunt ¶ Vnde Geñ. v. habetur ¶ ꝙ Adam
uixit ānīſ nongentiſ triginta & Seth nongentiſ duodecī & Enoſ
nongentiſ quinq; & Chaynan nōgentiſ ſexagīta quinq; & Iareth

UVA. BHSC. IyR_021

nongentis sexaginta duobus & Mathusalem nongentis sexagíta nouem. Sed de his annis apud plerosq; satis dubitatú est. An tales fuissent quales & nunc sunt anni nostri. Nam ut inquit Augu. li. xv. de ci. dei. Plinius secundus cum audisset homines ad tot annos peruenisse hec omnia in scientia temporum uenisse est arbitratus inquiens quosdam terminasse annú estate alios hyeme. Archades trium mensium annos habuisse Egyptios quattuor Laurentios. xiii Anarcanas sex ¶Ex hoc quidam dicere uoluerunt q̄ decem anni illius temporis accipiunt̄ pro uno anno nostro uolentes q̄ nōgēti anni ex illis essent ex nostris nonaginta ¶Verútamen falsum esse cōstat quia ut ex codicibus hebraicis colligit̄ centú triginta ānoꝝ erat Adam quando tertium filium genuit qui anni secundum illos tredecim ex nostris essent ¶Et homo tredecim annorum non potuisset filios generare. Sed omittamus Adam qui fortasse etiam quando creatus est potuit ¶Quid de Seth q secundú hebreos erat centum quinq; annorum quando genuit Enos ac per hoc nondú habebat undecimú annum? Enos uero septuaginta annorú erat quando genuit Malahel & sic erat septem annorum ¶Quis homo septennis generat si tunc anni septuaginta nuncupant̄ q̄ septem fuerunt? Et propterea dicimus cum prefato Augu. q̄ tales erant tunc anni quales & nunc q̄ probari potest uia triplici uidelicet. ¶Primo auctoritate ¶Secundo ratione ¶Tertio experientia ¶Primo probatur auctoritate. Nam. xiiii. prefati li. Augu. inducit scrip/turam dicentem ¶Sexcentesimo anno uite Noe mense secundo die septimodecimo mensis rupti sunt omnes fontes abyssi magne. Et iterum Gen. viii. Requieuit archa mense septimo. xxvii. die mēsis super montes Armenie. At uero aque ibant & decrescebant usque ad decimum mensem Et post subditur ¶Sexcentesimoprimo anno uite ¶Noe primo mense prima die mensis imminute sunt aque supra terrā Ex quibus uerbis aperte deducit̄ q̄ inter sexcentesimú annum & sexcentesimú primum uite Noe fluxerunt menses. xii. ¶Secundo probatur q̄ anni illi tales erant quales sunt nostri ratiōe Iosephus enim in. i. antiquitatú lib. asserens Hieronymú egiptiú Berosiú Chaldeum & Manetan in libris quos de antiquitate scrip/serunt de annis illis concordare nobiscum inducit rationes quasdam persuadentes homines antiquos potuisse tam diu uiuere ¶Et has rationes assumpsit sibi Nicolaus de lira super. v. c. Gen. Prima ratio sumitur ex bonitate cōplexionis primorú parentú q fuerūt

UVA. BHSC. IyR_021

a deo immediate formati & per conſequens optime complexionati & ſic ad longiorem uitam diſpoſiti. Et illa bonitas complexionis magis uenit ad homines propinquos illius temporis q̃ ad remotos temporis moderni. Secunda ratio ſumitur ex modo temperate uiuendi. Vt enī diximus in ſermone de ieiunio. Victus ſobrius facit ad corporis ſanitatem & per conſequens ad conſeruationē & prolongationem longioris uite. Tertia ratio ſumitur ex bonitate nutrimenti quia ante diluuium terre naſcentia fuere meliora q̃ poſt quia inundatio diluuii fuit pro maiori parte ex aquis oceani ſalſis que inducunt ſterilitatem terre & per conſequens reddunt peiora terre naſcentia ex quibus breuiatur uita hominis. Quarta ratio ſumitē ex perfectione ſcientie Ade qui cognouit uirtutes fructuū herbarum lapidum precioſorum & omnium rerum naturaliū que faciunt ad conſeruādam ſanitatem & uitam plongandā & de hoc docuit homines illius temporis. Quinta ratio ſumitē ex bono aſpectu ſiderū ſuper regionem illam in qua manebant qui aſpectus multū facit ad longitudinem uite. Sed per motum celi continuū mutatus eſt tempore procedente. Sexta ratio ſumitur ex diſpoſitione diuina hoc ordinante ut per longam uitam hominum multiplicaretē genus humanum. Tertio probat quod illi anni tales erant quales ſunt noſtri experientia. Nam ut inquit Auguſt. viii. c. li. xv. de ci. dei. Non potuiſſent tot homines ex uno adhuc uiuēte p ordinata coniugia & honeſta matrimonia multiplicari niſi illius uita fuiſſet diuturna. Vt enim dicit Magiſter hiſtoriarum ſuper. x. c. Geñ. Philo. in li. qōnum ſuper Geñ. narrat q̃ ex tribus filius Noe adhuc eo uiuente poſt diluuium nati ſunt. xxiii. millia uirorū & centum extra mulieres & paruulos. Vixit quippe Noe poſt diluuium annis trecentis quinquaginta & fuere omnes anni uite eius nongenti quinquaginta ut patet Geñ. ix. c. Dicit etiā Augu. ubi ſupra. Quod ex uno Abrahā nō multo āpliuſ q̃dringentis annis numeroſitas hebree gentis tanta procreata eſt ut in exitu eiuſdem populi ex Egypto ſexcenta millia hominū fuiſſe referant bellice iuuentutis. Secundum inquirendum de uita hominis lapſi dicitur dubitatio. Dubitant namq; quidam utrum poſt diluuium uixerīt homines ultra centum & .xx. annos propter uerba que Geñ. ix. dixit deus ad Noe. Non permanebit inquit ſpiritus meus in hoīe quia caro eſt. Eruntq; dies illius centum. xx. annorum. Et Rñdet Augu. c. xxiii. li. de. ci. dei ſuperius allegati. Quod iſte nō fuit

UVA. BHSC. IyR_021

terminuſ humane uite poſt diluuium ſed terminuſ aſſignatuſ ad penitentiá hiſ qui in diluuio erant pituri. Et ut teſtaē Magiſter in hiſtoria ſcolaſtica. Deuſ dixit illa uerba ante annoſ. xx. q̄ ce/piſſet archa fieri que legié facta in centum annorum ſpatio. Vel ſecundum Strabum eo anno dixit deuſ uerba illa quo cepit archa fieri. Sed quia í malicia pſeuerauerūt ante p̄fixum terminum. ſ. anno centeſimo deleti ſunt. Quod etiam poſt diluuium uixerunt homineſ ſupra centū et. xx. annoſ patet in ſcriptura. vt. n. habeē Geñ. xi. c. Sem. centū annoꝝ erat qñ genuit Arphaxat biennio poſt diluuiū & poſt uixit annis qngentis qnq̄ginta q̄tuor Thare uixit annis ducentis qnq. Et Geñ. xxv. habeē. Quod Habraā uixit annis centū ſeptuaginta qnq. Iſaac etiā uixit ānis centum octuaginta ut patet Geñ. xxxv. Et ſic inuenti ſunt q̄plureſ alii qui poſt diluuiū uixerunt ultra centū uiginti annoſ. Tertiū inq/rendum de uita hominiſ lapſi dicié abbreuiatio. Nā omiſſis illorū tp̄oꝝ que p̄terierunt cōdicioibuſ cōſiderare debemuſ q̄ fragiliſ q̄ debiliſ q̄ue breuiſſit uita hoím tpiſ noſtri Vix unuſ repié e mille q centenariū imo octogenariū aut ſexagenariū numerū attigat annoꝝ. Deficit nempe ut in pluribuſ nimiſ repente uita. Quiſnā nō uideat quot quottidie infanteſ quot pueri quot adoleſcentuli robuſtiſſimi iuueneſ & decore puelle cū luctu & lacrimiſ ducantur ad ſepeliendū. O uana ſpeſ. O deceptrix fiducia eoꝝ qui cōfidunt in iuuentute in diuitiis in magnificentiis & ſimilibuſ honoribuſ dominiis & ſolatiis. Preteriūt nāq; oīa iſta uelut ūbra. Oím uita breuiſſima eſt. Faciāt hoīeſ quicqd uelint ut ad ſenectutē attin/gant & in etate decrepita moriantur adhuc ſatiſ anguſtum ſatiſq; breue uidebitur ſapientibuſ omne tempuſ uite huiuſ.

¶ De uita hominiſ in beatitudine que erit cum plena ſatietate abſq; admixtione cuiuſcūq; contrarii & cum perpetuitate.

Tertio cōſideranda eſt uita hominiſ ſcd̄m ſtatū. Ca. iii. nature beate qm̄ tandem illa ſola deſiderāda eſt illa amabiliſ illa deniq; oīm ſtudio p̄quirēda. Pro illa ſolicitatiſſie ē cogitandū que uere uita eſt. In qua potiſſime treſ cōditioneſ excellentiſſime reperiūt. Prima dicit ſocietaſ. Secūda puritaſ. Tercia eternitaſ.

Prima excellentiſſima cōditio uite beate dicitur ſatietaſ qa in illa ex plena oím bonorum p̄ticipatiōe plene ſatiabié ānis ſcd̄m illud Pſal. Satiabor cū appuerit gloria tua. Et de hac ſatietate copio/ſius differemuſ í ſermōe de beatitudine í libro de uirtutibuſ. Scd̄a

UVA. BHSC. IyR_021

conditio excellentissima uite beate dicitur puritas quia pura erit & munda ab oñi malo siue ab oñi contrario. Vnde Io. Apoc. xxi. de beatis sic ait. Absterget deus oẽm lacrimã ab oculis eorũ & mors ultra nó erit neq; luctus neq; clamor neq; dolor erit ultra. Et. vii. c. idem ait. Nõ esuriẽt neq; sitiẽt ãpliꝰ neq; cadet sup illos sol neq; ullus estus. Tertia cõditio excellẽtissime uite beate dicit eternitas. Vita nãq; illa durabit ieternú & nó deficiet. ꝓpterea sic pulchre i scripturis sanctis nominat eterna. Vñ. ii. Machabeorũ. vii. c. Rex mundi defunctos nos pro suis legibus in eterne uite resurrectione suscitabit. Et Sapientie. v. Iusti aũt in perpetuum uiuent. Et. i. Petri. v. Deus omnis gratie uocauit nos in eternam gloriam suã. Et. ii. c. i. Abundanter ministrabit nobis introitus in eternú regnú domini nostri & saluatoris Iesu Xp̃i. & ad Gal. vi. Qui seminat in spiritu de spiritu metet uitam eternam. Et Io. iii. Xp̃us dicit. Sic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitũ daret ut oñis qui credit in illum non pereat sed habeat uitam eternã. Et. vi. c. Hec est uoluntas patris mei qui misit me ut omnis qui uidet filiũ & credit in eum non pereat sed habeat uitam eternam. Et. x. c. Oues mee uocem meam audiunt & ego agnosco eas & sequuntur me & ego uitã eternã do eis. Et Math. xix. Oñis qui reliquerit domũ uel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros ꝓpter nomen meum cẽtuplum accipiet & uitã eternam possidebit. Et Math. xxv. Ibunt hi in suplicium eternú: iusti autem in uitam eternam. Mirum certe cur tanta sit multorũ uecordia ímo insipientia qui tam mira tam alta tãq; iocunda audientes de beata uita ad eam ꝓperare non cogitant. Nam si tanta faciunt pro conseruatione uite presentis cur etiã eadem & similia facere recusant ꝓ adeptione future uite. Hec uita laboriosa est illa deliciosa: hec inquieta illa tranquilla: hec instabilis illa firma: hec periculosa illa secura: hec dubia illa certa: hec periculis plena illa pericula non formidans: hec cómunis bonis & malis illa ꝓpria tm̃ bonorũ. Hec tandem breuissima momẽtanea & caduca illa uero ut diximus ꝓpetua & sempiterna. O igit̃ damnabilis reprehensibilisq; imprudentia hominú huius seculi qui tantú ꝓcurant pane ut uiuant: uiuant inq̃m ad modicum & quasi nihil & non querunt uirtutes non penitentiam non bona opera per que uiuere possint uita illa beata penni. Inquit Xp̃us. Non in solo pane uiuit homo quia nó hec sola uita est magnifacienda cui panis est necessarius

UVA. BHSC. IyR_021

ſed alia exquirenda in qua deus p̄ſentia ſue claritatis paſcit fruentium oím tam angelorum quam hominú deſideria & appetitus ubi om̄es pariter collaudabimus ip̄m deú fontem bonorum oím qui ſit benedictus per infinita ſecula ſeculoꝝ Amen.

¶ Feria ſcḋa poſt primā dn̄icā in quadrageſima. De ueritate tremendi iudicii contra eos q̄ de illo male ſentiunt.

¶ Sermo. XXIIII.

QVm uenerit filius hominis in maieſtate ſua & om̄es angeli eius cum eo tunc ſedebit ſup ſedem maieſtatis & congregabunt̄ ante eum omnes gentes. ¶ Saluatoris noſtri uerba ſunt iſta originaliter Mathe. xxv. c. & in euāgelio hodierno Diem terribilē ultimi iudicii conſiderāte ſ. ſatis ſupq; timere debemus ne ſimul cum dānatis & diabolis puniamur in ignem eternū. Sunt tn̄ multi que letant̄ cū male faciunt & deū non timent ac hoīes n̄ uerentur qui credere nolunt q̄ filius hoīs uēturus ſit ad iudicandum omnes rōnēq; ab om̄ibus exigēdam. Ea ꝓpter ut ait Auguſ. li. xx. de ci. dei. c. i. ¶ De die ultimo iudicii dei quod ipſe donauerit locuti eumq; aſſerturi aduerſus impios & icredulos tanq̄ in bedificii fundamento priuſ ponere debemus teſtimonia diuina. hec ille. In hoc itaq; ſermone deſudabimus omni ingenio uincere curioſos: incredulosq; confundere quibus ueritatem iudicii per ſanctarum ſcripturarum ſacrorumq; doctorum dicta dilucida oſtendemus. Et ut ordinate ueniamus in cāpū notabimus in hoc ſermōe triplex teſtimonium quo probatur futurꝫ uniuerſale iudiciū. Primū ē patrꝫ & ꝓphetarꝫ Scḋm xp̄i & apoſtolorꝫ. ¶ Tertium eccleſie & doctorum.

¶ Quod om̄es patres ac prophete ueteris teſtamenti diuinitus inſpirati predixerunt xp̄m eſſe uenturum ad iudicādos uiuos & mortuos. ¶ Cappittulum. I.

PRimum teſtimoniū quo probat̄ futurꝫ iudiciū uniuerſale dicit̄ patrū & prophetarꝫ. Et licet Auguſti. v. c. p̄fati li. xx. de ci. dei dicat priuſ eligenda eſſe teſtimonia noui teſt. quā ueteris q̄m q̄uis uetera ꝓpora ſint tp̄re noua tn̄ anteponenda ſūt dignitate. Verꝫ i hoc dn̄di genere michi pluſ ſatisfacit ut a ueteri teſt. paginā ſumā originem. Ideo audiamus q̄d ibi ponitur de iudicio Geñ. xv. c. deus ad Abraham loquens ait Ego iudicabo. Et Deutero. xxxii. Iudicabit dn̄s populū ſuū & in ſeruis ſuis miſerebitur & Iob. xix. Fugite a facie gladii qa ultor iniquitatū gladius eſt & ſcitote eſſe iudicē. Et. i. Reg. ii. Dn̄s aſcendit in celos & intonuit

UVA. BHSC. IyR_021

& ipe iudicat orbem terraꝝ Et psal. ix. Parauit i iudicio thronū suū Et psal. lxxi. Iudicabit paupes populi etc. Et. c. ix. Iudicabit in nacionibus implebit ruinas etc ¶ Et Prouer. xxii. Iudicabit dñs Et xxix. A dño egredietur iudicium singulorꝝ Et ecclesiastes. iii. Iustū & impiū iudicabit dñs & tēpus oīs rei tūc erit. Et Sapie. iii. Fulgebūt iusti & tāq̄ scintille etc. Et Iudith. xvi. ubi gēti isurgēti sup genus meū dñs. n. opſ iudicabit i eis i die iudicii uisitabit illos. et Isa. iii. stat ad iudiciū dñs & stat ad iudicādos populos dñs ad iudiciū uenit cū senatoribus populi sui & principibus eius. Et. xi. c. nō scd̄m uisionē oculoꝝ iudicabit neq; scd̄m auditū aurib⁹ arguet sed iudicabit i iusticia pauper & Ari. in. iq. promā. terre & percutiet terrā uirga oris sui Et. c. xiii. ecce dies dñi ueniet crudelis & indignatiōis plenus & ire furorisq; ad ponēdā terrā i solitudie & pctōres eius conterendos de ea. Et li. c. Brachia nostra populos iudicabunt Et Ezechiel. vii. Iudicabo te iuxta uias tuas. Et Danielis. vii. Iudiciū sedebit. Et Ioel. ii. Cōturbent oīes habitatores terre qa uenit dies dñi qa ppe est dies tenebrarū & caligīnis dies nebule & turbinis. Et Michee. iii. Iudicabit populos multos & corripiet gentes fortes. Et Sophonie. i. Iuxta ē dies dñi magnus iuxta & uelox nimis. Dies ire dies illa dies tribulatiōis & angustie dies calamitatis & miserie dies tenebrarum & caligīnis dies nebule & turbinis dies tube & clangoris sup ciuitates munitas & sup angulos excelsos & tribulabo homines & ambulabūt ut ceci qa dño peccauerūt & effundetur sanguis eorū sicut humus & corpora eoꝝ sicut stercora Sed & argentū eoꝝ & aurū eorū nō poterit liberare eos in die ire dñi In igne zeli eius deuorabitur oīis terra quia consumationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram. Scd̄m autē Augustī. tempus iudicii aliqñ dies iudicii aliqñ dies dñi nūcupat. Nūc uero ultimi iudicii diuini diem dicimus nouissimi tempus. Nā per quot dies hoc iudiciū tendat incertū est ¶ Sed scripturaꝝ more dies solet poni pro tpre. Si uero aliqs obiceret cōtra auctoritates p̄dictas quibus iudiciū asserit̄ q; aliter essent intelligende eo q; ut habetur Nau. i. Non iudicabit deus bis in idip̄m. Sed nunc deus iudicat de singulis opibus hoīm cū cuilibet post mortem retribuat penā uel gloriam. ergo eos iterū non iudicabit. Rñdet Ric. xlvii. di. q̄rti. Quod iudiciū quo nunc iudicat deus cuius libet persone singularis nec est omnibus manifestum nec tribuit totū premium nec totum supplicium qa punit aias non in corpibus & similiter p̄miat de cōi

UVA. BHSC. IyR_021

lege. Illud aũt iudiciũ qđ futuꝝ est erit oím simul & oíbus mani/
festũ & reddetur cuilibet sui p̃mii & sui supplicii cõplementum &
compositum ex anima & corpore iudicabit. Sic ergo patet ꝙ non
iudicabit bis in idip̃m qa penã quã aíabus ante inflixerat itez nó
infliget sed qđ deerat supaddet. Hic Augus. li. xx. de ci. dei. c. i. ait
Iste dies iudicii ꝓprie iã uocat eo ꝙ nullus ibi erit impite querele
locus cur iustus ille sit felix ille iustus infelix oím nãq; tũc nó nisi
bonorum uera & plena felicitas & omnium non nisi malorum dig/
na & súma infelicitas apparebit. hec ille.

¶ Quod Christus & eius apostoli predixerunt apte uniuersale
iudicium esse futurum quo omnes boni & mali congregabũt
ante tribunal iudicis. ¶ Cappittulũ. II.

SEcundũ testimoniũ quo probat futurũ iudicium est xp̃i &
apostulorũ. Ipse nanq; Saluator cũ obiurgaret ciuitates in
qbus uirtutes magnas fecerat neq; crediderãt Mathe. xi. ait Vhe
tibi Corozaym ue tibi Bethsayda qa si i Tyro & Sydone facte
essẽt uirtutes que facte sũt olim i uobis i cilicio & cinere penitẽciã
egissent ¶ Verꝝ tñ dico uobis tyro & Sydoni remissius erit q̃ uobis
in die iudicii & Math. xii. Viri Niniuite surgent in iudicio cum
generatione ista & cõd. eam qa pe. ege. in p̃dicatione Ione. No/
tandũ tñ ꝓ intelligentia istoꝝ uerboꝝ sđm Ric. in. iii. di. xlvii.
Quod extẽdendo nomen iudicãdi qnq; modis potest alicui conue/
nire iudiciũ. ¶ Prío ex ordinaria ptãte & sic iudicabit tota trinitas
¶ Scđo delegata ptãte & sic iudicabit filius. Xp̃us in q̃ntum homo
Io. v ¶ Pater omne iudiciũ dedit filio. Et Danielis. vii. Aspiciebam
donec throni positi sunt & antiquus diez sedit Et. i. Aspiciebam in
uisione noctis & ecce cum nubibus celi quasi filius hois ueniebat &
usq; ad antiquũ dierum puenit & in cõspectu eius obtulerunt eum
& dedit ei potestatem & honorẽ & regnũ ut omñs tribus populi &
lingue ip̃i seruirent & potestas eius ptãs eterna que nó auferet &
regnũ eius qđ non corrumpetur ¶ Tertio assessoria dignitate & sic
iudicabũt uiri perfecti q erunt ꝓ ꝑfectiõe meritoꝝ suorũ assi/
stẽtes iudici ¶ Vñ de apostolis. Luc. xi. xp̃s ip̃e dixit. Ideo ip̃i iudi/
ces uestri erũt. Et Math. xix. apostolis ip̃is retulit ¶ Amen dico
uobis ꝙ uos qui secuti estis. etc ¶ Quarto approbatiõe & sic iudica/
bunt om̃s electi. Omnes. n. approbabunt iudicis sententiam. Vñ
Apoc. xix. Io. ait. Audiui quasi uocem tuaꝝ multaꝝ in celo dicen/
tium alleluia. Laus gloria & uirtus deo nostro qa uera & iusta sũt

UVA. BHSC. IyR_021

iudicia eius ¶ Quinto compatiõe qa minus mali iudicabunt magis malos & sic sumit iudiciũ in auctoritate ꝑallegata de. Niniuitis. Predicauit insup xp̃s futurũ iudiciũ Mathe. xiii. Vbi post ꝑabolã de bono semie in agro seminato & zizaniis exortis tandẽ illam sic exposuit Qui seminat bonũ semen est filius hois. ager autem est mundus Bonum uero semen hi sunt filii regni zizania aũt sũt filii neq̃. Inimicus aũt q supsemiauit ea est diabolus. messis uero consumatio seculi est. messores angeli. Sicut ergo colligentur zizania & igni comburũtur sic erit in cõsumatioe seculi Mittet filius hois angelos suos & colligent de regno eius oia scãdala & eos qui faciũt iniqtatem mittẽt eos in caminũ ignis ibi erit fletus et stridor dentiũ. Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorũ Qui habet aures audiendi audiat. Vt aũt scribit Augustinus. vi. c. xx. li. de. ci. dei. Xp̃s i hac auctoritate iudiciũ quidem uel diem iudicii non noiauit sed eum multo clarius ipse rebus exspressit & i fine seculi futurũ esse ꝑdixit. In eodem etiam loco euãgelii xp̃s iudiciũ fatet quãdo sequitur ¶ Simile est regnũ celorũ sagine misse in mari etc. usq; ibi & stridor dentium. Et ut breuius hanc ueritatem futuri iudicii per xp̃m ꝑdicatam accipiamus adest lectio sancti euangelii hodierna in qua non solum de futuro iudicio sed & de modo de quo in sequentibus sermonibus dicemus fit specialis mentio. Apostoli insup hoc iudicium prenunciauere ¶ Vnde Petrus. ii. epistula. iii. c. ait Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores iuxta ꝓprias conscias ambulantes & dicentes. Vbi est promissio aut aduentus eius. Ex quo. n. patres dormierũt omnia sic perseuerant ab inicio creature. Latet. n. eos hoc uolentes q̃ celi erant prius & terra de aqua & per aquam consistens dei uerbo per quam ille tũc mũdus aqua inundatus perit Celi aũt q nunc sunt & terra eodem uerbo repositi sunt igne reseruandi in diem iudicii & perditionis impiorũ hoim. Vnũ uero hoc non lateat uos carissimi qa unus dies aꝑ dñm sicut mille. anni & mille anni sicut unus dies. Non tardat dñs promissionẽ suã sicut quidã existimãt. Augus. autẽ hãc auctoritatẽ xviii. c. xx. li. de. ci. dei. exponendo dicit. Celos istos aereos intelligimus quorũ locũ ac spatiũ aqua diluuii crescẽdo superauit non autem illos supremos ubi sol & luna ac sidera cõstituta sunt Et Ia. v. ait Patientes estote fratres usq; ad aduentum domini. Ecce agricola expectat preciosũ fructum terre patiẽter ferens donec accipiat temporaneũ & serotinũ ¶ Patientes estote & uos

UVA. BHSC. IyR_021

& confirmate corda ueſtra quoniã aduentuſ dñi appꝓpinq̃bit ¶Et Pauluſ.ii.cor.v.ſic ait. Omneſ.n.noſ maiſeſtari oportet ante tri/ bunal xp̃i ut referat unuſquiſq; propria corporiſ prout geſſit ſiue bonũ ſiue malũ. Quid dicent ãpliuſ increduli ubi tam ualidiſſima & fidedigna de uẽturo iudicio audiunt teſtimonia ¶O pertinaceſ pectatoreſ ¶O uermiculi debiliſſimi credite credite. Nõ ſunt locuti ꝓphete non apoſtoli nõ deniq; xp̃uſ uerba mẽdacii qui ueritatẽ tanto tempore dilexerunt ut pro illa etiam mori non recuſarent ¶O ſemnolẽti ¶O pigri & carnaleſ boſeſ recordamini de primo ad/ uentu Ieſu xp̃i filii dei de quo per tot annoꝝ millia acclamatũ eſt ¶Veniet ueniet ad redimẽdũ populũ & ad ſaluãdaſ genteſ & tandẽ uenit & que p̃dicta fuerãt de ipo in ſcripturiſ plene cõpleuit. De ſecũdo modo aduẽtu ſcriptura ſacra ꝓclamat oñiſ & loquit̃ Ideo firmiter eſt tenendum q; oio ueniet. Veniet inq̃ fortiſ & terribiliſ excelſuſ & glorioſuſ in maieſtate & gloria ad humiliandoſ ſuꝑboſ ad reprobandũ luxurioſoſ ad arguẽdũ auaroſ. ad condemnãdum tandem eterniſ cruciatibuſ cũ corpe & anima quoſcumq; miſeroſ pectatoreſ. O anima ſterilis qd agiſ? Quid dormiſ? Cur uẽturum iudicem tam ſeue tibi comminantem non timeſ quare pecta tua non corrigiſ non dimittiſ non emendaſ? Quomodo cum illiſ com/ parere corã iudice audebiſ tã equiſſio ¶Propterea Io. Apoc. xiiii. audiuit angelum uoce magna clamantem Timete deũ & date illi gloriam & honorem qa uenit hora iudicii eiuſ. O prelati & magni uiri eccleſie. O impatoreſ o regeſ o principeſ o baroneſ o duceſ o militeſ o doctoreſ o iudiceſ o philoſophi o eloquẽteſ o oratoreſ O delicati iuueneſ o formoſe puelle o ãnoſi seneſ o ſollicii mercato/ reſ o artificeſ O iudei o gentileſ o xp̃iani o uirgineſ o uidue o cõ/ iugati. Timete deũ timete deũ timete deũ qa uenit & nõ tardabit.

¶Quod onmeſ doctoreſ eccleſie ſancte loqanutur terribilia & tremẽda ualde de futuro iudicio generali. ¶Ca. III.

CErtũ teſtimoniũ quo probatur futuꝝ iudiciũ dicit̃ eccleſie & ſacroꝝ doctoꝝ Ipſa nanq; eccleſia in utroq; ſimbulo tam apoſtoloꝝ q̃ patꝝ uentuꝝ xp̃m ad iudiciũ cõfitet̃. Et hic ẽ ſepti/ muſ articuluſ fidei ut dicit glo.c.i.de ſumma tri.& fi.ca. ſup uerbo uenturuſ. Ideo Auguſt. c.i.xx. li.de ci.dei. ait ¶Tenet oñiſ eccleſia dei ueri xp̃m de celo eſſe uentuꝝ ad iudicandoſ uiuoſ & mortuoſ Inſup deboc iudicio clare & ſepiuſ loquũtur ſacri doctoreſ Vnde Bernarduſ in q̃dam epiſtula ait. Veniet dieſ illa qñ pluſ ualebunt

UVA. BHSC. IyR_021

pura corda q̃ aſtuta uerba: conſcientia bona q̃m marſupia plena q̃mquidem iudex ille non flectetur doniſ nec falletur uerbiſ ¶Et Hieronymuſ ad Sabinianū diaconū lapſum ¶Parce queſo anime tue & crede dei futuꝝ iudiciū. Et idem ad Aſellam de fictiſ amiciſ. Ante tribunal xp̃i ſtabimuſ ibi patebit q̃ mente qſ uixerit Et idē ad Heliodorū de cōtepmtu mūdi Veniet veniet dieſ illa qua corruptiuū hoc & mortale induat incorruptionē & inmortalitatem. Beatuſ ſeruuſ quem iuenerit dn̄ſ uigilantem ¶Tunc ad uocem tube pauebit terra cū populiſ. tu gaudebiſ cum iudicat̄ a dño lugubriſ munduſ ímugiet & tribuſ ad tribū pectora ferient. Potentiſſimi quondam regeſ nudo latere palpitabūt Exhibebitur cū prole ſua Venere tunc ignituſ Iupiter. Adducet̄ & cū ſuiſ ſtultuſ Plato diſcipuliſ Ariſtoteli argumenta non proderūt ¶Tunc tu ruſticanuſ & pauper exultabiſ gaudebiſ ac diceſ. Ecce crucifixuſ deuſ meuſ. Ecce iudex q obuolutuſ panniſ in preſepio uagit. Hic eſt oparti ac queſtuarie filiuſ hic matriſ geſtatuſ ſinu hominem deuſ fugit in egiptū Hic ueſtituſ coccino hic ſentibuſ coronatuſ. hic maguſ demonium habenſ & ſamariteſ Cerne manuſ iudee q̃ſ fixeraſ. Cerne latuſ romane quod foderaſ. Videte corpuſ an idē ſit quod diceba/tiſ clā nocte ſuſtuliſſe diſcipuloſ. hec ille Et idē ad palma. & oceanum. Aderit illa dieſ í qua facta noſtra q̃ſ í quadā tabula depicta mōſtrāda erūt ¶O q̃ntiſ in die illa expediſſet ſi & ſenſu corporiſ & uiſceꝝ uigore caruiſſent quāti paſtoreſ philoſophiſ quanti ruſtici oratoribuſ quanti ebeteſ & muti argutiſ p̃ferendi ſunt Ciceroniſ Et Grego. omel. xxxix. P̃ntiſ tp̃riſ ſi qua ē ita eſt agenda letitia ut nunq̃ amaritudo ſequentiſ iudicii recedat a memoria. Quiſ cō/tradicere pōt quiſ audet quiſ debet tā p̃batiſſime ueritati? Ecce iam audiuimuſ tā p̃clariſſiaſ uoceſ que pectatoribuſ terribile dei iudicium comminātur futuꝝ. Non letēt non ſecuri uiuant ſi nō puniunt̄ in hac uita. Non ſunt uane uoceſ ſcripturarū que uhe peccatoribuſ & malefacientibuſ nūciant. Vhe ait Sapiēſ Eccle. ii. diſſolutiſ corde Et xli Vhe uobiſ uiri impii q dereliquiſtiſ legem dn̄i. Et Iſaie. i. Vhe genti peccatrici. Et. iii. Vhe impio in maliſ ſuiſ. Et. xlv. Vhe qui cōtradicit factori ſuo. ¶Et Apoc. xviii. Audiui uocē uniuſ aquile uolantiſ per medium celū uoce magna clamantiſ & dicentiſ. Vhe ue ue hítantibuſ in terra ideſt iniquiſ peccatoribuſ & maliſ hominibuſ ¶O humana p̃ſūptio ¶O deteſtabiliſ & piculoſa confidentia eoꝝ q in ſua mala uita dei iudiciū nō

UVA. BHSC. IyR_021

formidant. O insensati peccatores cogitate diligenter quid acturi eritis uel qd rñsuri in extremo iudicii die & dum cognoscitis nullã esse i uobis astutiam nullãq; uirtutem quibus iudici eterno positis obsistere reuertimini ad penitentiam ut sic esse ualeatis de numero electoꝝ q ꝓcipient regnum eternum. In quo deus cum omnibus sanctis uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

¶ Feria tertia sede ebdomade i quadragesima de formidabilibus iudicii signis. ¶ Sermo. xxv.

EIciebat oẽs ementes & uendentes de templo. Math. xxi. & in euangelio hodierno Quod terribilis appebit i iudicio xps clare ostendit nobis sacra euangelica lectio hodierna in q̃ narrat celebre ac famosũ iudicium & signũ potestatis que erat i xpo qui solus potuit flagello facto de funiculis grãdẽ multitudinem foras templũ eicere ¶ Cõuenerãt qdem ibi ut solet fieri populi i magno numero neq; inuentus ẽ qsq̃ q potuerit resistere uirtuti que erat in uno solo hoie Iesu xpo ꝓpter latentẽ eius diuinitatẽ. Ispe ergo ut potuit eicere adhuc in nostra humilitate consistẽs oẽs uendẽtes & ementes de templo uẽturus ẽ in maiestate sua ad segregandũ a cõsortio iustoꝝ cunctos pctõres impenitentes. Ante tñ aduentũ eius ꝑcedẽt terribilia signa que in hoc sermone merito cõtemplari debemus ut per illorum recordationem deum timẽtes & ad pniam redeũtes non inueniamur in numero illorum quos xpus tã acriter a sua facie eiecit & eternaliter cõdemnabit ¶ De ipis ergo signis iudicii tria mysteria ꝓncipalia erũt declarãda ¶ Primũ dicit cõditio. ¶ Secundum ratio ¶ Tertiũ conclusio.

¶ Quod imminente iudicii tempore multa signa fient in sole luna stellis i celo & i terra i angelis & quasi i oẽibus aliis creaturis. ¶ Capitulum. I.

PRimum mysteriũ contemplandum de signis dicitur cõditio in quo uidere debemus q̃lia erunt & cuius conditionis signa iudicii. Vñ Ric. in quarto. xlviii. di. iducit Hiero. q in ãnalibus iudeoꝝ scribit se legisse. xv. signa que sunt hec ¶ Prima die maria omnia exaltabunt. xv. cubitis supra oẽs mõtes ¶ Scda die oẽia equora ꝑsternent i pfundũ ita ut uix possint uideri ¶ Tertia die redient in statũ antiquũ Quarta oẽs belue que mouent i aquis cõgregabunt & eleuabunt super aquas mugientes ¶ Quinta oẽia uolatilia celi cõgregabunt in campis & non gustabũt neq; bibent sed emittent uoces quasdam quasi flebiles ¶ Sexta flamia surget ab

UVA. BHSC. IyR_021

occaſu ſolis ignea contra faciem firmamenti uſq; ad ortū currētia
¶ Septima omnia ſidera erratica & fixa ſpargēt ex ſe igneas comas
ſicut comete ¶ Octaua magnus terre motus erit ita ut oīa alta be/
deficia proſternant ¶ Nona oīes lapides ſcindentur & una petra
collidet aliā ¶ Decima omnes plante fluent ſanguineū rorē ¶ Vnde/
cima omnes montes & colles & hedificia i puluerē redient ¶ Duode/
cima omnia animalia uenient ad campos de ſyluis & mōtibus rugiētia
& nihil guſtantia ¶ Tertiadecia oia ſepulchra ab ortu ſolis uſq; ad
occaſū patebūt cadaueribus ad reſurgendū ¶ Quartadecima homines
de habitaculis ſuis recedent diſcurrendo attoniti uelut amentes &
nō audientes loqui ¶ Quintadecima omnes homines morient & reſur/
gent cum mortuis longe ante defunctis. Et q̄uis incertū ſit utrum
talia ſigna ſint p̄ceſſura iudicium cum. Hiero. ea nō affirmet ſed
tm̄ legiſſe ſe aſſerat tñ ex euangelico textu tria ſigna ifallibiliter
PRimum mysterium declarandū de cōfessione dicit tēpalitas In quo uidere debemus quando sit confitendum. Circa hoc autem triplex tempus subdistinguemus ¶ Primum dicitur tempus assignatum ¶ Secundum festinatum ¶ Tertiū determinatū. Primū tempus dicitur assignatum de quo fit mentio in. c. Omnis de pe. & re. quando dicitur ¶ Semel in anno. Ex quo colligitur q̄ de iure cōmuni saltem semel in anno omnes homines confiteri tenentur. Notādum tamē q̄ ab istius precepti obligatione aliqui excusant aut propter infatuationem aut propter locutionem aut propter sacerdotis priuationem. Primi excusantur propter infatuationem cum essent fatui aut mente capti qui in eo statu nō possūt merere nec demerere. Sed sunt in eo statu siue dānationis siue saluationis in quo reperti sunt quando perdiderunt sensū ut dicitur extra de baptismo & eius effectu. c. Maiores. in fine. Obligant tamē tales ad confessionem quando habent lucida intervalla. Secundi excu/ santur propter locutionem quia sunt muti aut ignorant ydioma patrie in quo morantur tales confiteantur eo modo quo presentis per signa aut per interpretē si potest inueniri & tunc interpres & sacerdos pro una persona computant. Tamen dicit Ric. in. iiii. di. xvii. & uidetur aliquibus q̄ confiteri per interpretem non est constitutum iure diuino nec positiuo & cum confiteri sit multum difficile non uidetur rutum plus artare confessionem quam artet per ius diuinū uel positiuū. Vt enī dicit Prouerbiorū penultimo. & di. iii. c. Deniq; Qui nimis emungit elicit sanguinem ¶ Tertii propter priuationem seu absentiam sacerdotis excusantur quem tamē debent penitētes diligēter requirere ut dicit Magister. i. iii. di. xvii. c. Nūc prius. Et illud dictū magistri uidelicet. Si defuerit sacerdos p̄ximo uel socio faciēda est confessio. exponēdum est de congruitate non de necessitate secundum Ric. Vtrū uero absente sacerdote penitens debeat ei per litteras confiteri. Dicit Ric. q̄ nō quia hoc non inuenitur institutum. Et quia immineret periculum ne esset defectus in examinatione peccatorum quam facere debet sacerdos ut possit salubria p̄bere remedia & ne reuelarent peccata alicuius Littere. n. faciliter possūt perdi & per nuncium maliciose aperiri aut per nuncii ignorantiam tradi illis quibus non mittuntur qui eas aperirent et etiam quia alias malicioſus sacerdos posſit cōtra penitentem agere ostendendo scripturam suam. Secundū tempus

UVA. BHSC. IyR_021

circa confessionē dicitur festinatū p quo dubitari solet an pctor statim teneatur confiteri habita oportunitate sacerdotis. Et circa hoc uarie sūt opiniōes ¶Prima est Innocētii super .c. Omis de pe. & re. & Archidiaconi sup .c. Ille rex de pe. di. iii. qui uidēt dicere p omnis qui cecidit in peccatum mortale tenetur quamcitius potest ex debito necessitatis ¶Idem dicit Hostī. i summa sua li. v. titulo de pe. & re. uersiculo Quando confitentem. cui opinioni quidam inherentes dicunt &: c ¶Omnis non subuenit negligētibus ut non obligentur ad confessionem nisi semel in anno sed potius punit negligentiam illorum qui sic saltem non confitentur. Ratio autē est quia quandocumq; fit aliquod preceptū absq; determinatione tpis debet ipleri quamcitius comode fieri pōt. Cum ergo homo obligetur ad confessionē post peccatū mortale ex precepto diuino ergo etc. ¶Secundo addunt rationem aliam quia omnes deberēt uitare periculum. sed differre confessionem est esse in periculo & non uitatur periculū propter impedimēta que possunt euenire & quia differre confiteri facit hominem obliuisci peccatorum suorum quod potest esse nociuum ¶Secunda est oppinio. Ric. qui. xvii. di. quarti. li. di. ¶Quod peccator non tenetur confiteri statim habita oportunitate preter quam in aliquibus casibus ¶Primus ratione sacramēti qñ. s. aliquis uult celebrare seu cōicare. ¶Secundus est ratione periculi qñ aliquis esset in expresso periculo mortis uel ppter egretudinē uel aliā causam ¶Tertius est ratione conscientie. quādo aliquis haberet conscientiam dictantem sibi q statim teneatur ¶Quartus ē ratione dubii quando quis ueriſimiliter dubitaret illo anno se nō posse plus haberet copiam sacerdotis ¶Quintus casus est ratione statuti qui cōpetit religiosis Ipsi enim ratione statutorum suorum & sui status tenentur confiteri frequentius quam statuat concilium generale. Nec tamen propter hoc sequitur q statim teneant cōfiteri hīta oportunitate sacerdotis nisi adsit dies quo secundum statutū religionis sue confiteri tenentur ¶Quod autē peccator regulariter nō teneatur statim confiteri patet quia ad hoc nō obligatur ex iure nature quia confiteri sacerdoti nō est de iure nature absolute nec ad hoc obligatur diuina lege quia si Xps cōfiteri sacerdoti pcepit implicite non statim tamen precepit hoc fieri nec ad hoc obligatur iure positiuo sed tantum semel in anno ¶Tertia est opinio domini Boñ. xvii. di. iiii. q ait ¶Quod de confessione est loqui dupliciter

UVA. BHSC. IyR_021

uel quātum ad ꝓpositum interius. uel quantū ad uerbū exterius
¶ Si quantū ad ꝓpositum interius sic cōmuniter concedit ꝙ pctōr tenetur proponere confiteri quando & conteri. Ad hoc aūt tenet quando recogitat culpam commissā & dei offensam uel qñ tempus se offert in quo recogitare debet sicut in hora mortis uel periculo uel aliquo alio simili ¶ Si autem loquamur quantum ad actum dico ꝙ oportunitas loci tēporis & sacerdotis potest se añ pasca offerrre aut ita ꝙ timetur ne unq̄ se offerat sicut in his qui grauiter infir/ mantur & tales tenentur absq; dubitatione ad confessionem. aut ita ꝙ maior oportunitas expectatur uel quantum ad tempus uel q̄ntū ad sacerdotē & sic pōt sine aliquo peccato differri ¶ Quia ergo tempus quadragesimale est tēpus penitētie & aptum ad deuotionē possūt laici tempus illud rationabiliter expectare nec peccāt dum tamen proponant firmiter confiteri. hec Boñ. Allex. autē in. iiii. Non de necessitate sed quadam congruitate laudat illos qui statim & sepius confitētur cum possunt ¶ Asserit enim confessionem ipsam ad. ix. utilitates ualere ¶ Prima est peccati cognitio ¶ Secūda satis/ factio ¶ Tertia mentis securatio ¶ Quarta pene diminutio ¶ Quinta intercessorum multiplicatio ¶ Sexta gratie augmentatio ¶ Septima culpe remissio ¶ Octaua peccatorū euitatio. Nona dei glorificatio. ¶ Prima utilitas dicitur peccati cognitio. Nam sacerdos tenetur cō/ fitentem instruere eiq; ostendere quantum potest pctō ꝙ qualitatē quando. s. aliquid peccatum mortale est aut ueniale ¶ Et sic est ex consequēti qui sepius confitet clarius sua peccata cognoscit. Scda utilitas ē satisfactio ¶ Verecundia nāq; cū qua sua quis peccata cō/ fitetur sacerdoti est quasi talium pretiosum peccatum cobopiens. ¶ Vnde August. li. de penitētia & ponit de pe. di. i. c. Quē penitet. ait Qui per uos peccastis per uos erubescatis. Erubescentia enī ipa partē habet remissionis. Et itez ibi. Dignus est iquit misericordia qui speciali labore querit gratiam ¶ Laborat enim mens patiendo erubescentiam. Et quoniam uerecundia magna est pena. qui eru/ bescit pro xpō fit dignus uenia ¶ Tertia utilitas est mētis securatio. ¶ Valeat confessio ad quandam mentis securitatem ex cogitatione uenie accepte ¶ Vñ psal ¶ In uoce exultationis & cōfessionis sonus epulantis ¶ Quarta utilitas est pene diminutio. Nam sacerdos ex ui clauium potest aliquid pene debite relaxare licet non omnē penā. ¶ Quinta utilitas est intercessorum multiplicatio ¶ Tenentur nanq;

UVA. BHSC. IyR_021

ſacerdoteſ orare pro eiſ qui ſibi confitenté ¶ Sexta utilitaſ é gratie augmentatio. Sepe enim in confeſſione deuota dominuſ augmẽtat gratiam collatam in contritione ¶ Septima utilitaſ é culpe remiſſio. Quandoq; enim non conteritᵉ homo ante cõfeſſionem & cõfitẽdo peccata fit contritus & remittunᵗ ei. Octaua utilitaſ eſt peccatoꝝ euitatio. Propter frequẽtem enim confeſſionem meliuſ euitantur peccata. Nona utilitaſ eſt dei glorificatio. Quia quotienſcũq; quiſ ſua peccata in ſpe uenie cõfitetur deũ clementiſſimũ & miſericordẽ glorificat. Quare laudabile eſt ut qui frequenter peccant non tm̃ ſemel in anno ſed frequenter etiam confiteãtur ¶ Tertium tempuſ quod notatur in confeſſione dicitur determinatũ. In quo uidendũ eſt qua etate determinate obligatur quiſ ad confeſſionẽ. Et ad hoc dixerunt aliqui. Quod in etate. vii. annorum quia in gloſa in. c. Omniſ. ſuper uerbo diſcretioniſ. dicitur. Anni diſcretioniſ dicũtur cum quiſ eſt doli capax. quia tunc poteſt peccare. Et idem habeᵗ C. Si aduerſuſ delictũ. l. i. Et. C. Si minor ſe maiorẽ dixerit. l. iii. Et gloſa ſuper uerbo grandiuſculiſ. extra de delictiſ puerorum. c. Pueriſ grandiuſculiſ. dic. i. doli capacibuſ uidelicet. vii. annorum. Taleſ enim mentiri & uerum dicere & fateri & negare poſſunt ut dicit Auguſt. in epiſtula ad Renatum epiſcopum ut habeᵗ in glo. ſuper. c. Paruuli. de conſe. di. iiii. Hoſti. uero in ſũma ſua li. v. de pe. & re. Doli inquit capax eſt cũ quiſ ẽ proximuſ pubertati. ff. de actionibuſ & obligationibuſ. l. i. Et ſecundum eundem li. iiii. ſumme ti. de diſpenſatiõe impuberum. Pubertaſ incipit in muliere in. xii. anno. in maſculo uero in. xiiii. Sed addit Hoſti. Quod qñ quiſ eſt doli capax in exteriora uir bonuſ extimabit. Vnde extra de p̃ſumptionibuſ in. c. Ex ſtudiſ. dicit. Ex ſtudiſ ſuiſ cognoſcit puer. Inuenitur náq; in li. Dial. q̃ quidã puer. v. ánoꝝ iuranſ & blaſſemanſ a diabulo raptuſ fuit ¶ Sed in illo ſcd̃m Hoſti li. v. de delictiſ puerorum malicia ſuppleᵇat etatem ¶ Si ergo pueri nõ ſũt doli capaceſ non tenentur cõfiteri ¶ Taleſ enim furioſiſ cõpantur quia eoꝝ etaſ qcqd uidet ignorat. ff. de acqrenda poſſeſſiõe. l. i. ſ. Furioſuſ. Et. C. de falſa moneta. l. i. in fine. Nec tamẽ in pueriſ ante. x. uel. xiiii. annum negandum eſt peccatũ eo q̃ peccare nó poſſunt carnaliter quia preter carnalia peccata reperiunᵗ & alia. ¶ Vnde in. c. i. de dilectiſ pueroꝝ dicit. Pueriſ grãdiuſculiſ peccatũ nolunt tribuere qdam niſi ab anniſ. xiiii. cum iam pubeſcere cepint

UVA. BHSC. IyR_021

quod merito crederemus si nulla essent peccata nisi que membris genitalibus cõmittunt. Sed quis audeat affirmare furta mẽdacia & periuria non esse peccata? At his plena est puerilis etas q̃uis non ita in eis ut in maioribus punienda esse uideãtur. hec ibi ¶Sed heu pbdolor ¶Quid referam ¶Tanta est hodie in pueris & puellis malicia ut etiam i peccata carnis ante annos pubertatis libidinosissime inardescant ¶Quare solerti cura a parentibus ad confessionem sunt inducendi.

¶Qualiter sacerdos audiẽs cõfessionẽ debet habere auctoritatẽ scientiã & bonitatẽ & qs dicat ꝓprius sacerdos. ¶Ca.ii.

SEcundũ mysterium declarandũ de cõfessione dicit qualitas. In quo notande sunt q̃litates seu cõditiões que requiruntur in sacerdote cui peccator cõfiteri debet & colliguntur maxie tres. ¶Prima dicitur potestas ¶Secunda sanctitas ¶Tertia claritas ¶Prima cõditio cõfes. dicit potestas. Nã scd̃m Durandũ in sũma li.i.pte.i. & di.i. Ad absoluẽdum in foro penitentie tria requirunt. Primũ ꝙ confessor habeat auctoritatem clauium ¶Secundum ꝙ habeat auctoritatis executionẽ ¶Tertum ꝙ executio sit libera nõ ligata. ¶Et ꝓpter hoc dicit in.c. Omnis de pe.& re. Quod unusq̃sq; debet confiteri ꝓprio sacerdoti quia sibi inest huiusmodi potestas. Sed notandum scd̃m Ric.di.xvii. q̃rti. Quod ꝓprius sacerdos potest accipi multipliciter ¶Vno mõ ẽ ꝓprius sacerdos alicuius bñs super ipm iurisdictionẽ ordinariam in foro penitẽtie modo tamẽ iferiori Et sic ẽ ꝓprius sacerdos ille qui cõiter uocat presbiter parochialis ¶Scdo mõ dicit ꝓprius sacerdos habens iurisdictionem ordinariam modo principali. & sic epõs est ꝓprius sacerdos oim existentiũ i suo epatu ¶Nota tamẽ ꝙ archiepi nõ habent auctoritatẽ absoluendi subditos subfraganeoꝝ suoꝝ excepto casu q̃n usitant prouinciam. extra de censibus. c. ¶Perpetuo. li. vi ¶Tertio mõ dicit ꝓprius sacerdos habens iurisdictionem modo principalissimo ¶Et sic papa est ꝓprius sacerdos oim xp̃ianoꝝ. Quarto mõ dicit ꝓprius sacerdos habens iurisdictionẽ delegatã ab aliquo istoꝝ uel a legato domini pape ¶Quinto modo dicitur ꝓprius sacerdos habens iurisdictionem ex cõi concessiõe iuris ¶Et sic sunt ꝓpii sacerdotes illi quos epi & abbates exempti sibi eligũt i cõfessores ¶Talibus enim permittit ex lege cõi eligere sibi discretum & prouidũ confessorem. extra de pe. & re. c. Ne ꝓ dilatione ¶Sic etiã ẽ proprius sacerdos illius quẽ quis audit cõstitutum i articulo necessitatis in quo casu qlibet sacerdos

UVA. BHSC. IyR_021

poteſt hominem abſoluere ſicut patet. xxvi. q. vi. c. Si preſbiter, &. c. ſequenti. & extra de furtiſ. c. Fureſ. Hoc etiã mõ ẽ ꝓpriuſ ſacerdoſ uagabũdoꝝ quicũq; preſbiter prochialiſ in cuiuſ prochia uoluerit confiteri quia taleſ nunq̃ habent domicilium ꝓprium. ff. ad municipaleſ. l. Labeo. Similiter dico de illiſ q domicilio relicto nauigãt uel iter faciũt querẽteſ quo ſe trãſferãt. Nã & taleſ ſine dõicilio ſũt. ff. ad mũicipaleſ. lecuſ. ſ. celſuſ. & ſimiliter ſcd̃m Inno. ſup. c. Oiſ. Scolareſ pñt cõfiteri illi quẽ eligerĩt ĩ loco ĩ quo ſtudẽt ſi moram ibidem cõtraxerint uel cõtrahere ĩtendant ꝓ unũ annũ Accipiẽdo ergo ꝓpriũ ſacerdotẽ ꝓ ſacerdote habẽte iuriſdictionẽ aliquo p̃dictoꝝ mõꝝ q ſibi cõfitetur cõfiteri dicit̃ ꝓprio ſacerdoti. Sed hic oritur dubium. Vtꝝ illi qui cõfitent̃ alicui hñti poteſtatẽ & auctoritatem audiendi confeſſioneſ ab eõ teneantur illo eodẽ anno cõfiteri ſuo preſbitero prochiali. Et aliquibuſ uidet̃ q ſic. quia ut p̃ſbiter. xi. q. i. c. Peruenit. Si ſua unicuiq; eõ iuriſdictio & poteſtaſ non ſeruat̃ eccleſiaſticuſ ordo confundit̃. ergo ſimiliter ſi non ſeruat̃ preſpitero prochiali. Inſup ſcd̃m Bern. li. iii. de con/ ſideratione. c. xiii. Eccleſiaſtica hierarchia eſt ad exẽplar ãgelice hierarchie. Sed angelica hierarchia id qd̃ cõuenit angeliſ alicuiuſ ordiniſ ex officio nunq̃ cõmittit̃ ãgeliſ alteriuſ ordiniſ. ergo ſimili/ ter fieri debet in eccleſia. Rñdet Ric. ubi ſupra. Quod eꝑſ habet ordinariam iuriſdictionem ſuper ſubditoſ ſacerdotum parrochialiũ. Illud aũt quod conuenit alicui ex ordinaria iuriſdictione ipe põt cõmittere alii habenti ordinem conuenientem ad illud officiũ ex/ equendũ. extra de conſe. eccleſie. c. Aliqua. Illi ergo q confitent̃ legittime hñti poteſtatem eꝑi & abſoluuntur ab eodem uere ſunt abſoluti nec eadem peccata in numero tenent̃ ſuiſ preſbiteriſ par/ rochialibuſ confiteri. ¶ Vnde eꝑuſ concedenſ ptãtem alicui audiẽdi confeſſioneſ non aufert curato iuriſdictionem ſed ſibi ſeruat danſ ei coadiutorẽ. Et ſic ſoluitur primũ argumentũ. Ad ſcd̃m uero de ſimilitudine eccleſie ad angelicam hierarchiam reſpondendum eſt. Quod in hoc non eſt ſimile quia angeliſ ſufficit plene adexequẽdũ actuſ conuenienteſ officio ſuo. Non ſic autem uere. poteſt dici de quolibet inferiori curato. ¶ Secunda cõditio confeſ. dicit̃ ſanctitaſ. Vt enim. d. c. Durãduſ ubi ſupra Tantam debet habere cõfeſſor habilitatem affectioniſ ut ſit dignuſ Chriſti miniſter. ¶ Vnde de pe. di. vi. c. Qui uult confiteri. dicitur. ¶ Sacerdoſ cui omniſ offert peccator ante quẽ ſtatuitur omniſ languor in nullo ſit iudicãdus

UVA. BHSC. IyR_021

que in alio promptus est iudicare ¶ Iudicans. n. aliū q est iudicāduſ condemnat ſeipſum. Cognoſcat ergo ſe & purget in ſe quod alios uidet ſibi afferre. Ex quibus uerbis ſumitur argumentum ſecundū Duran. q epūs in mortali peccat mortaliter abſoluendo niſi priuſ penitеat. Nec ſolum debet eſſe ſanctus confeſſor ſed in ſanctitate ſolidus & firmatus ꝓpter ea que audiunt in confeſſione. Ió Bern. ſuper Cant. ſermone. xviii. ait ¶ Tu frater cui firma caritas nōdū eſt ſed adeo tenera & arundinea ut omni cedat flatui qua fronte aliena uulnera curare aut ambis aut acqeſcis. Noli eſſe nimis iuſtus Sufficit tibi ſi diligis proximum ſicut teipſum. Non enim ſalutem ꝓximi debes querere in ſalutis ꝓprie detremētū. hec ille. Caueāt tamē qui confiteri uolunt ne fiant confeſſores iudices curioſi ſed eis tantum ſufficiat nō conſpicere malā uitā expreſſe. Tertia cōditio confeſſoris dicit claritas ¶ Debet utiq; habere claritatē cognitionis & ſcientie ut dicitur in. c. Omnis. ſ. Sacerdos. Et in glo. i dicto. c. ſuper uerbo ſacerdoti. Et in glo. ſuper uerbo ꝓuidū in. c. Ne pro dilatione. de pe. & re ¶ Ideo dicitur de pe. di. vi. in. ca. Qui uult cōfiteri. Caueat ſpiritualis iudex ut ſicut nō cōmisit crimen neqtie ita non careat munere ſcientie. Oportet enim ut ſciat cognoſcere qcqd debet iudicare ¶ Iudiciaria nanq; poteſtas expoſtulat ut qđ debet iudicare diſcernat ¶ Diligens ergo inquiſitor ſubtilis inueſti/gator ſapienter &: quaſi aſtute interroget a peccatore.:. quod forſitan ignorat uel uerecundia uelit occultare. hec ibi. Oportet ergo ut confeſſores ſciant diſcernere quod debeāt iudicare ſicut in ueteri lege iudicabant de lepra & lepra. Leuit. xiii ¶ Hinc eſt q Greg. li. i. paſtora. c. i. ait. Nulla ars docere preſumitur niſi priuſ intēta meditatione diſcatur. Ab impitis ergo paſtorale magiſteriū qua temeritate aſſumitur cum ſit ars artiū regimen aiarū? Facit ad hoc. c. Cum ſit. de etate & qualitate ordinandorum. Confeſſor ergo ſecundum Durandum quotiens ſe ingerit ad confeſ. audiēdas totiens offert ſe ad reſpondēdum de peccatis mortalibus & ꝓceptis de contractibus & uſuris de reſtitutionibus. Debet itaq; habere ſci/entiam ſaltem cōpetentem ¶ Vocatur aut cōpetens que neceſſaria eſt ad executionem cuiuſcumq; ordinis ¶ Vnde in quantum ſacer/dos deputatus eſt ad diuinum officium celebrandum tenetur tātū ſcire de gramatica q ſciat uerba proferre & q intelligat ſaltē lrā/liter ea que legit. Inquantum uero eſt miniſter ſacramentoꝝ teneē ſcire que ſit debita materia uel forma cuiuſlibet ſacramēti & modū

UVA. BHSC. IyR_021

recte ſingula diſpẽſandi In q̃ntũ doctor eſt teneẽ ſcire ſaltẽ fidei rudimenta. Et in quantum eſt iudex in foro conſciẽtie teneẽ ſcire diſcernere inter lepram & non lepram ſaltẽ in his peccatis que ſunt omnibus notiora. In aliis uero de quibus etiam ſapientes dubitant ſciat dubitare & querere ſuperiorꝝ conſilium. Debet ſcire que ſunt mortalia que capitalia ſaltem in cõmuni & que uenialia in gẽnere Debet etiam ſcire Canones penitentiales nõ tantum ꝓpter hoc ut penitẽtias iniungere cum penitentie bodie ſint arbitrarie ut dicẽ in ſequẽti ſermone ſed ut ꝑ hoc ſciat culpaꝝ penitẽtias agnoſcere. hec Durandus ¶Ego tamen credo q̃ poteſt quis dum non ẽ nimis peritus in tribus caſibus ſine periculo confeſſiones audire. Primus eſt quãdo periculũ mortis immineret cõfitenti nec alius poſſet bẽri ¶Tunc quilibet poteſt & debet audire ꝓpter efficatiam ſacramẽti ne ea priuetur ¶Scd̃ eſt q̃n confitens eſt peritus ſufficienter ita q̃ ipſum confeſſorem docet ¶Tertius quãdo confitentes ſunt perſone ſpiritualiter uiuentes & crebro confitentes que non conſueuerunt habere niſi uenialia.

¶Qualiter confeſſio debet eſſe integra ut penitens cõfiteatur omnia peccata mortalia & circumſtantias trahentes ꝫ aliud genus peccati & in caſu uenialia. ¶Ca. III.

TErtium myſteriũ de confeſſione declarandũ dicit integritas. Nam ut dicit. c. Omnis ſepius allegatũ. De omnibus peccatis confeſſio eſt facienda uni ſacerdoti ut integra ſit & non diuiſa. ſed in hoc ſolet dubitari quãtum ad tria ¶Primo quantum ad pctõrũ differentiam ¶Secundo q̃ntũ ad eoꝝ circũſtantia ¶Tertio q̃ntum ad peccata uenialia ¶Primo ſolet dubitari q̃ntum ad peccatorum differentiam ¶Vtꝝ neceſſe ſit differentie omnis peccati mortalis ſiue latentis ſiue manifeſti ſiue ſit cordis ſiue ſit oris cõfiteri ¶Et reſpondet Boñ. di. xvii. q̃rti q̃ ſic. & de peccato manifeſto dicit q̃ neceſſariũ eſt ut dicatur in confeſſione duplici ex cauſa ¶Vna ex parte audientis. alia ex parte confitentis ¶Ex parte audientis qm̃ ſicut eſt in iudicio forenſi q̃ iudex aliqd nouit ut p̃uata perſona quod tamen nõ nouit ut iudex nec procedit ad ſententiã quouſq; innoteſcat ei ut iudici quia ut dicitur. iii. q. vii. c. Iudicet. Iudex debet iudicare ſecundum allegata ſic eſt in iudicio penitẽciali quia peccata publica quamuis ſint manifeſta ſacerdoti ſicut homini nõ tamen ſunt ſicut dei uicario ideo ſunt confitenda. Scd̃a ratio eſt ex parte confitentis quia per ſuam humilem confeſſionem habet

UVA. BHSC. IyR_021

tuſtificari. Vnde de pe. diſtinctióe. i. ſ. Alii. Dic tu priuſ iquitateſ tuaſ ut iuſtificeriſ. Dum ergo peccator confitetur omnia morta/lia ſecreta & publica que fecit debet dicere ſacerdoti & ſi non re/cordaretur omnium precedente ſufficienti preparatione ſufficit ei q̄ in genere doleat & confiteatur ſe in multis offendiſſe quoꝝ non recordatur quia ut ſcribitur in gloſa ſuper. c. Porrecta. extra de cōfirmatióe utili uel iutili. Et. C. de ueteri iuriſ enucleando. l. ii. ſ. qd aūt. Omnium habere memoriam & in nullo penituſ oberrare diuinitatiſ eſt potiuſ quā humanitatiſ. Si aūt peccator recordet & nolit dicere uel nō dat operā ut recordet cōfeſſio ſua ifructuoſa eſt ut colligi pōt ex dictis in. c. Fratreſ noſtroſ. de pe. di. v. Scdo ſolet dubitari quantum ad pctōꝝ circūſtantiaſ. Vtꝝ circūſtantie ſint confitende. Et dicit dñs Boñ. prefata. xvii. di. quarti. Quod tria ſunt circumſtantiaꝝ genera. Quedam ſunt alleuiātes. Quedā aggrauantes. Quedā ad aliud genus trahentes. Prime circūſtantie alleuiant peccatum ut ſi quis peccaſſet cum muliere ab ipa tamen tēptatus & prouocatus & huiuſmōi haſ circumſtantiaſ cōfiteri nō eſt bonū niſi ꝓpter hoc ut ſatiſfaciat alterne inquiſitioni uel ut pro/uideatur eius ſcādalo & perturbationi utpote ſi timeret confeſſorē ex hoc accipere occaſionem & exemplū malū uel ſi tantū circū/ſtantia minuat peccatū ut ſit in genere uenialis aut nullū peccatū ſicut comedere carneſ in quadrageſima propter infirmitatem hoc excepto peccator non debet taleſ circumſtantiaſ referre quia in confeſſione habet ſe accuſare non excuſare. Secunde circūſtantie dicuntur aggrauantes que aggrauant peccatum non tñ trabūt in aliud genus uel in aliam ſpeciē peccati. Vt ſi qs luſiſſet ad taxillos multum libenter & fuiſſet fornicatus cum multa delectatione uel commiſſet aliquod peccatum ex propria malicia nulla temptatióe precedente & taleſ circumſtantiaſ non eſt de neceſſitate confiteri ſed de congruitate. Tertie circumſtantie dicunt ad aliud genus tra/bentes eo q̄ trabunt in aliud genus uel in aliam ſpeciem peccati & haſ confiteri eſt neceſſarium. Secundū uero dicta ſanctorū. viii. ſunt taleſ circumſtantie. Prima perſone. Secunda loci. Tertia modi. Quarta tēporis. Quinta numeri. Sexta qualitatis. Septima inductionis. Octaua conſequentie. Prima circumſtantia dicitur perſone. Notificanda nanq; eſt perſona cum qua uel contra quā peccatum eſt commiſſum. Aliud enim eſt peccare cum una moniali

UVA. BHSC. IyR_021

aliud cū una ſeculari aliud cum ſoluta aliud cū coniugata aliud cū cōſanguinea aliud cū extranea aliud percutere laicū aliud clericū uel ſacerdotem & huiuſmōi. Secunda circumſtantia dicitur loci. Nam ſi peccatum committatur ī loco ſacro inducit aliam ſpeciem peccati quod dicitur ſacrilegium ſicut notat gloſa de pe. di. v. c. Conſideret. Tertia eſt modi. Poſſet enim quiſ tali modo peccare ꝙ peccatū traheret in aliam ſpeciē ut ſi quiſ cū muliere pecccaret contra naturam. Quarta eſt temporiſ. Quando enim peccatum committitur in die feſto inducit aliam ſpeciē ſcilicet tranſgreſſionē tertii p̄cepti ut dicit Nico. de lira ſuper. xx. c. Exodi. Iō peccata in feſtiſ cōmiſſa cum temporiſ circūſtantia ſunt cōfitenda. Quīta dicitur numeri quia quotienſ homo peccat totienſ diſtincta & plura peccata committit. propterea oportet dicere quotienſ peccatum ē commiſſum. Et ſi quiſ non recordetur dicat numerum quē poteſt extimare ſecundum probabilem opinionem. & ſi nō pōt eſtimare numerum extimet quanto tempore in peccato ſtetit. Sexta dicit qualitatiſ. Oportet enim confiteri quando peccatū eſſet publicū quia induceret aliam ſpeciem hoc eſt ſcandalum p̄ximi. Seeptima dicitur inductioniſ quando aliquiſ non ſolū ipſe peccauit ſed alioſ induxit ad peccandum danſ cōſilium auxiliū uel fauorē. Octaua dicitur conſequentie. Debet peccator etiam dicere peccata que cō/ ſequntur ad alia peccata utputa quia in uno peccato occurrerēt mendatia periuria adulationeſ deceptioneſ & ſimilia que in con/ feſſione non ſunt omittenda ſed p̄palanda. Tertio dubitari ſolet quantum ad peccata uenialia. an expediat illa cōfiteri. Et de hoc dic Boñ. ubi ſupra. Quod cōfiteri uenialia nō ē p̄ceptū eo ꝙ abſq confeſſione multipliciter remittūtur. Et primo per dignā eucha/ riſte ſumptionem. de confeſ. di. ii. ca. Cum omne crimen &. ca. Si quotienſcumq. Secūdo per aque benedicte aſperſionem ut patet de conſe. di. iii. c. Aquam ſale conſperſam. Tertio per ieiunia & per elemoſinarum largitionem ut habetur. lxxxii. di. c. Preſbiter & de pe. di. i. c. Medicina. &. c. Quamoberem. & di. iii. c. Sane cauendum. Quarto per dominicam orationem. de pe. di. iii. c. De quottidiāiſ. Quinto p̄ deuotā p̄ctōrīſ cōfeſſionē. de. pe. di. i. c. treſ actiōeſ. & di. ii. c. ſi ē ingt. Sexto p̄ generalē cōfeſ. ī eccleſia factā. ut de pe. di. iii. c. De quottidianiſ. In caſu tñ cōtingit ꝙ hō teneat uenialia cōfiteri. ſiue p̄pter dubiū ſiue p̄pter eccleſiaſticū ſtatutū.

UVA. BHSC. IyR_021

¶Propter dubiū tamē quando quis probabiliter de aliquo peccato dubitat utz sit mortale uel ueniale quia peccator si nō penitet de illo sicut de mortali discrimine se exponit ¶Et ideo debet confiteri ¶Similiter propter statutū confitenda sunt uenialia sicut dictum est supius de necessitate confitendi semel in anno uel de religiosis ¶Quoniam uero multi hec audientes scrupulosi satis efficiunt dubitantes nescire cōfiteri sua peccata ut decet ¶Ego dico & teneo q̄ si quis cū uoluntate se emendandi & proposito bono ad confessi. accedit faciens q̄ in se. est ut bene cōfiteatur & nullius peccati recordaretur & nullam diceret circumstantiam & multa omitteret que ad confes. necessaria esse dicuntur considerata uolūtate bona & pensata humana infirmitate uel ignorantia talis fructu cōfes. mīme p̄uaretur ¶Ergo cum bona ad deum fiducia disponant se omnes peccatores ꝑut poterunt & scient peccata sua confiteri & a cristo sanitatem & salutem simul cum languido quem sanauit in euangelio firmiter obtinebunt hic per gratiam & in futuro per gloriam in qua ut. in eternum deus qui est benedictus. Amen.

¶Sabbato secunde ebdomade in q̄dragesima ¶De fructuosa et utili confessione peccatoꝝ. ¶Sermo. xxix.

HIc est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui ipsum audite. Mathei. xvii. & in euangelio hodierno ¶Seruāda sunt xp̄i p̄cepta animo leto & libenti corde quem uez deum credimus saluatorem nostrum ¶Testatur namq; euangelium hodiernum qualiter xp̄s transfiguratus est in monte a deo patre & spū sancto uestimentū diuinitatis accepit ipse ergo nobis uiam salutis apperuit pn̄amq; post conmissa peccata illam esse p̄dicauit ¶Ipse sacerdotibus claues ecclesie consignauit quibus posset peccatoribus apire ianuam regni celoꝝ. Ipse sanguinē suū offert omnibus q̄bus merita ꝓpria non sufficiunt ut illius merito ueniam assequant & remissionem ¶Quoniam uero homines saluare sic uoluit per gratiam suam ut etiam ipsi faciant q̄d in se est & p̄cipue peccata sua sacerdotibus confitendo idcirco unusquisq; t'lum audire debet. ¶Vox enim eius est Mathei. iii. d. penitenciam agite ¶Et q̄a hec penitencia confes. includit idcirco preter ea que in precedentibus dicta sunt adhuc in hoc sermone tria misteria ponemus cōtēplāda ¶Primum dicitur humiliationis ¶Secundum occultationis ¶Tertiū iterationis.

UVA. BHSC. IyR_021

¶ Quomō peccator debet humiliter cōfiteri. Primo examinādo cōscientiā. Secundo accusando peccata. Tertio susciptendo iniunctam sibi penitentiam a sacerdote. ¶ Ca. i.

PRimum mysteriū de confessione declarandū dicitur humiliationis Qui. n. cōfitet cōfiteri debet cū humilitate que ꝑcipue cōsistit in tribus. Primo i diligenti examinatione. Secundo in peccatorum accusatione. Tertio in penitentie susceptione. Primo cōsistit humilitas penitētis in diligenti examinatione. Nā qui humilis est ante confessionem in aliquo secreto loco examinat seipm cogitās beneficia que a deo accepit. bona que omisit & mala que commisit. d. illud Isay. xxxviii. c. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. ¶ Sed multi sunt q ad cōfessionē accedūt indeuoti impremeditati sine ulla compūctione sine cogitatione aliqua aut recordatione peccatorum suorum quibus confessores. quando eos tales inuenunt persuadere debent ut prius se preparent: et postea redeant ad penitendum qui monendi sunt ut ꝑ. x. consideratones discurrēdo conent sua peccata colligere. ¶ Prima consideratio est status i quo peccator est & in quo fuit puta uirginitatis uiduitatis aut matrimonii. Secunda ē etatis in qua peccator est et in qua fuit. ¶ Tertia est fortune prospere uel aduerse. ¶ Quarta officii artis seu exercitii. Quinta societatis commemorando socios uel socias cum quibus homo conuersatus est. ¶ Sexta est locoꝝ in quibus homo fuit. ¶ Septima temporum puta pacis guerre solēnitatum aut dieꝝ ferialium. ¶ Octaua cordis speculando subtiliter qđ cōtra deum & ꝓximum est corde cōmissū Nona est uerboꝝ notanter in seipso qđ in uerbis male loquēdo potuerit errare cōsiderās. Decima est factoꝝ et operꝝ. His modis discurrendo potest homo multa peccata que fecit ad memoriam reuocare et ꝓpter que i sua cellula aut camera sic solus existens pectus suū ꝑcutiendo dicere debet cum publicano Luce. xviii. Deus ꝓ. e. m. p. Et cum filio ꝓdigo. Luce. xv. Pater pec. i. ce. & co. te. Et cum Dauid. Niserere mei deus se. mag. mi. tuam. Et quātum potest conetur detestari pctoꝝ suorum magnitudinem turpitudinem & multitudinē dep̄cās omnipotētem deū ut dignet̄ per uulnera sui filii ꝺdulgere sibi delicta sua. Sicq cū tali dispone reuertat̄ ad sacerdotē. Sacerdos uero ubi uidet illum deficere diligēter adiuuet et examinet. Scđo cōsistit humilitas in peccatoꝝ

UVA. BHSC. IyR_021

accuſatiõe qñ pc̃tor licet cũ rubore tñ libere & manifeſte accuſat peccata ſua. Nam ut dicitur de pe. di. i. c. Qui domum ſuam. Taciturnitaſ peccati ex ſupbia naſcit̃ cordiſ. Ideo. n. peccatum ſuum celare qſq; deſiderat ne iniquitaſ ſua aliſ manifeſta fiat ne taliſ reputet̃ apud homineſ foriſ qualiter ſe iam dudum exhibuit diuino conſpectui qđ ex fonte ſupbie naſci nullum dubium eſt. Spẽſ ſupbie ẽ ſe uelle iuſtũ uideri qui peccator ẽ. Sed excuſãſ ſe & maxime mulieres. d. nolle cõfiteri peccata nõ ꝓpter ſupbiam ſed ꝓpter uerecundiam. Pro quibuſ Bern. ait. O inſania nimia hoim pudet ablui & non pudet inquinari pudet ſordeſ abſtergere & nõ pudet contrahere abſtergitur caliga & contennit̃ anima. Propter iſtoſ etiam de pe. di. i. c. Nunc autẽ. ait Chriſo. Nũc autẽ ſi recorderiſ peccatoꝝ tuoꝝ frequenter ea ĩ conſpectu dei ꝓnuntianſ & peiſ clementiam eiuſ depreceriſ citiuſ illa delebſi. Si autem nunc obliuiſceriſ peccatoꝝ tuoꝝ tunc eoꝝ recordaberiſ nolenſ qñ ĩ toto mundo publicabuntur & in conſpectu proferentur omnium tam amicoꝝ tuoꝝ q̃ ĩimicoꝝ & ſanctoꝝ angeloꝝ celeſtiumq; ſpirituũ hec ibi. Nulla ergo uerecũdia multo minuſ nec ſuperbia tacenda ſunt in confeſſione peccata qnimo illa humiliter et dolenter ſacerdoti ſunt reuelanda ſine duplicitate ſine mẽdacio ſine excuſatiõe Nec enim ſcipiendũ eſt ut multi faciunt a ꝓpria laude aſſerẽteſ Ego ieiuno do elemoſinaſ adiuuo paupeſ non ſum blaſphemuſ aut homicida licet quandoq; ut homo carnaliter peccem & huiuſmodi Non pura eſt nec deo accepta taliſ confeſſio. Dicenda etiam ſũt peccata ꝓpria non aliena ut dicit. c. Omniſ. de. pe. & re. Notãdum tñ ſcđm R. ic. in. iiii. di. xxi. q; expreſſio aliene perſone ſeu alieni peccati aut eſt neceſſaria ad expreſſionẽ peccatoꝝ aut nõ Si ſic tenet̃ eam exꝑmere confeſſori. Vnde mulieri cum qua cõcubuit frater eiuſ nõ ſufficit dicere q; unuſ uir concubuit cum ea ſed debet exꝑmere q; ille ẽ frater eiuſ. Et ſi nõ habeat niſi unum fratrem tũc ſcit ſacerdoſ quiſ eſt ille. Et ſi eſt religioſuſ debet exexꝑmere q; eſt religioſuſ. Et ſi eſt laicuſ & eſt coniugatuſ debet exꝑmere et ſic de aliiſ Si autẽ expreſſio perſone nõ eſt neceſſaria ad exꝑſſionem quãtitatiſ peccati tunc diſtiguit. Quia aut ẽ utiliſ ad correctionẽ illiuſ uel preſeruationẽ a recidiuo aut non. Si ſic. Tũc credo q; penitẽſ bñ facit ſi extra cõfeſſionẽ hoc dicit alicui perſone que illi peccatori poſſit et uelit ꝓdeſſe & non obeſſe. Sed

UVA. BHSC. IyR_021

pro alia causa nominare ipsum in cõfes. non expedit nec oportet quia per talem nominationem cõfessor nõ posset ꝓcedere ad correctionem illius ¶Si autem nominatio illa non est utilis ad illius correctionẽ tunc subdistinguẽ. Quia aut potest esse utilis ad seruãdum a recidiuo aut non ¶Si sic tunc bonũ est & expedit penitẽti ut illam personam exꝑmat confessori. Potest enim contingere ꝙ confessor per cognitionem persone sciet iũgere penitenti pnam talem & talia dare documẽta & tales facere monitiones ꝙ melius & securius penitens poterit a recidiuo ꝑseruari. Si autẽ nominatio psone nõ est utilis ad magnitudinis peccati exꝑssionẽ nec ad alterius correctionẽ nec ad ꝑseruandũ a recidiuo penitẽtem tũc credo ꝙ penitens teneatur personam celare. Quilibet. n. tenetur nõ generare malam opinionem de ꝓximo suo in corde alterius sine rationali et utili cã ¶Tertio cõsistit humilitas adhuc in humili penitentie susceptione. Vt. n. dicit Chris. de. pe. di. iii. c. Perfecta. ¶Perfecta penitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre. ¶Sed dubium est utrꝫ penitẽs teneatur tentione necessitatis acceptare & explere penitentiam sibi iniunctam a sacerdote. Et rñdet Ric. di. xviii. q̃rti. ꝙ sacerdos aut iniungit penitentiam rõnalẽ & discretam aut non. Si secundo modo penitens non tenetur eam recipere nec complere qa sacerdos ꝺdiscretas penitentias iũgendo abutit claue sciẽtie & potestate Si primo mõ dico ꝙ tenet tẽtiõ necessitatis eam recipere & ꝓ uiribus adimplere qa talem pnam iniungendo clauibus utitur recte. Quilibet autẽ tenetur sui iudicis iustam sentẽtiam seruare ¶Vnde si penitens talem penitentiam scienter & ex deliberatione implere omiserit mortaliter peccat cũ facit absq; legittima cã ¶Secũdũ enĩ Hosti. in summa de pe. & re. Pro quolibet peccato mortali regulariter deberet pẽitẽtia septẽnis imponi ¶Vt patet. xxxiii. q. ii. c. Hoc ipm. ii. ſ. sequẽti. Et xxii. q. i. c. Predicandum. Et est rõ una quia deus precepit Mariam sororẽ Aarõ lepra percussam poni extra castra ꝑ. vii. dies Et sic accipit dies pro anno. Alia ratio est ut sicut pctór ꝓ pctm septiformem sp. s. gratiam amisit sic ꝓ septẽnem pnam recuperet ¶Tamẽ pót sacerdos in penitentiis dispẽsare consideratis criminis q̃ntitate & q̃litate. & persone dignitate. conditione sexu officio paupertate infirmitate debilitatis consuetudine complexione. locietate causa animo uolũtate & sic ꝓ arbitrio penitẽtias taxare

UVA. BHSC. IyR_021

et imponere ut ꝑbaꝫ plene.extra.de.pe.&.re.c. Significauit &
c. Iſ qui.c. Omniſ.ſ. Sacerdoſ.& extra.de homicidio.c Sicut
dignum.& extra de eo q.co.conſan.uxoriſ ſue.c. Tranſmiſſe.&
xi.q.iii.c. Abſit.&.xv.q.vi.c. Si a ſacerdotibuſ.&.xxvi.q.
vii.c. Tempora.& de pe.di.i.c. Mẽſuram.& de conſe.di.iii.c.
De penitentibuſ. Ideo dicat penitẽti ſacerdoſ. Cariſſime frater tu
cõmiſiſti tot & talia peccata ꝑ qbuſ deberes proquolibet ſic peni/
tere Sed forte uita tua ad hoc agendum tm̃ non extenderetur
Iniungo tamen tibi talem penitentiam pro omnibuſ & elemoſinaſ
quibuſ peccata redimuntur : & omnia alia bona que feceriſ : &
mala que pro Chriſto ſuſtinueriſ accepta loco penitentie : & q
proſint tibi in remiſſionem peccatoꝝ tuoꝝ. Et ſi interi moriaris
auctoritate dei & beatoꝝ apoſtoloꝝ Petri & Pauli & ſancte ec/
cleſie & noſtra te abſoluimuſ ab omnibuſ biſ que confeſſuſ es & ab
aliſ de quibuſ nõ recordariſ iquãtũ poſſumuſ & debemuſ. Et ſi qd
purgandum remanſerit i purgatorio purgetur iuxta miſericordẽ
domini uoluntatem. Caueant autẽ ſacerdoteſ q ſic arbitrentur ne
uilis fiat auctoritaſ eccleſie & poteſtaſ clauium contẽnatur Vnde
di.l.c. Abſit.dicit. Abſit a romana eccleſia rigorem ſuum tam pro/
phana facilitate dimittere & neruoſ ſeueritatiſ fidei auerſa mate/
ſtate diſſolue re ut cũ adhuc nõ tantũ taceãt in peccatiſ ſed etiam
cadant euerſoꝝ fratrũ ruine ꝓperata nimiſ remedia cõicationũ
utiq; nõ pro futura preſentẽ. Quõ. n. poterit penitentie medicina
ꝓdeſſe ſi etiam ipe medicuſ intemptata penitentia indulget piculiſ
hoc non eſt curare ſed ſi uerũ dicere uolumuſ occidere Et extra
de ui.& bo. clericoꝝ dicit. Facilitaſ uenie tribuit icentiũ delin/
quẽdi. Et ad facit.c. Cũ iuſta.xxiii.q.iii.&.c. Loci.xxxv.q.viii.
&.c Peruenit.lxxxx.di.&.c. Si quiſ ꝑpoſtera.l.di Studeat
etiã ſacerdoſ ut peccatori penitenti ſemper in contrariũ penitẽtiã
imponat ut ſupbo iiungat humilẽ orationẽ. auaro elemoſinarum
largitionem. accidioſo peregrinationẽ. guloſo ieiuniũ. luxurioſo
carniſ macerationẽ. maledico bñdictionẽ & huiuſmõi. hec hoſtieñ.
Addit Ric. ubi ſupra. Quod ſi penitẽs ſentiat penitentiã ſibi nimiſ
grauẽ & obſeruandũ piculoſã ſua infirmitate pẽſata debet ad illũ
cõfeſ. cui cõfeſſuſ eſt uel ad aliũ ſi illum habere nõ põt recurrere
& aleuiationẽ uel cõmutationẽ petere Et confeſſor debet conce/
dere etiã ſi uideat q pnia alleuiata nõ ſufficiat plenarie ad emẽdã
peccati ſed poſt eam iexpletũ adhuc remanet aliqd i purgatorio

UVA. BHSC. IyR_021

purgādū. Tutiuſ enī ē reſeruare purgatorio penitentē pumēdū q̄m ipm exponere periculo cadēdi in mortale peccatum propter penitentie tranſgreſſionem iniuncte. hec Ricarduſ.

¶ Qualiter confeſſio debet eſſe ſecrata reſpectu circūſtantiū reſpectu confeſſoriſ & reſpectu pc̄tōriſ. ¶ Ca. ii.

SEcundū myſterium declarandū de confeſ. dicitur occultatio. Debet confeſſio eē occultata atq; ſecreta triplici occultatione ¶ Prima eſt quantū ad circumſtanteſ. Secūda quantū ad cōfeſſoreſ. ¶ Tertia quantū ad cōfitenteſ ¶ Prima occultatio eſt quantū ad circumſtanteſ ut confeſſio fiat in ſecreto nō in publico nec corā aliſ ¶ Ratio aūt eſt ſc̄m Boñ. di. xvii. q̄rt ¶ Prima quia in confeſſione manifeſtant peccata ſacerdoti non ut manifeſtent ſed ut deleant & occultent qa caritatiſ confeſſio opit multitudinē pc̄tōq; ¶ Sc̄da ratio qa manifeſtant ſacerdoti ut deo ad teſtimoniū cōſcie interne ¶ Et ideo ut homo totam conſciam reuelet hōi tanq̄ deo non debet aliuſ admitti ſed ſacerdoſ qui teneat locum xp̄i ¶ Tertia ratio quia publicare peccatum coram aliſ eſſet oneroſū & ignominioſū Vñ ſi oporteret publice confiteri nemo auderet confiteri peccata ſua. ¶ Quarta ratio quia ſi cōfeſſio fieret coram aliſ infinita mala orirentur & rixe & diſcordie ac infamie. hec Boñ ¶ Sed iſta occultatio intelligenda eſt reſpectu pſone non reſpectu loci. Nā ego neſcio laudare illoſ qui audiunt confeſſioneſ mulierū in locīſ ſecretiſ in cellulīſ in cameriſ in angulīſ latebroſiſ in qbuſ etiā qñq; & ſepe qui boni & iuſti creduntur ad enormiſſima ſacrilegia & uituperabileſ diſſolutiōeſ labunt ¶ Sc̄do debet cōfeſſio eſſe occulta q̄ntū ad confeſſoreſ. Quia ut ait Gregor. & habet in q̄rto Sen. di. xxi. Pro nullo ſcādalo ē confeſſio reuelāda. Et Magiſter ibi dicit. Caueat ſacerdoſ ne peccata penitentiū aliuſ prodat alioqn deponat. Et de pe. di. vi. c. Sacerdoſ. dicit de cōfeſſiore reuelāte peccata. Quod deponat & oīmibuſ diebuſ uite ſue ignomioſuſ peregrinādo pgat. In. c. uero Oīmiſ. de. pe. & re. ſcribit. Qui peccatum in penitēciali iuditio ſibi detectū preſumpſerit reuelare non ſolum a ſacerdotali officio deponēdū decernimuſ ueꝝ etiam ad agendā pniam in artū monaſteriū detrudēdū. Ideo oīneſ theologi in q̄rto di. xxi. conueniunt. d. Quod nullo caſu licet ſacerdoti reuelare confeſſionem ſiue cōfitenſ peniteat ſiue nō ſiue cōfiteat peccatū ī ope ppetratū ſiue ppetrandū ſiue ſit peccatū in fide ſiue in moribuſ. Hec ratio ē qa ſi licitū eſſet reuelare cōfeſſionē. Primo cōfeſſio uiliſ redderet

UVA. BHSC. IyR_021

in populo ¶ Secundo populus a re sibi necessaria retraheretur. ¶ Tertio uia fraudibus aperiretur quia cum multum credatur homini in sua cõfessione multi mali se in confes. iustos ostenderent ut a sacerdote postea laudarẽtur ut sic possent promoueri & honorari ¶ Quarto reuelans mẽtiretur quia eadem persona secũdum naturam uere affirmare potest aliquid in persona alterius loquẽs quod uere negat loquens in persona propria ¶ Vnde Angelus loquens Moysi in persona dei uere dixit. Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra Egypti ¶ Exodi. xx. Quod uere negasset in persona propria loquens. Ergo a simili homo repñtans dei personam in foro confessionis uere aliquid potest affirmare qđ extra forum confessionis quando loquitur ut personam ppriã gerens uere negat ¶ Verum ergo dicit negando se audisse uel scire que ad notitiã eius non deuenerunt nisi in quantum repsentabat personam dei ¶ Ergo extra forum confes. dicendo se illa audiuisse uel scire mentitur. Sed contra hoc instanter multipliciter & arguitur primo quia Bernardus in lib. de precepto & dispensatione. c. iiii. ait. Iniquum procul dubio foret si statuta pro sola caritate contra caritatem tenerentur. Cum ergo celatio confessionis instituta sit pro sola caritate si aliquando esset utile anime cõfitentis ut eius cõfessio reuelaretur ergo iniquum esset si celaretur. Rñdet ad hoc Ric. ꝙ si aliquando esset utile confitenti ut sua confessio reuelare tamen nunq̃m potest esse utile communi utilitate cuius bonum principalius respicit caritas q̃ persone singularis bonum iuxta dictum. vii. q. i. c. Scias. Plurimoꝝ utilitas unius utilitati prefereuda est ¶ Secundo arguitur quia unusquisq; tenetur obedire Pape. Ergo si Papa preciperet alicui ꝙ reuelaret cõfe. ille deberet ei obedire. Respondet Ric. Quod sacerdos non tm̃ tenetẽ celare confes. p̃cepto ecclesie sed iure nature & diuino. Papa aũt & si sit supra omne ius positiuũ non tamen est supra ius nature uel diuinũ. Ideo in tali casu pape nõ est obediendũ ¶ Tertio arguit ꝙ esset possibile ut sacerdos hẽret aliquod peccatũ mortale de quo nõ posset cõfiteri qn reuelaret illi cui cõfiteretẽ cõfes. sibi factã. ergo in tali casu licet reuelare cõfessionẽ Respõdet Ric. ꝙ nõ & ꝙ tali casu durante sacerdos nõ debet illud peccatũ confiteri sed sufficit sibi de illo cõteri cũ uolũtate & pposito cõfitẽdi quãdo hoc facere poterit sine reuelatiõe illius psone que sibi cõfessa est sine quocũq;

UVA. BHSC. IyR_021

preiudicio sigilli confessionis fortiori enim uinculo obligatur confessor ad celandum q̄m penitens ad confitendum ¶Quarto arguit ponendo casū q̄ aliquis in cōfessione audiat hereticum nolentem desistere ab heresi & uolentē corrūpe alios tūc uidet q̄ magis sacerdos tenet seruare fidē Christo q̄m ipsi heretico ¶Ergo magis debeat cōfes. illius detegere q̄ p̄mittat eum gregem dñi corrumpe. Respondet Boñ. & Scotus ¶Quod propterea sacerdos nullo mō debet confes. illius reuelare. potest tamen sine reuelatione confes. suptiori dicere ¶Vigila super gregem quia lupus querit inuadere & tunc competenti & deo seruatur fides ¶Ex hoc Scotus ꝓbat uersiculū illum. Est heresis crimen qđ nec confessio celat ¶Quīto arguitur ponēdo casum uidelicet. Si duo euntes cū suo sacerdote ordinassent ipsum occidere in nemore per quod essent transitum facturi & parum ante nemoris introitum unus penitentia ductus sacerdoti hoc in confes. reuelaret tunc licitum uideret tali se subtrahere ab ingressu nemoris qa aliter corporali morti se exponeret & daret alii oportunitatem crimen cōmittendi ¶Sed subtrahendo se crimem sibi confessum suo socio reuelaret. ergo in tali casu licet reuelare confes. Respōdet Ric ¶Quod in tali casu sacerdos posset renuere intrare nemus cum illis. s. pretēdendo aliquam causam necessariam ¶Si tamen poneretur casus q̄ oporteret sacerdotem aut mortē subire aut reuelare confes. tenetur mortē subire ne cōfes. reuelet ¶Sexto arguitur ponendo alium casum scilicet q̄ aliquis p̄or de ordine monachorū confitetur abbati & q̄diu est in p̄oratu habet occasionem trahentem ad peccatum a quo nō uult desistere Si prelatus ergo habet curam anime sue debet illū inde amouere sed amouēdo innotescit ipsum peccasse. ergo uidetur q̄ confessio possit aliquo modo reuelari. Respondet Boñ ¶Quod abbas debet persuadere tunc priori uoluntariam cessionem & q̄ ipe petat absolui ab onere officii. Quod si nō uult facere debet eum sustinere nisi sit talis religio in qua subditi transmutari & transferri possunt sine nota infamie ¶Septimo arguitur q̄ multotiens posset esse q̄ penitens licenciaret p̄ sua utilitatate confessorem ut confessionem reuelet ergo in tali casu non esset peccatum ¶Respondet Ric. & Boñ ¶Quod sacerdos de lnía confitentis potest licite peccatum sibi confessum alii reuelare qui sibi necessarius est uel utilis ad perficiendum que requrūtur ad illud fo2ꝫ quia q̄diu hoc pendet adhuc

UVA. BHSC. IyR_021

gerit perſonam uicarii dei. Sed de Inía cõfitentiſ hoc reuelare alii
pſone nõ licet niſi ille qui cõfeſſuſ eſt hoc iterum diceret cõfeſſori
extra confeſſionem. Sed quantumcunq; penitenſ hanc Inſiam det
confeſſori confeſſor tamen ualde debet uitare ſcandalum. ſcilicet
ne fractio ſigilli reputetur & quia ſi dicat ſe licenciatũ a penitẽte
ꝙ de peccatiſ eiuſ poſſit loqui & penitenſ negat confeſſori incũbit
probare ꝙ predictam licenciam a penitẽte habuerit qđ ſi ꝓbare
non poſſet tanquam reuelator confeſſionis puniretur ¶ Quando
uero confeſſor aliquit nouit extra cõfeſſionem & poſtea illud au/
diuit in cõfeſſione poteſt illud reuelare alteri ita tamẽ qđ moduſ
ſciendi per confeſſionem ſemper maneat in occulto ¶ Quia tamen
poſſet ex hoc ſcãdalum generari maxime apud penitentẽ & apud
alioſ de bono & equo magiſ debet celare cõfeſſor quam unuſ aluſ
Et ideo propter uitandum ſcandalum penitentiſ debet ei ꝓteſtari
in confeſſione quomodo non debet illud celare non quia per illã
proteſtationem acquiratur iuſ reuelandi ſed quia proximo auferẽ
nota ſcandali ¶ Debet etiam confeſſor peccata illa reuelare ꝓpter
neceſſitatem non propter ſuam uoluntatem ¶ Et ſic patet quanta
eſt uis ſigilli confeſſionis Addit etiam Ric. ꝙ ſub ſigillo confeſſionis
cadit etiam perſona cum qua penitenſ confitet̃ ſe peccaſſe. Ratio
eſt quia cũ penitentia ſit ſacramentũ ſacerdoſ tenetur celare omne
illud quod neceſſarium eſt ad integritatem ſacramenti ¶ Sed peni/
tenſ non poſſet ſufficienter exprimere aliquando peccatum ſuum
niſi notificando perſonam cum qua peccauit ſcilicet cum cognouit
filiam ſuam & nũquã habuit niſi unam & ſimilia ¶ Inſuper tenetur
ſacerdoſ celare omne illud ſibi dictum in confeſſione quo cõfitenſ
poſſet prodi uel mala ſuſpitio de illo generari in cordibuſ aliorum.
¶ Sed quandoq; detegendo perſonam cum qua penitenſ peccauit
proderetur confitenſ quia ſi detegeretur filiam concubuiſſe cum
patre ſuo proderetur pater qui confeſſuſ eſt concubuiſſe cum ea.
Adhuc licitum non eſt facere aliquid quo d ſit occaſio retrahendi
hominem a re ſibi ad ſalutem neceſſaria ¶ Sed reuelatio perſone cũ
qua penitenſ confiteretur ſe peccaſſe eſſet occaſio retrahendi hoiſ
a re neceſſaria ſcilicet a confeſſione quia non tantũ quiſ retrahit̃
a re aliqua propter timorem leſionis proprie fame ſed etiã pſone
ſibi coniuncte uinculo amicitie. Quarta ratio ſubſequit̃ qa dicens

UVA. BHSC. IyR_021

extra forum confessionis se audisse crimen de persona sibi in con/
fessione accusata : quod nullo modo audiuit extra confessionem
mentiretur ut patet ex dictis. peccata ergo ipsius penitentis in
relatione ad ipsum cadunt sub sigillo confessionis de necessitate
& absolute & primo & directe & explicite & ex omnibus causis.
persona aũt cum qua confitens confitetur se peccasse cadit sub si/
gillo confessionis de necessitate & absolute non primo sed ex con/
sequenti & indirecte & implicite : nec ex omnibus causis sed ex
aliquibus ¶ Peccata enim ipsius penitentis : non referendo ea ad
personam determinatam ¶ Sicut cum aliquis dicit ¶ Ego audiui
tale quid quod tamen non audiuit nisi in confessione cadunt sub
sigillo confessionis de necessitate : non tamen absolute : sed sub
conditione. scilicet si ex prolatione talium uerborum per se uel
per accidens : directe uel indirecte aliqua uerecundia uel con/
fusio uel suspicio mala uel aliquod aliud nocumentum illi qui
confessus est posset prouenire ¶ Ea uero que penitens interserit
non confessione : que non sunt peccata : nec circumstantie pec/
cati : nec que deducunt in manifestationem confitentis : utpote
si interserat in confessione ¶ In tali terra sunt blada & huiusmodi
non cadunt sub sigillo confessionis : nisi de congruitate ¶ Si in
dicendo illa non dant intelligere confessori ꝙ talia uidit celare.
¶ Vnde confessor dicens se talia audiuisse mendax non est quia per
comparationem ad ea nó representauit personam dei sed hominis.
Similiter & si aliquis alius a confessore audiret aliquid ab aliquo
dum confitetur debet illud tenere secretum ex lege nature que
dicit ¶ Quod tibi non uis fieri non facias alii ¶ Tertio confessio
debet esse occulta quantum ad confitentem ut non reuelet ea que
sibi pro sua salute in confessione uel dicta uel imposita sunt ex
quorum reuelatione scandalum oriretur ¶ De penitentia autem
imposita dicit. Ricardus ¶ Quod aut penitens manifestando peni/
tentiam sibi iniunctam a confessore faceret preiudicium absq;
utilitate aut proprie fame aut confessori qui forte talem iniunxit
penitentiam pro qua si sciretur incurreret alicuius uel aliquorũ
maliuolentiam : utpote quia iniunxit muliери ut abstineret a fa/
miliaritate alicuius uiri periculosa. Aut penitens manifestando
suam penitentiam : nec fame proprie : nec confessori : nec alicui

UVA. BHSC. IyR_021

preiudicium generaret. ¶ In primo casu penitens tenetur penitẽtiã suam celare & in secundo similiter. ¶ Si enim illud quod confessor sibi iniungit seu consulit bona fide pro salute anime sue & secreto alii reuelaret in confessoris preiudicium crimen proditionis incurreret & sigilli secreti fractionem. ¶ In tertio casu non tenetur tacere nec dicere sed de hoc irreprehẽsibiliter potest facere quod illorum duorum sibi melius placuerit.

¶ Quod confessio est reiteranda quando quis male confessus fuisset propter suam negligẽtiam aut quãdo fraudulenter diuisit confe. uel quando confessus est cum delibratione peccandi.

¶ Cap. Tertium.

¶Quod ſupbia diuiditur in quatuor ſpecieſ. ſ. cum quiſ credit bonũ quod habet habere a ſe uel a deo propriſ meritiſ uel habere quod nõ habet uel propter bonũ quod habet cete / roſ ſpernit. ¶Capit. ii.

SEcundum myſterium declarandum de ſuperbia dicitur ſpecificatio in quo notande ſunt ſuperbie ſpecieſ. baſ autem Gregoriuſ in mor. iiii. eſſe dicit ¶Prima cum quiſ exiſtimat bonũ quod habet a ſeipſo habere ¶Secunda cum quiſ bonũ quod habet a deo aſſcribit meritiſ propriſ ¶Tertia cum quiſ iactat ſe habere bonũ quod nõ habet ¶Quarta cum quiſ ceteriſ deſpectiſ ſingulariter uult uideri ¶Prima ſpeciſ ſupbie eſt cum quiſ ex iordiato appetitu propre excellẽtie bonũ habitũ ut ingeniũ intellectum memoriam fortitudinem corporiſ pulcritudinẽ uel bonum tpale ut diuitiaſ gloriã honorẽ potentiã uel bonum ſpirituale ut grãm ſcientiam ſapiẽtiam predicationẽ propbetiã & huiuſmodi ſibi attribuit uel a ſe habere non aũt a deo Notandum tamẽ ſecundum Tho. ii. ii. q. clxii ¶Quod extiatio rationiſ exiſtimat uniuerſale bonũ qđ habet nõ habere a deo ſed a ſeipſo Et hoc pertiet ad ĩfidelitatem cum recta fideſ habeat quod deuſ eſt auctor omnium bonorum ¶Secundo corrũpitur extimatio rationiſ in particulari propter aliquã paſſionẽ. ſicut uerbi gratia ¶Si aliquiſ ſentiret in uniuerſali fornicationẽ nõ eſſe peccatũ eſſet infideliſ ¶Non autẽ infideliſ ſenſetur fornicator qui fornicationẽ eligit tamq̃ bouum propter concupiſcẽtie paſſionem. ita a ſimili ¶Si quiſ exiſtimaret

UVA. BHSC. IyR_021

uniuersaliter & absolute deū nō esse omniū creatorē esset hereſis uel infidelitatis peccatū ¶Sed quod aliquis propter inordinatum amorem proprie excellentie ita de bonis suis glorietur ac si ea a seipso haberet pertinet ad superbiam nō ad infidelitatē Cōtra tales sic superbientes dicit apos. i. cor. quarto. c. Quid habes quod non accepisti? Si autē accepisti quid gloriaris quasi non accepis Et Iac. i. Omne datum optimū & omne donū perfectum desursū est. Et ii. pal ¶Tua sunt omnia & que de manu tua accepimus dedimus tibi. Secunda species superbie est cum quis bonum quod habet ascribit sibi & proprijs meritis credendo aliquā excellentiā esse in natura nel grā uel fortuna idest temporalibus suis meritis & uirtute pro quibus uidetur superbo q deus sibi sit obligatus Contra quos est dictū apostoli. ii. ad titum. iii. c. Non ex opibus iustitie que fecimus nos sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit ¶Tertia species supbie est cū quis iactat se habere bonū quod nō habet ut aptū ingenium capacē memoriam industriam in agendis prudētiam in regimīe pulcritudinē in persona sciētiā in mente uel perfectionē in uita & similia de quibus qs gloriatur cum tamen illa non habeat uel non tantum sicut existimat se habere ¶Et hec existimatio satis periculosa est in his qui se sanctos reputant propter bonorum operum experiētiam & in sua scitate cōfundūt eo q de facili ruunt sicut patet in petro qui dicebat in seipso confidens. Luc. xxii. Et si oportuerit me mori tecum nō te negabo. Super quo uerbo Ambrosius ait Si Petrus lapsus est qui dixerat ¶Et si omnes scandalizati fuerint in te. sed non ego. quis alius de se iure presumat Deniq; & Dauid qui dixit. Ego dixi in abundantia mea non mouebor in eternū eam sibi iactā / tiam obfuisse cōfitetur. d. Auertisti faciē tuā a me & factus sum conturbatus. que uerba notantur. vi. q. i. c. Imitare Ad banc speciē superbie pertinet excusare suos defectus & alleuiare illos ¶Quarta species superbie est cum quis ceteris despectis singulariter uult uideri. In hāc ruit phariseus qui seipsū iustificabat & dāna / bat publicanū & ceteros peccatores Luc. xviii. c. Dicebat enim deus gratias tibi ago quia non sum sicut ceteri homines adulteri raptores iniusti nelut etiam hic publicanus Ieiuno bis in sabbato decimas do omnium que possideo. hac superbia periclitantur q̄si temporibus istis omnes qui se credunt bene uiuere quorū officiū ē cōplacere mūdo iudicare ꝓximos detrahere ceteris magnificare

UVA. BHSC. IyR_021

ſeipſoſ mẽdatia loqui odia retinere & iactãter ſe nomiare bonoſ reliquoſ appellare maloſ de quibuſ expreſſiuſ dicetur in ſequenti tercio myſterio.

¶ De ſuperbia prelatorum clericorum religioſoꝝ & laicorum qualiter unuſquiſq; in ſuo gradu ſupbuſ exiſtit. ¶ Capit. iii.

¶ Certium myſteriũ contẽplandũ de ſupbia dicitur diſtictio. Poſſumuſ enim ſecundũ uarioſ hominũ graduſ diſtinguere quadruplicem ſuperbiam ¶ Prima eſt prelatoꝝ ¶ Secũda religioſoꝝ ¶ Tertia clericorũ ¶ Quarta laicorũ ¶ Prima eſt ſuperbia prelatoꝝ qui in quatuor ſuperbiũt ¶ Primo in hoc ꝙ extimãteſ meritiſ ſuiſ dignitatem prelationiſ fuiſſe adeptoſ ſubditiſ ſuiſ melioreſ ſe eſſe arbitrãtur ¶ Vnde Grego. xxxiiii. mor. ait prelato in cogitatio/nibuſ ſupbia ſe ſgerit quia ſolo uite merito ſuper ceteroſ excreuit Sed quantũcunq; quiſ. ſit certuſ ꝙ de uolũtate dei ſit prepoſituſ aliiſ & uideatur bene adminiſtrare nũq̃ tamen põt eſſe ſecuruſ ſi debitum ſuum faciat nec aliiſ debet ſe preferre. Cottidie nãq; cõ/tingit multoſ ſubditoſ melioreſ eſſe põtiſ ſimpliciter . Nec ſãctiorẽ dicimuſ Sixtum Laurẽtio quia Sixtuſ papa Laurentiuſ ſubdi/tuſ eiuſ aut perfectiorẽ Valeriũ epm Vincẽtio eiuſ diacono Et q̃uiſ apoſ. dicat. Ro. xiii. Non eſt poteſtaſ niſi a deo. ſ. operante quo ad bonoſ tamen poteſt eſſe a deo ſinente & permittẽte quo ad maloſ. Vnde. viii. q. i. c. Audacter Hiero. ait Audacter dici/muſ ſed tamen quod ſcriptum eſt dicimuſ non ſemper princepſ populi & iudex eccleſie per dei arbitriũ datur ſed pro ut merita noſtra depoſcunt ¶ Secundo ſuperbiunt prelati ꝙ tamq̃ eſſent di uolũt in omnibuſ etiam indebitiſ reuerẽtiã & obediẽtiam ſibi ex/hiberi magiſq; dolent de inobediẽtia & irreuerẽtia ſibi facta q̃ de trãſgreſſione preceptorũ dei Taleſ multa ſeueritate utũtur ergo ſubditoſ illoſ pro leuibuſ cauſiſ excommunicando & aliiſ cẽſuriſ eccleſiaſticiſ cõpeſcẽdo pro quibuſ dicitur. xxxxv. diſ. i. c. ¶ Vera iuſtitia cõpaſſionẽ habet falſa uero dedignationẽ Ió hi q defalſa iuſtitia ſuperbire ſolent ceteroſ quoſq; deſpiciũt nulla ſirmãtibuſ miſericordia condeſcẽdũt ¶ Tertio ſuperbiũt prelati quia ſunt ſui capitiſ & dedignãtur audire ab aliiſ que ipſi neſciũt uel ſeq cõſilia aliorum ne minuſ eiſ ſapere uideantur Contra buoſ eſt illud quod ſcribitur. xxii. diſ. c. de Conſtantinopolitana ¶ Scultuſ eſt enim q adeo ſe primum exiſtimat ut bona que uiderit diſcere contemnat Et. xxxviii. di. c. Nulluſ epũſ dicatur ¶ Nulluſ epſ propter

UVA. BHSC. FyR_021

opprobriú senectutis uel nobilitatē generis a paruulis uel mimis eruditis si quid forte est utilitatis aut salutis inquirere negligat. ¶ Quarto superbiút prelati in eo quod non patiútur reprehendi ab aliis in his que minus bene facitút. Non sic egit Petrus princeps apostolorum qui reprehēsus a paulo de nimia condescētióe erga iudeos in obseruatióe legaliú eum audiuit ut dicitur ad gal. ii. c. ¶ Secúda est superbia religiosorú qui quadrupliciter peccāt. Prio quia despiciút seculares & peccatores credētes se inquinari ex eoꝝ consortio similes iudeis de quibus dicitur Iob. xviii. Quod nolebāt introire in pretorium ut non cōtamiarētur timentes coinquinari cohabitatione infidelium nec sibi conscientiā faciēt es de morte xpi procurata. Contra quos dicit deus deutro. xxiii. Non abbominaberis egyptiú qa & ipse aduena fuisti in terra eius. Egyptus interpretatur tenebre & significat seculares ¶ Ad quod etiam facit illud Hiero. xxxxv. dis. in. c. Recedite Recedite. s. inqũt qui presumút de sua bonitate ad peccatores pollutos Recedite a nobis nolite nos tangere nolite nobis cōmunicare. hec locutio nó illuminat cecum non sanat egrotum nó curat infirmú sed magis occidit & in desperationē inducit Debēt quoq; religiosi cōsiderare ꝙ aliquando in seculo sunt aliqui deo magis grati q̄ aliqui in religione Ex hoc legitur in uitis patrum de beato Pannutio qui cū oraret sibi reuelari cui assimularetur in merito audiuit a domino Quod similis erat cuidam symphoniaco qui querebat sibi uictum ex arte cantandi ¶ Quem cum quesiuisset Pannutius & inuenisset interrogauit quid boni egisset in mundo iste ¶ Respondit Quod semel cum esset latro & quedam mulier fuisset rapta quam socii eius uolebāt opprimere ipse defendit eam & liberauit de manibus eorum ¶ Et alia uice cū iueniisset quandam mulierem per heremú discurrentem & lamentantem eo ꝙ maritus eius & filii ex debito tenerentur captiui ipse errantem reduxit & redemptionē dedit & pecunias tribuit quibus maritum & filios redimeret. Cum autem Pānutius hortaretur illum ut desereret mundú acquieuit & factus religiosus in sancta uita pseuerauit ¶ Itez post hec rogauit Pannitius cui similis esset Et dictum fuit sibi ꝙ similis erat ꝑmario cuiusdam uici q̄ erat in proximo Et cum ueniisset Pānutius ad eū & diligenter inquisiuisset de uita eius dixit se esse cōiugatū & uxorem non cognoscere nisi causa prolis non raptorem nó ledentem alios sedantem lites & hospitalitatē seruātem. Qui demum uxore

UVA. BHSC. IyR_021

mortua hortatu Pannutii intrauit heremū & ſancte uitā finiuit
¶Item tertio rogauit Pannutiuſ cui aſſimularetur. Et reſponſum
fuit ſibi q̄ cuidā mercatori qui iuſte lucranſ ſubueniebat pauperi/
buſ ¶Que omnia ſibi reuelata fuere ne eleuaretur in ſuperbiam
Quāuiſ autem religioſuſ non debeat deſpicere ſeculārē uitam uel
abhorrere conſortium cum expedit non tamen debet extra ne/
ceſſitatē ſecularibuſ nimiſ familiariſ exiſtere uel pluſ debito cō/
uerſari cum eiſ ¶Secundo ſuperbiūt religioſi ex ſua religione de
pluribuſ ſe iactanteſ p̄ferenteſ ſtatum ſuum omnibuſ aliſ q̄nto
& alioſ deſpicieteſ & multa mendacia fingenteſ ad ſe exaltandum
& alioſ deprimendum ¶Monachi quidem gloriantur ſe patrem
habere Benedictum patrem omnium religioſorum in occidente &
Baſilium in oriēte multoſq; ſanctoſ ac ſummoſ pontificeſ ex mo/
nachiſ extitiſſe ut Gregorium Nazāzenum Eugeniū ¶Vrbanū
Petrum Celeſtinum & alioſ multoſ optimāq; partem elegiſſe .ſ.
uitam cōtemplatiuam ¶Predicatoreſ & minoreſ multa dicūt ſuoſ
ordineſ extollendo. Auguſtinum ſūme uenerantur heremitani ut
gēmam doctorū induenteſ eum habitu ſuo & canonici regulareſ
habitu ſuo ¶Seruite uirginiſ ſe precipuoſ ſeruitoreſ appellant.
Carmelite a monte carmello ſub helia prophēta initium habuiſſe
ſuſpicantur partem regule Baſilii ſuſcipienteſ. Et ita unuſquiſq;
ſuperbe & paſſionate ſuum ordinē aliſ preferre conatur ¶Sed ad/
uertant omneſ illud quod dixit Petruſ Actuū.x.c. In ueritate
comperi q̄ non eſt acceptor perſonarum deuſ. ſed in omni gente
qui timet deum acceptuſ eſt illi. Notent inſuper illud. Hiero.xl.
diſ.c. Non eſt.non ſunt filii ſanctorū qui tenent loca ſanctorum
ſed qui exercent opera eorum. Et illud Grego. eadem diſ.c. Nō
loca ¶Non loca uel ordineſ creatori noſtro noſ proximoſ faciūt
ſed noſ ei aut merita bona coniungūt aut mala diſingūt ¶Tertio
ſuperbiunt religioſi in eo q̄ ſe ſapienteſ exiſtimāteſ ſequi uolunt
in penitentiiſ ſenſum proprium & propriā uoluntatē ¶Quarto ſu/
perbiūt religioſi qui gloriātur de diuitiiſ quaſ habuerūt in ſeculo
uel de nobilitate generiſ & huiuſmōi ¶Tertia eſt ſuperbia clericoꝝ
qui quadrupliciter ſupbiendo peccant ¶Primo in ſupfluo ornatu
ueſtiū qui audire debēt illud quod ſcribitur. xxxxi. di.c. Cleri/
cuſ. Clericuſ profeſſionem ſuam habitu & inceſſu probet.ideo nec
ueſtibuſ nec calciamentiſ decorem querat. Quod confirmat̄. xxi.
q.iii.c. Omniſ iactātia.c. Nulluſ eorū.c. Epi Et.c. p̄cipimuſ.

UVA. BHSC. IyR_021

Et xp̃us dixit ¶Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt ¶Secundo peccant clerici superbiẽdo in amplitudine ecclesiarũ suarum in picturis sculpturis marmoribus ornamentis calicibus uasis aureis & argenteis que licet ad dei honorem fiant & diuino cultui applicentur tamen quo ad superfluitates que ibi sunt & ad pauperũ necessitates reprehensibilia sunt Pro quibus. xii. q. ii. c. Aurum Ambro. ait. Aurum habet ecclesia non ut seruet sed ut eroget & subueniat i necessitatibus ¶Quid est opus custodire qđ nihil adiuuat etc ibi. Ad quod facit ibidem. c. Gloria &. c. Multi edificant ¶Tertio peccant superbiendo clrrici de audiẽtia cõfessi/onum cum habent magnum concursum existimates se meliores & sanctiores q̃ sint ¶Quarto superbiũt clerici cũ uidẽt aut in missis aut in predicationibus ecclesias suas impleri. Et multis aliis modis inflãtur uento superbi quos obmittimus pro honestate ¶Quarta est superbia laicorum qui quadrupliciter superbiunt ¶Primo de diuitiis. iõ. i. tbi. v. apostulus dixit. Precipe diuitibus huius seculi non superbe sapere. Et Augus ¶Vermis diuitiarum superbia est ¶Sed aduertant illud diuites omnes qꝫ dicitur in psal. Dormierunt somnum suum & nihil inuenerũt omnes uiri diuiciarũ in manibus suis. Secundo supbiũt laici de nobilitate generis ¶Vnde Salustius Commune malum nobilitatis est superbia Sed tales considerare debent quia mors sceptra ligonibus equat & moritur doctus piter & indoctus ¶Tertio superbiũt laici de operibus ex genere bonis de elemosinis de ieiuniis & similibus cum quibus cõmiscent multa peccata mortalia & propter illa bona opera reputãt se iustos nõ considerantes illud ecclesiastici. ix ¶Qui in uno peccauerit multa bona perdet ¶Quarto superbiunt laici erubescendo cessare a quibusdam peccatis ei consueris. Contra quos diximus in sermone de dilatione penitẽtie ¶Sunt & alia multa in quibus omnes predicti per superbiam offendũt deum. Nos autem hec pauca diximus qa alimenta que minus sufficiunt auidius sumuntur ut Grego. dicit. ¶Ergo patet ex dictis qꝫ qui se exaltat per superbiam humiliabit̃ a deo & qui se humiliat exaltabitur hic per graciam & i futuro per gloriam. Amen.

¶Feria quarta secunde ebdomade de periculoso uitio ambitionis de quo xp̃us in euangelio discipulos suos redarguit

¶Sermo. xxxiiii.

UVA. BHSC. IyR_021

Si qs uoluerit maior fieri iter uos sit uester minister Mat. xx .c. & i euāgelio hodierno Reprehensibile ualde ē atq; fugiēdū ābitiōis uitiū q̄ xp̄us redēptor noster i lectiōe euāgelica terribiliter & sapientissime confutauit Querebant namq; Iaco. & Ioh. filii Zebedei matre mediante & intercedente habere primatum super ceteros in regno xp̄i ut unus sederet ad dexteram alius ad sinistram ¶Sapiebant adhuc aliquid terrenum atq; carnale. credebantq; post resurrectionem xp̄m temporaliter regnaturum. Alii etiam discipuli xp̄i adhuc debiles & nondū in spiritu solidati talia dici audentes indignabātur propterea ipse dn̄s humilitatis magister & illis duobus quia qd peterēt nescirēt respōdit & alios ut ābitionē euitarēt admonuit Quoniam autē propter illam periclitantur multi in hoc sermone aliq̄ ad ambitionis detestationē explicabimus de qua tria mysteria erūt declinranda. Primū dicit offensio ¶Secundum distinctio ¶Tertium abhomīatio.

¶Quod ambitio est peccatū tum quia procedit a superbia tū quia contrariatur caritati tū quia opponit magnanimitati & quot modis bonor appetitur ¶Capit. i.

Primum mysteriū declarandū de ambitione dicitur offēsio. Offendunt ambitiosi grauiter deū. quod probat ab. Alex. in. ii. sum. & ¶Tho. ii. ii. q. cxiii. triplici ratione ¶Primo ratione originationis ¶Secundo ratione contrariationis ¶Tertio ratione oppositiōis ¶Primo ratiōe originatiōis ¶Sicut fructus est infectus qui ex infecta radice generatur ita & actus humanus qui p̄cedit ex peccato oportet q̄ sit peccatū ¶Sed ambitio qui est iordinatus appetitus honoris procedit ex peccato ergo ipsa erit peccatum. Inqt. n. Augus. in li. de uera religiōe ¶Quod ambitio p̄cedit ex superbia & cupiditate ¶Sed superbia & cupiditas sūt peccata. put autem per potētiā uel dignitatē intēdit quis acquirere apparētē & excellentem honorificētiā Sic oritur ambitio ex supbia ¶Sed prout quis intendit acquirere per huiusmodi sufficiētiā seu rerū abundātiam sic orit ambitio ex cupiditate ¶Secundo p̄batur q̄ ambitiosi offendunt & peccant ratione cōtrariatiōis quia omne illud quod repugnat & est contrariū caritati est peccatū ¶Sed ambitio repugnat caritati ideo est peccatum. Dicit nāq; apos. i. cor. xiii. Caritas nō est ambitiosa. i. secūdū glo. ibi. Non uult alii p̄poni. Caritas. n. diligit proximū sicut seipsū. Et ideo nō uult eū subiicere sibi sed sociū eē appetit seruire proxio & nō sibi seruiri

UVA. BHSC. IyR_021

ſicut filiuſ hominiſ nó uenit miniſtrari ſed miniſtrare ut dicitur in
preſẽti euágelio. Tertio oſtẽditur ꝙ ambitioſi offendũt & peccãt
ratióe oppoſitióiſ. Omne enĩ quod opponitur uirtuti morali que
eſt ſecundũ regulã rationiſ peccatum eſt. Sed ambitio opponitur
magnanimitati que eſt uirtuſ moraliſ ſcd̃m philoſophũ .iiii. ethi.
Ergo ẽ peccatũ Magnanimitati ſiqdẽ aduerſatur ambitio ſicut
inordinatũ ordinato. Notandũ tamen ſecundũ Tho. Quod ho/
nor importat quandã reuerentiã exhibitã alicui in teſtimonium
excellẽtie uel uirtutiſ eiuſ. Circa excellẽtiam autem hominiſ duo
ſunt attendẽda. Primo quidem quod id in quo homo excellit non
habet a ſeipſo ſed eſt quaſi quoddam in eo diuinũ & ideo ex hoc
non debetur ſibi principaliter honor ſed ipſi deo. Secundo autem
attẽdendũ eſt. Quod id in quo excellit datur homi a deo ut ex
eo aliiſ proſit. Vnde in tantum debet hoi placere teſtimoniũ ſue
excellẽtie ꝙ ab aliiſ exhibetur in quantũ ex hoc paratꝰ ſibi uia
ad hoc ut aliiſ proſit. Tripliciter ergo cõtingit appetitũ honoriſ
eſſe inordinatum. Vno mó quia appetit homo teſtimoniũ de ex/
cellẽtia quã nó habet qd̃ ẽ appetere honorẽ ſupra ſuã propor/
tionẽ ut ſi maluſ deſideret honorẽ ac ſi eẽt bonuſ & nil curãſ de
uirtute deſideret regimen & preſidẽtiã que non debetur niſi uir/
tuoſiſ. Ex hoc refert Auguſ. li. iii. de ci. dei. Antiquoſ romanoſ
dediti eſſent idolatrie duo cõſtruxiſſe templa inter cetera. Vnũ
dee uirtutiſ aliud dee honoriſ & contigua tamen ordinata ꝙ ad
templum dee honoriſ non poterat eſſe acceſſuſ niſi per templũ dee
uirtutiſ. Qui q̃uiſ errarẽt ut infideleſ in facto & opinione tñ quo
ad ordinẽ conſtructioniſ templorum non errabant uolebant enĩ
cũctiſ oſtẽdere ꝙ ad honorẽ qui multũ appetitur recte peruenirí
non pót niſi per opera uirtutiſ. Secũdo inordíate appetitur ho/
nor inq̃tũ non refertur in deum iuxta illud apoſ. Soli deo honor
& gloria. Sed cupit aliquiſ illũ honorem ut quoddã bonũ. Sed
poſſet aliquiſ obuicere ſic. Quilibet pót abſq; uitio appetere illud
quod ſibi debetur pro premio. Sed honor eſt premiũ uirtutiſ ut
dicit Ar. i. ethicorũ. Ergo qlibet uirtuoſuſ ſine uitio pót honorẽ
appetere hic eſt ꝙ Iuuenaiſ li. iii. Satyra. i. ait Quiſ. n. uirtutẽ
amplectitur ipſã? Premia ſi tollaſ. Et Caſſiodoruſ li. ii. epiſtola.
Nutriũt premiorum exempla uirtuteſ nec quiſq̃ eſt qui non ad
morum ſũma nitatur aſcendere quando irremuneratũ nó relinq̃t
quod conſciẽtia teſte laudatur. Et Tulliuſ in queſtionibuſ tuſcu.

UVA. BHSC. IyR_021

Honor alit artes. Respondet Tho. Quod honor nō est premiū uirtutis quo ad ipsum uirtuosum ut. s. hoc pro premio expetere debeat. Sed pro premio expetit beatitudinē que est finis uirtutis Dicitur tamen honor esse premiū uirtutis ex parte aliorum qui non habent aliquid maius quod uirtuoso retribuāt q̄ honorē qui ex hoc ipso magnitudinē habet q̄ p̄ hibet testimoniū uirtuti. Vñ patet q̄ non est sufficiens premiū ut dicitur. iiii. ethicorū ¶ Tertio modo appetit̄ honor inordinate in q̄tū appetitus in ipso honore quiescit non referens honorē ad utilitatē aliorū ¶ Appetere ergo honorē secundū tres modos predictos est appetere illū inordiate & cum peccato. Magnanimitas uero tendit ad honores ordinate cū. s. quis uirtuosus actus prosequitur intendens ex illis honorare deum & adiuuare proximos. licet ex consequenti sibi proueniat honor de quo gaudet & cōtentatur.

¶ Quod in tribus solent homines esse ambitiosi. s. in appetitu inordinato dignitatis ecclesiastice aut gradus magisterii uel temporalis dominii uel potestatis. ¶ Capit. ii.

SEcundū mysterium contēplandū de ambitione dicitur distinctio in qua distinguemus triplicem inordinatū appetitū honoris ambitiosum ¶ Primus dicitur ecclesie dignitatis ¶ Secundus magisterialis sublimatis ¶ Tertius tēporalis potestatis ¶ Primus appetitus inordinatus honoris dicit̄ ecclesiastice dignitatis ¶ Sūt qdē multi inhabiles indocti illrāti insufficiētes indigni qui sicūt dignitates ecclesiasticas illas querūt p̄ fas & nefas illas p̄curāt p̄cibus & muneribus ad illas habēdas & acq̄rendas adhibent omne studiū omnēq; sollicitudinē & quod dolendū ē ut in pluribus ipsis conferunt̄. pro quibus dicitur. in. c. Nihil extra de electione. Nihil est quod ecclesie dei magis officiat q̄ q̄ indigni assumūtur prelati ad regimē animarū ¶ Et pro clariore p̄ticule huius noticia q̄tuor dubia occurrūt disputanda ¶ Primū est utrū sit licitum appetere episcopatū. Secund ūdubium utrum infra dignitatē episcopalē sit peccatū appetere alias dignitates ut abbatū prioratū decanatum preposituram uel archidiaconatū & similia ¶ Tertiū dubium utrū prelatus peccet in conferendo beneficiū bono p̄termisso meliore Siue peccent eligentes minus bonū pretermisso meliori ¶ Quartū dubiū utrum prelatus ecclesie possit cōmittere consanguineo suo curam ecclesie postposito meliore. Ad primum dubiū arguitur pro una parte ¶ Quod non sit peccatū imo sit licitū appetere epatum

UVA. BHSC. IyR_021

Dicit.n. apoſ.i.thi.iii. Qui epiſcopatū deſiderat bonū opuſ deſi/
derat. Sed licitū ē & laudabile deſiderare bonū opuſ ergo eſt lau/
dabile appetere epatum ¶ Secundo arguitur quia ſtatuſ eporum
eſt perfectior q̄ ſtatuſ religioſorum ¶ Sed licet appetere propter
ſuam perfectionem ſtatū religionis ergo ſtatum epalem ¶ Tertio
arguitur per illud quod ſcribitur prouer.xv ¶ Qui abſcō dit fru/
menta maledicet in populis benedictio autē ſuper caput uēdētis
Sed ille qui eſt idoneuſ propter uitam & ſciētiam ad epatū uidet
frumenta ſpiritualia abſcondere ſi ſe ab epatu ſubtrahat per hoc
autem q̄ epatum accipit ponitur in ſtatu frumēta ſpiritualia diſ/
penſandi ergo uidetur q̄ laudabile ſit epatum appetere ipſumq;
uituperabile refugere ¶ Quarto arguitur quia facta ſanctorum
que in ſcriptura narrātur proponūtur nobis in exemplū ſecundū
illud Ro.xv. Quecūq; ſcripta ſunt ad noſtram doctrinā ſcripta
ſunt Sed legitur Iſa.vi. Quod Iſa.ſe obtulit ad officiū p̄dicati/
onis quod precipue cōpetit epis ergo uidetur q̄ appetere epatum
ſit laudabile ¶ Sed in contrariū eſt Auguſ.xix.de ci.dei qui dicit
illud quod ſcribitur.viii.q.i.c ¶ Qui epatum. Locuſ ſuptor ſine
quo regi populuſ non p̄ōt & ſi ita retineatur atq; adminiſtretur
ut decet tamen non decenter appetitur Reſpōdet Tho.ii.ii.q.
clxxxv. Quod in epatu tria poſſūt cōſiderari ¶ Vnū eſt p̄ncipale
& finale.ſ. epalis opatio per quam utilitati p̄ximorū intenditur
ſcd̄m illud Ioh.ultimo. Paſce oues meas ¶ Secundum eſt altitudo
graduſ quia epuſ ſuper alios conſtituit̄ ſecundū illud Mathe.xxv
Fideliſ ſeruuſ & pru.q.cō.d.ſ.f.ſuā ¶ Tertiū eſt q̄ conſequenter
ſe habet ad iſta ut reuerētia & honor & ſufficientia temporalium
ſcd̄m illud.i.thi. v ¶ Qui bene preſunt p̄ſbyteri duplici honore
digni habeant̄ Appetere ergo epatum ratiōe huiuſmōi circum/
ſtantium bonorum manifeſtum eſt quod non licet eo q̄ finis eſſet
cupiditas & ambitio ¶ Et dñs reprehendit ambitioſos phariſeos.d.
Mathe.xxiii. Amāt primos accubitus in cenis & primas cathedras
in ſynagogis & ſalutationes in foro ¶ Quantum aūt ad ſcd̄m.ſ.ad
celſitudinē graduſ appetere epatū eſt ambitioſum & p̄ſūptuoſum
¶ Vnde dñs Mathe.xx. Arguit diſcipulos primatum querentes.d.
principes gentiū dñantur eorū ¶ Vbi Criſoſ. dicit per hoc oſtēdit
q̄ gentile eſt primatū ſapere & ſic gentiū cōpatiōe animarū eo⁊
eſtuationē cōuertit. Sed appetere proximis p̄deſſe eſt ſecundum
ſe laudabile & uirtuoſum ¶ Verum quia prout epalis actuſ habet

UVA. BHSC. IyR_021

annexam celsitudinem gradus presúptuosum. videtur ꝙ aliquis preesse appetat ad hoc ꝙ subditis prosit nisi manifesta necessitate immituente sicut Grego. dicit in pastorali Quod tũc erat laudabile epatũ appetere qñ dubiũ non erat per hunc quemq; ad maiora supplicia peruenire ¶ Vnde nó de facili inueniebat qui hoc onus assumeret preferri cũ ad hoc aliquis zelo caritatis diuinitus fuisset incitatus Pót tamẽ quilibet absq; uitio psúptionis appetere talia opera facere si contingeret in tali officio esse uel appetere se esse dignũ ad talia opera exercẽda ita ꝙ bonum opus cadat sub desi/derio non autẽ primatus dignitatis. Vnde Crisos. super Math. ait opus quidẽ desiderare bonũ est primatũ autẽ honoris cõcupiscere uanitas est. Primatus enim fugiẽtem se desiderat desiderãtẽ se hor/ret. Ad primũ ergo dicendũ. Quod sicut Greg. dicit in pastorali. ¶ Illo tempore apos. dixit illa uerba quo ille qui plebibus preerat primus ad martiriu tormẽta ducebatur ¶ Augus. uero. xix. de ci. dei dicit ¶ Quod apos. exponere uoluit qd sit epatus qa nomẽ operis est non honoris. Ad scdm dicendum Quod nó est eadẽ ró de statu religionis & statu epali propter duo ¶ Primo quidẽ quia ad statũ epalem preexigitur uite gfectio & per hoc dñs a petro exquisiuit. si plus ceteris eũ diligeret anteq̃ ei cõmitteret pastorale officiũ. Sed ad statũ religionis non pexigitur perfectio sed est uia ad perfectionẽ Vnde & dñs Math. xix. non dixit Si es per/fectus sed si uis esse perfectus uade & uende omia que habes. Et huiusmói ró drã ẽ qa secúdũ Dionisiũ perfectio pertinet actiue ad epm sicut ad perfectiorem ad monachum aút passiue sicut ad perfectum Requiritur aút ꝙ sit perfectus aliquis ad hoc ꝙ possit alios ad perfectionẽ adducere ꝙ non preexigitur in eo qui debet ad perfectionẽ adduci ¶ Est autem presúptuosum ꝙ aliquis se per/fectum reputet nó aút ꝙ aliquis ad perfectionẽ tendat ¶ Scdo non est eadem ró quia ille qui statũ religionis assumit se alius sub/icit ad spiritualia capiẽda & hoc cuilibet licet ¶ Ille uero q trãsit ad statum epalem sublimatur ad hoc ꝙ alius prouideat Et hanc sublimationẽ debet sibi nullus assumere scdm illud hebr. v. Neó sibi assumat honorem sed qui uocatur a deo tamq̃ Aaron Et ut Grego. dicit. viii. q. i. c ¶ In scripturis Sicut locus regimis desi/derãtibus negãdus est ita fugientibus offerẽdus. Ad tertiũ argu/mentum dicendũ. Quod dispẽsatio spiritualiũ frumentorũ nó est faciẽda secundũ arbitriũ propriũ sed principaliter quidem scdm

UVA. BHSC. IyR_021

arbitriũ & dispositionẽ dei ¶Secundario aũt secundũ argumẽtum superiorũ prelatorum ¶Ex quo non intelligitur ille abscondere frumenta spiritualia cui non cõpetit ex officio nec ei a superiori iniungitur si ab aliorum correctione aut gubernatione desistat sed solum tunc intelligitur abscondere si dispẽsationẽ negligit cũ ei ex officio incũbat uel iniũctum officiũ pertinaciter recusat qa ut dicitur extra de renũtiatiõe in.c. Nisi cũ pridem ¶Tunc in te uerã humilitatem custodies cũ per eã locũ sublimẽ effugies & per obedientiã non dimittes. Et. viii. q. i. c. In scripturis. Si is q ualet oĩpotentis dei rẽnuerit pascere oues ostendit se sũmum nõ amare pastorem ¶Ad quartũ uero argumẽtũ Respondet Gregorius in pastorali q Isa. qui mitti uoluit ad predicandũ uidit se ãtea purgatum per altaris calculum. Quia ergo ualde difficile est quẽlibet purgatum se cognoscere ideo nullus predicare debet nisi mittatur periculosũ ergo est & nõ sine ambitiõe etiã uiris idoneis querere & petere epatum ¶Sed quid de illis in quibus nulla conditio que in epo est requirẽda penitus inuenitur qui ĩstant satagunt ãbitũ ut promoneantur ad dignitatẽ epalem. O temeraria presumptio O inflata elatio ¶O diabolica superbia. Audiãt tales id quod scribitur extra de electione. c ¶Cum in cũctis. Cum in cũctis sacris ordinibus & ecclesiasticis ministeriis sicut etatis maturitas morum grauitas & litterarum scientia inquirẽda multo fortius hec in epo oportet ingri qui ad curã ponitur aliorũ in seipso debet ostẽdere qualiter alios oporteat ĩ domo domini cõuersari. Glo. uero super uerbo lrãrum dicit propter defectum sanctitatis repellitur aliquis ab epatu etiã iam promotus ut patet extra de etate & qualitate ordinandorũ. c. ultimo. Et extra de electione. c. congregato. Et. i. q. i. c ¶Vilissimus dicitur ¶Vilissimus est amputãdus nisi precellat scientia & sãctitate qui est honore prestantior ¶Ad idem est .c. Non oportet. i. q. vii ¶Secundũ dubiũ erat utrũ ultra epalem dignitatẽ sit peccatum appetere aliquas dignitates seu officia uel beneficia ut abbatiam prioratum etc ¶Et uidetur q non ¶Quia q non est prohibitũ per aliquod ius uidetur esse cõcessũ. xiii. q. ii. c. hebrõ. ſ. sequenti. Si ista nullo iure prohibentur. ergo ut licita concedũtur. Contra huius uidetur esse rei ueritas ¶Et ratio est quia ubi eadem ratio. l. & idem ius ¶Nam de similibus idem est iudiciũ. ar. dis. v. c. Ad eius ¶Sed ratio quare illicitus ẽ appetitus epatus est propter curam quã habet annexam quia presũptuosũ

UVA. BHSC. IyR_021

nimiſ eſt ut quiſ ſe reputet idoneū ad regendaſ aſaſ aliorū ¶Sed eadem rō eſt in quolibet p̄dictoꝝ quia. ſ. in oīmbuſ. ē cura ānexa nec differūt ab epiſcopatu niſi ſc̄m magiſ & minuſ qa ut patet ep̄uſ habet curā uniuerſalē totiuſ dioceſiſ ſue ſed ī predictiſ offi/ ciiſ conſtituti habent curā particularē ut patet uniuſ parrochie uel uniuſ collegii ¶Talium aūt appetituſ nō diuerſificat ſpeciem quiditatē peccati ſicut appetere furari unum florenū eſt eiuſdem ſpeciei cū appetitu furādi mille licet hoc ſit grauiuſ Sic in ꝓpoſito de appetitu ep̄atuſ & aliorum bñficiorū curatoꝝ. Preterea ſc̄m Tho. Rai. boſc. & Gofre. Qui petit pro ſe aliquod predictorum ſi aliaſ ſit dignuſ efficitur idignuſ rōne p̄ſūptionis & cōmittit ſy/ moniā. Ergo peccat mortaliter. Et pro hac cōcluſiōe facit̄ dicta ſanctoꝝ ¶Vnde Criſo. xxxx. diſ. c. Multi ait. Quicūq; deſidera/ uerit primatū in terra ĩueniet cōfuſionē in celo nec inter ſeruoſ xp̄i cōputabit̄ q de p̄matu tractauerit. Nulluſ aūt inuenit cōfu/ ſionē in celo aut ſepar̄ a cōſortio ſeruorū xp̄i niſi ꝓpter mortale ergo etc. Et. i. q. i. c. Principatuſ Leo papa ait ¶Principatuſ id ē prelatio quē aut ſeditio extorſit aut ambituſ occupauit etiam ſi moribuſ non offendat aut actibiſ ipſiuſ tamen imici ſui eſt p̄niſio/ ſuſ exemplo & difficile eſt ut bono peragātur exitu que mala ſūt inchoata principio ¶Sed non dicitur aliquid perniſioſū niſi mor/ tale. Sciendum autē q̄ id quod dictum eſt. ſ. q̄ non licet petere beneficiū curatū nec peti p̄t abſq; uitio ſymonie. Aliq illud non tenent ut Bern. & v uer. hanc opinionē ſequi uident̄ curialeſ ſed tamen non eſt tuta. forte poſſet dici. q̄ qui intēderet deo ſeruire in clero non propter honoreſ maioreſ conſequendoſ & diuitiaſ in ſeculo ſed quia ſtatuſ ille melior eſt quā ſecularis & diuiſ appli/ catuſ & magiſ ſibi gratuſ & in eo poſituſ appetit ſibi prouideri de beneficio & petit illud a ſuperioribuſ ut poſſit ſecundū cōditionē ſuam ſuſtētari non ad pompam ſed ad decētiā nō habēſ ītētionē ad curā nec ad honoreſ & graduſ & ad pinguiuſ beneficiū ſed ad ſui gubernationē ita cōtētuſ de ſimplici beneficio ſicut de curato dūmodo ſibi ſufficienſ eſſet non peccaret. Appetit. n. & querit q̄d eſt de iure diuino debitum ¶Videlicet q̄ qui altari ſeruit de altari debet uiuere ut dicit apoſ. quod eſt licitū cuilibet ¶Et q̄uiſ cura annexa ſit ei quod ſibi conferē oculuſ eiuſ nō eſt adhoc p̄ncipa/ liter ſed ad ſuſtentationē ſibi debitā ex ſeruitio eccleſie. Illud aūt ſ. quod ſit curatū eſt acceſſoriū & per accidēſ & acceſſoriū naturā

UVA. BHSC. IyR_021

sequi congruit pricipale de re.iu.li. vi¶Sed principale intentū
ſ. ſuſtentatio ſui iure eſt licitū ¶Ergo & quod inde ſequitur non
aliquid illicitū adiungēdo¶Tertiū dubiū erat utrū prelatuſ pec/
cet conferēdo beneficiū bono ptermiſſo meliori uel utrū peccent
ſic eligēteſ. Et uidetur q ſic¶Quia. viii.q.i.c.licet Hiero. ait.
Sciant omneſ & certi ſint quia qui preſtātior eſt ex omi populo
qui doctior qui ſanctior qui omni uirtute eminentior ille eligat
ad ſacerdotiū¶Sed beatuſ Tho. in quadā.q. de quolibet dicit q
aliquiſ pōt dici melior dupliciter. Vno mō ſimpliciter Alio mō
ſcd'm quid. Simpliciter autē dicit melior qui eſt ſanctior & pluſ
habenſ de caritate¶Secundū quid dicit melior q eſt melior ſcd'm
aliquē reſpectū Contingit aūt aliquē eſſe meliorē ſimpliciter id ē
maioriſ ſāctitatiſ qui non eſt melior q̄tū adhoc q preficiatur in
eccleſia¶Sed aliuſ minoriſ ſanctitatiſ eſſet melior in regimīe quia
forte magiſ eccleſiā iuuare poterit uel per lumen ſnpiētie uel per
auxiliū potētie uel qnia diu in eccleſia deſeruiuit¶Non ergo te/
netur dare prelatuſ officiū uel beneficium meliori ſimpliciter ſed
meliori quo adhoc¶Ideo ſi p̄ferat unū alteri propter aliquā cām
que ptineat ad honorē dei & utilitatē eccleſie tam quantū ad hoc
iſte eſt melior & prelatuſ recte facit promouēſ illū. ſicut etiam &
eligenteſ hec ille¶Notandū etiā q q̄uiſ minuſ bonuſ ſimpliciter
poſſit preferri magiſ bono in regimīe eccleſie quia utilior nō tñ
ſi ſcitur eſſe maluſ quāuiſ poſſet iuuare eccleſiā per ſcientiā & po/
tentiam quia in huiuſmodi pmaxime requiritur bonitaſ uite aliaſ
ſine peccato cura exerceri non pōt¶Hoc.n.non eſſet preferre
minuſ bonum ſed ſimpliciter malum & per conſeqnēſ qui nō ē ido/
neuſ¶Vnde Albertuſ magnuſ dicit expreſſe¶Quod promouētes
ad ordineſ uel curā paſtoralē uel aliquod beneficiū eccleſiaſticum
ſcienter indignum abſq; dubio peccant mortaliter Nec nobilitaſ
excuſare poteſt q promeatur maluſ quia quanto nobilior tanto
nociuior. Et ſi dicatur q aliuſ nō ſit ita utiliſ oīno iſta ratio nihil
ualet quia utilitaſ ſpiritualiſ temporali eſt preponēda nec excuſat
paucitaſ miniſtrorum eccleſie. hec Albertuſ. Dicitur uero aliquiſ
eo ipſo bonuſ quo non eſt maluſ extra de preſūptiōibuſ. c. Dudū
¶Quartum dubium erat¶Vtrum prelatuſ eccleſie poſſit cōmittere
cōſāguineo ſuo curam eccleſie poſt poſito meliore¶Videtur q nō
quia Hiero. dicit loquēſ de Moyſe q ſuſtituit ſibi ſucceſſorem in
regīe Ieſum naue. viii.q.i.c. Si ergo. Nulla conſanguinitatiſ rō

UVA. BHSC. IyR_021

nulla ꝑpinqtatiſ habita contẽplatio eſt ꝑpinqſ agrorũ & p̃di / orum relinquatur hereditaſ gubernatio populi illi tradatur quẽ deuſ elegerit homini. ſ. tali qui habet in ſemetipſo ſpiritum dei & precepta dei in conſpectu eiuſ ſunt Et idem Hiero. viii. q. i. c. Moyſeſ. Moyſeſ amicuſ dei cui facie ad faciẽ locutuſ eſt deuſ po/ tuit utiq; ſucceſſoreſ pricipatuſ filioſ ſuoſ facere & poſteriſ ꝑpriã relíquere dignitatem ¶ Sed extraneuſ de alia tribu eligitur Ieſuſ naue ut ſciremuſ p̃ncipatũ in populoſ nõ ſãguí deferẽdũ eſſe ſed uire. Glo. dicit ibi ſuper uerbo tribu. Moyſeſ fuit de tribu leui. Ieſuſ nane ſine Ioſue fuit de tribu Effraí. Ad hoc propoſitũ etiã recitat Policratuſ li. iii. q obſecrante ſenatu ut Adrianuſ filium quẽ habebat auguſtũ faceret reſpõdiſſe fertur Sufficere debet. q ego regnauerí cum non merear Principatuſ. n. non ſanguini ſed meritiſ danduſ eſt. Inutiliter q̃ppe regnat qui rex naſcit̃ nec meretur Verũtamen. Tho. in quadã. q. de quolibet dicit q aliter ẽ Dicendũ de cõſangueo eque idoneo aliter de cõſanguineo minuſ idoneo ¶ Si aũt cõſanguineuſ ſit eque idoneuſ põt prelatuſ preferre conſãguineũ niſi ex hoc forte ſcandalũ oriatur uel aliq exinde malũ exemplũ accipiant ut quando ꝑbabiliter timetur q alii prelati íducerẽtur hoc exemplo ad dandũ ſuiſ minuſ dig/ niſ ¶ Ratio hec quia in hoc q det conſanguineo eque digno nil deperit utilitati eccleſie nec eſt contra caritatẽ ¶ Et hoc figuratũ eſt Geñ. xxxxvii. ubi Pharao Ioſeph loquẽſ de fratribuſ ſuiſ dixit ¶ Si eſſe noſti in eiſ uiroſ induſtrioſ cõſtitute illoſ magiſtroſ pecoꝝ meorum Si uero conſãguineuſ prelati ſit minuſ idoneuſ nõ debent eum preficere ad curã eccleſie poſtpoſito meliore ¶ Et ſic faciendo & preficiendo illũ grauiter peccat Quid temporibuſ hiſ in beneficiorum collatione ac diſtributione fiat non opuſ eſt enarrare cum iam manifeſta ſit omnibuſ eccleſie ſãcte iactura p̃ficiuntur in fameſ ꝑmouentur ambicioſi exaltantur amici & q̃ſi nulla eſt ampliuſ cura de regimíe aíarũ preualuit ambicio & ad lucra temporalia mũdanãq; pompã omnia ſunt redacta ¶ O deuſ de celiſ ¶ O deuſ omnipotenſ Inſpice ſuccurre uiſita & non dere/ líquaſ propter peccata noſtra ſponſã tuã eccleſiã quã tuo p̃cioſo ſanguine redemiſti. Inuaſerũt lupi rapaceſ gregẽ tuã & non eſt q paſcat oueſ tuaſ ¶ Secũduſ appetituſ inordinatuſ honoriſ dicit̃ magiſterialiſ ſublimatiſ Appetũt nãq; multi indebite magiſterialẽ gradum. Et licet ſecundũ hoſti. in ſumma ſua li. v. in rubrica de

UVA. BHSC. IyR_021

magiſtrū ¶ Preceptor cuiuſlibet diſcipline uocari poſſit magiſter ut in li. Quibuſ erga. ff. de uerborū ſignifi. uel qui regimē habet pre ceteriſ ait in. l. i. ff. de extra dictionibuſ uel doctor legum ut in ꝓhemio. ff. ſ. penultimo ¶ Noſ tamē loq̄mur de magiſtriſ ꝓut ſic appellanē doctoreſ theologie in quibuſ reprehēſibiliſ eſſe pōt magiſterii graduſ & ambitioſuſ reputari q̄druplici ratione ¶ Prīo ratione inſufficiētie ¶ Secūdo ratione repugnātie ¶ Tertio ratiōe ſuperbie ¶ Quarto ratione finiſ ¶ Primo ratiōe inſufficiētie quādo aliquiſ inſufficienſ eſt quia uel indoctuſ uel adeo parū doctuſ ut ſibi graduſ magiſterii cōuenire non poſſit pro q̄buſ dicitur. lxi. di. c. Miſerū. Miſerum eſt cum fieri magiſtrū qui nūq̄ fuit diſ/ cipuluſ Et. lix. diſ. in. c. ordiatuſ. debet ante eſſe diſcipuluſ. q̄ſq̄ doctor eſſe deſiderat ¶ Et ſic docere pōt quod didicit. xvi. q. i. c. ſic uiue. Multo tempore diſce que poſtmodū doceaſ. Et. c. ſi cle/ ricatuſ ¶ Si clericatuſ titillat deſiderium diſcaſ quod poſſiſ docere & rationabilē hoſtiā offeraſ deo miſeſ anteq̄ tiro nec priuſ magiſ/ ter ſiſ q̄ diſcipuluſ ¶ Et de electiōe. c ¶ Cū i magiſtrū. In magiſtrū aſſumi non debet qui formam diſcipuli nō aſſūpſit. hec ibi ¶ Dicit autem hoſti. ubi ſupra. q̄ promouenduſ ad magiſteriū cognoſci pōt legendo & diſputando ſi ſit idoneuſ ¶ Secūdo eſt reꝓbenſibiliſ & ambicioſuſ magiſterii graduſ rōne repugnātie ¶ Quādo aliquiſ eſſet in aliqua religione que talia contineret q̄ ſibi magiſterii graduſ repugnaret ſicut de monacho dicit Hiero. xvi. q. i. c. Monachuſ. Monachuſ non doctoriſ ſed plangētiſ habet officiū Ad quod facit ibidem. c. Si cupiſ &. c. Alia cā. Si autem taliſ eēt religio in qua poſſēt religioſi cū obſeruātia regule & ſtatutorum ſuorum uacare etiā ſtudio ſrārum & predicationi & inſtructioni aliorum poſſēt huiuſmodi uiri religioniſ docti ſcd̄m Allexandrū in. iii. ſūme ad gradum magiſterii promoueri quod confirmatur per ea que ſcribūtur. xvi. q. i. c. Doctoſ. c. Moderamīe. c. Sunt non nulli. c. Noſ aūt. c. In parrochia. c ¶ Cum pro utilitate Et hoc apparet per expiētiam quia quottidie ex ordinibuſ mendi/ cātium multi fiūt magiſtri in theologia ¶ Tertio eſt reprehēſibiliſ & ambitioſuſ graduſ magiſterii ratione ſuperbie. quando aliquiſ querit illū gradum inportune ſe ingerēdo ut excellat & appareat glorioſuſ quod prohibet Xp̄uſ Mathe. xxiii. d. Nec uocemini magiſtri. ſ. cum elatione mentiſ qa magiſter ueſter unuſ eſt xp̄c in quibuſ uerbiſ non nomē aut gradū dānauit magiſterii ſcd̄m

UVA. BHSC. IyR_021

omneſ doc. ſed tantū ſuperbia ad quā multi cum nomine illo de/
ueniunt qui eo ꝙ magiſtri ſunt & uocant credūt ſe omnia ſcire.
ſpernūt indoctoſ. & ꝙ ipſi ſciūt aliſ cum difficultate & labore uix
comunicare uolūt ¶Quarto eſt reprehenſibiliſ & ambitioſuſ magiſ/
terii graduſ ratione finiſ ¶Quando aliquiſ magiſteriū ſuſcipit non
ꝓpter honorē dei aut ſalutē ꝓpriā uel utilitatē ꝓximorū ſed ꝓp/
ter tēpalia lucra ꝓpter p̄lationeſ obtinēdaſ & acqrēdaſ dignitateſ
¶Taleſ ſiquidē qa a debito fine deficiūt honorē indebite appetūt
& inordinate ¶Iudicet ergo unuſqſq; ſeipſū. Ego non audeo aliēa
facta culpare, precor tamen deum celi ut magiſterii dignitaſ tā
multiſ ad ſalutē accedat quot cauſa eſt dānationiſ eterne. Tertiuſ
appetituſ inordinatuſ honoriſ & ambitiōiſ eſt ſeculariſ ptātiſ quō
aliqui aſpirāt tirānice diuina temporalia uſurpare Reſpondēdū
ut meliuſ intelligatur notādū ꝙ quadrupliciter pōt aliquiſ recte
& merito eſſe princepſ aut dominuſ ¶Primo ex diuina ordinatiōe
¶Secundo ex eccleſie collatione ¶Tertio ex legittima ſucceſſione.
¶Quarto ex populi electione ¶Primo ex diuīa ordinatione ſicut
Saul fuit unctuſ in regem a Samuele de uolūtate dei ut habet
i. Reg. x. Qui cū fuiſſet abſcondituſ domi cucurrerūt illi de po/
pulo & tulerūt eum inde ſicut fuerat diuinitus reuelatum ſtetitq;
i medio populi & Samuel dixit. Certe uideriſ quē elegit dominuſ
quoniā nō ſit ſimiliſ ei in omi populo & clamauit cūctuſ populuſ
Vinat Rex. Secūdo pōt aliqſ eſſe princepſ ex eccleſie collatiōe.
qñ.ſ.eccleſia auctoritate diuīa cōferret alicui p̄cipatū & p̄cipue
imp̄ialem dignitatē. Papa. n.ip̄atorē iſtituere & deſtituere debet
& pōt rationabilibuſ cauſiſ ſuperueniētibuſ ſicut factū fuit tēpore
Stbephani Secundi ut dicitur in cbronica martiniana quomodo
Arſtulphuſ rex Longobardorum inquietabat romanoſ q̄ ꝓpter
Stbephanuſ romanuſ pontifex aduertēſ ꝙ Cōſtantinuſ. v ¶Cō/
ſtantinopolitanuſ imp̄ator no poterat iuuare romanoſ uenit in
Franciā ad Pipinū regem francoꝝ. Qui cum papa uenieſſ liberauit
romanoſ ab iniuriiſ longobardoꝝ. & cōtinuo in premio uirtuoſi
laboriſ factuſ eſt imp̄ator & reuerſuſ in Franciā imp̄auit anniſ.
xiii ¶Pipino autem ſucceſſit i imperio Karoluſ eiuſ filiuſ māſitq;
imperiū apud Francoſ anniſ. xxxv. & menſibuſ. ix. uſq; ad tp̄a
Ludouici tercii cuiuſ tempore quia ¶Francigene non iuuerunt
Romā ab iniuriiſ Longobardoꝝ fuit diuiſū imperiū eo ꝙ unuſ
ſp̄auit in italia aliuſ i Almania & ſciſma durauit uſq; ad Ottonē

UVA. BHSC. IyR_021

qui liberauit ecclesiã ab impetate Iob. pape. xii. quẽ Cardinales suo adiutorio deposuerũt ¶Quare Otto coronã imperii suscepit Et eo mortuo imperauit filius Otto. ii. & post illũ Otto. iii. per hereditariã successionẽ. Sed post mortẽ Ottonis. iii. fuit institutũ ꝙ impator eligeret ab electoribus. s. Maguntinensi Treuerensi Colonien si Marchione Brandaburgensi Palatino duce Saxonie & rege Bohemie ¶De potestate uero pape supra imperatorẽ dixi in sermone de sacerdotali dignitate ¶Tertio pót aliqs esse p̃ncepꝰ & dñs ex paterna successione sicut de Salomone dicitur. iii. Reg. ii. c. Salomon aũt sedit super thronũ Dauid pr̃is sui & firmatum est regnũ eius nimis. Quarto pót aliquis esse princeps ex electiõe quando eligitur uniformiter & concorditer ab illis quibus habet preesse ¶His modis exceptis qui dnãri cupit ambitiõis uitio tãgit Sed dubitaret aliquis. Quid de officiis & dignitatibus secularibus si appetantur & procurẽtur per preces & obsequia ut officium ptãtis senatoris capitanei & huiusmodi ¶Nunquid est peccatum? Respondeo ꝙ si quis huiusmodi appetat & querat magis curans de honore & lucro q̃ de iusticia seruanda ꝙ talis peccaret ¶Simi/liter si ignorat ea que spectant ad executionẽ debitã dicti officii nec iuuari per alium pót ¶Similiter si paratus est se intromittere de his ad que sua potestas non extendit̃ q̃uis ibi cõsueuerit fieri puta si laicus uelit de clericis iudicare uel de ecclesia disponere qd̃ eis prohibetur. di. lxxxxvi. per totum ¶Si aũt appeteret quis illos gradus zelo iusticie & caritatis proximorũ exigente nõ rõne proprii cõmodi non peccaret ¶Sed quis est hic & laudabimus eum Ideo magnus erit numerus damnatorum.

¶Quod abhominãda est ãbitio tum quia inducit multa mala tum quia omnis iustus illam fugit tum etiã quia tollit q̃tẽ mentis. ¶Capit. iii.

QVartũ mysterium declarãdũ de ambitiõe dicitur abhoiatio. Abhominandũ quippe & fugiendũ est huiusmodi peccatum propter tria ¶Primo quia multa crimia inducit ¶Secũdo qnia oĩs iustus illam fugit ¶Tertio quia quietẽ mentis tollit ¶Primo ãbitio multa crimina inducit ¶Hoc maxime malum habet ambitiosus ꝙ nec timet deum nec ueret̃ homines sepe & libenter mentit̃ adulat̃ sepe similat humilitatẽ inclinatur cũctis seruus est oĩm & tributa/rius crudelissimus & uenenosus. Quãdoq; propter ambitionẽ etiã suis ¶Romulus quidem occidit fratrem Remũ ut solus regnaret.

UVA. BHSC. IyR_021

Iuliuſ ceſar Pompeiú eſt ſemper perſecutuſ uſque ad mortem cú quo plurima bella geſſit cupiditate imperii : Abſalon ſuũ prẽm Dauid temptauit pellere regno ut rex ipſe p̃ficeretur : Et quid hiſtoriaſ querimuſ quando clara ſunt omnia bella que fuerunt in mundo uſque nunc. Nec dubiú eſt illa fuiſſe p̃ maiori parte confecta ex liuore ampliandi domía. Propterea Ninuſ rex Aſſiriorũ belliſ uexauit prouíciaſ. ꝓpterea magnuſ Allexander duxit exercitum extra patriam contra Darium ímo contra omẽſ regeſ orientaleſ. Propterea Marcialeſ Romaniſ ſemꝑ fuerũt í bello ab urbe condita uſq; ad tpa Cõſtãtini habuerũtq; bella plurima aduerſuſ Sabinoſ cõtra Volſcoſ Coriolanoſ Veioſ Faliſcoſ Peligноſ Picenteſ Sãniteſ Tarentinoſ Carthaginenſeſ Hiſpanoſ Mitridatem Egyptum Germanoſ Cymbroſ & Parthoſ. Et ut breuiter dicam contra totum múdú. Et quiſ enumeret q̃tuſ hoím ſanguiſ in tot plúſ ſit effuſuſ. quot milia miliú ſint extincti. quot ciuitateſ depopulate. quot uiolate uirgineſ . quot utriuſq; ſexuſ precio uenúdati. O ambitio tãtorum ſceleꝝ mater. O uenenoſa radix ex qua facile prodit omniſ facinoriſ germen. O bonorum morum diſſipatrix. O inimica iuſticie. O ſeminatrix odiorú. O fonſ oíſ ſcandali. O confuſio religioſorum. O turbatrix eccleſie. O deſolatrix ciuitatú. O denig; deſtructrix humani generiſ. Propter ambitionẽ nãq; uix põt aliquiſ per uiá rectam incedere & quãdoq; immo multocienſ qui boni credũtur & ſancti propter ambitionẽ efficiũtur reprobi & diaboli filii. Secũdo abbominãda eſt ambitio quia quilibet iuſtuſ eam fugit. Dñſ noſter Ieſuſ xp̃uſ cum facto miraculo de quinq; panibuſ uoluiſſent eum ſibi regem facere aufugit ut habetur Ioh. vi. Moyſeſ cum eſſet annorum. lxxxiii. & mitteretur a domino ut eſſet dux populi iſrahel multũ excuſauit ſe. d. q; eſſet impediti oriſ lingue Exodi. iii. c. Hiere. cũ mitteretur a domino & conſtitueret̃ ſuper regeſ & regna ad ãnũciandũ uerbũ dei ſubtrahebat ſe. d. Ha ha ha dñe deuſ noſter neſcio loqui. Hiere. i. c. Marcuſ euãgeliſta ut ſacerdocio inhabiliſ eſſet ãputauit ſibi policẽ. Gregoriuſ magnuſ a clero & populo accolitatuſ in papam occulte fugit. Ambroſiuſ ne promoueretur in archiep̃m magnã reſiſtẽciã fecit. Et ſic omneſ boni & iuſti uiri ambitionẽ ſunt deteſtati. Tertio abbominãda eſt ambitio quia quietẽ mentiſ tollit. Semper. n. ambitioſi habẽt in corde ignem ſemper ſunt in cogitationibuſ ſemper in deſideriſ martyreſ nõ dei

UVA. BHSC. IyR_021

ſed ꝑncipiſ tenebraꝝ. Propterea Bernhardus li. iii. de cõſideratiõe ad Eugeniũ ait. O ambitio ambientium crux quõ omẽſ torqueſ omnibuſ placeſ. Nil acriuſ cruciat nil moleſtiuſ inquietat nil tam apud miſeroſ mortaleſ celebriuſ negociũ eſt. Et idem in ſermone xl. Ambitio ſubtile malũ ſecretũ uirus peſtiſ occulta doli artifex mater hypocriſis luoriſ parens uitiorũ origo tinea ſãctitatiſ excecatrix cordiũ. hec ille ¶ Propter hec itaq; oſa uitari debet ãbitio ut ſic obtineri poſſit ꝑ humilitatẽ diuina gratia & in fine ſẽpiterna gloria. In qua uiuit regnatq; glorioſus deus per infinita ſeculoꝝ ſecula. Amen.

¶ Feria quinta ſecũde ebdomade in quadrageſima. De uitio uane glorie quo laborabat diues ille dãnatus & quod plurimũ timere debent penitenteſ quia oriri ſolet maxime ex operibuſ boniſ. ¶ Sermo. xxxv.

INduebat purpura & byſſo. Verba ſunt redẽptoris noſtri originaliter Luce. xv. c. & in euãgelio hodierno. Audiuimuſ ex lectione ſancti euãgelii dãnatũ fuiſſe diutẽ in inferno ñ quia diuitiaſ poſſidebat ſed quoniã male illiſ utebatur. Erat enim crudeliſ proximiſ & Lazaro mendico cuiuſ ulcera caneſ lígebant animalia bruta ipſe homo nullã pietatẽ exhibebat Conſtituerat finem ſuum í copia bonorum temporaliũ & propter illa ſupiorẽ non cognoſcebat deũ exaltabat ſe ipſum & elatuſ corde cupiebat honorari ¶ Et propterea induebatur purpura & byſſo gloriam querenſ in exceſſiuo ornatu & immoderato. Et quoniam plurimi ſunt illiuſ diuitiſ ſequaceſ & imitatoreſ qui oñe ſuum deſiderium inflammãt ad hanc gloriam temporalem inanẽ & uacuã. Idcirco in preſenti ſermõe de uane glorie uitio aliqua diſcutiemuſ de qua tria myſteria occurrunt declaranda ¶ Primum dicitur diffinitio. ¶ Secundum deteſtatio ¶ Tertium generatio.

¶ Quid ſit uana gloria & quomõ differt a gloria ſancta que eſſe poteſt in boniſ & uirtuoſiſ & a gloria beata.

¶ Capitulum. i.

PRimum myſterium de uana gloria dicit diffinitio ¶ In quo quid ſit uana gloria uideamuſ. Et Alex. í. ii. ſũme diffinit eã ſic dicenſ Vana gloria eſt appetituſ inordinatuſ & íordinata delectatio humane laudiſ. Nam gloria claritatẽ quandã ſignificat Vnde glorificari idem ẽ ꝙ clarificari ut Aug. dicit ſuper Iobã. Et Ambroſiuſ in li. de officiiſ. Gloria eſt clara cum laude notitia.

UVA. BHSC. IyR_021

Et Tulius in retho. Gloria est frequens de aliquo fama cū laude. Laus uero Ar. i. dicit rethoricorū ē sermo elucidās magnitudinē uirtutis. Ideo nomen glorie importat manifestationem alicuius de hoc ꝙ apud homines decorū uidet siue illud sit aliquod bonū spirituale siue tp̄rale. Possumus tamen pro clariori intelligentia distinguere triplicem gloriam ¶ Prima dicitur beata ¶ Secda sācta ¶ Tertia uana ¶ Prima est gloria beata de qua in psal. Gloria & diuitie in domo eius. Et psal. c xlix. Exultabunt sancti in gloria Et de hac diffusius loco suo dicemus ¶ Secunda est gloria sancta. Et hec scdm Tho. ii. ii. q. c. xxxii. ē cū quis cognoscit bonū suū dignū laude & approbat illud cupiens ab alius laudari aut ꝓpter diuinum honorem aut propter proximorū salutem. Nam secūdū Alex. laudari propter deum & propter bonum proximi non est aliud q̄ deum laudari in nobis. Vnde non erra' sed sācte appetit gloria cum uirtuose uiuit' & non constituitur ibi finis. Ad hanc hortatur nos xp̄s dicēs Mathei. v. Sic luceat l. u. c. b. ut ui. bo. opera u. & glo. p. u. q in ce. ē. Et. i. Cor. x. Sine offēsióe estote iudeis & gentibus & ecclesie dei sicut & ego omnibus per omnia placeo nō querens quod mihi utile ē sed quod multis ut salui fiāt Et Ro. xii. Prouidentes bona non tantum coram deo sed etiam coram oībus hominibus. Et Eccle. iii. Curam habe de bono noīe Et puer. xv ¶ Fama bona ípiguat ossa. Et ouidius li. de tristi/ bus Deniq; nō puas aío dat gloria uires. Et secūda facit pecto/ ra laudis amor ¶ Ideo Aug. in sermone de confessione ait. Solet mouere carissimi ꝙ dñs noster Iesus xp̄s in sermone euāgelico cū p̄us dixisset. Luceat lux uestra corā homi nibus ut uideāt uestra opera bona & glorificent patrem uestrum qui in celis est postea dixit. Attendite ne iustitiā uestram faciatis coram hominibus ut uidiamini ab eis ¶ Turbaturent mens parū intelligentis & p̄cepto utriq; obaudire cupiētis & per diuersa & aduersa distēdit' ¶ Tam nemo enī potest q̄uis uni domino obtp̄rare repugnantia iubenti q̄ nemo potest etiā duobus dominis seruire quod eodem sermone saluator ipse testatus est ¶ Quid ergo faciat animus nutans cū se optp̄rare non posse existimat & non optemperare formidat? Si enim opera sua in luce posuerit hominibus ícuenda ut faciat qđ preceptum est. Luceat lux uestra coram hominibus reū se teneri arbitrabitur quasi cōtra preceptum fecerit ubi dicitur Attēdite ne iustitiā uestram faciatis coram hominibus ut uidiamini ab eis

UVA. BHSC. IyR_021

¶Qui autem recte intelligit utrũq; implet & seruiet uni uerissimo domino qui seruum pigrum non damnaret si ea que nullo modo poterat iperaret. hec ille. Et ibi concludit dicens ¶Intentio qppe cordis humani quo dirigatur & quid expectet intuendũ est. Ex quibus omnibus colligitur q̃ non sunt uirtutis opera pretermittenda quoniam ad illa seqẽ laus multorũ & redũdãt i uirtuosoꝝ famam dummodo ibi intentio non constituat finem suũ. ¶Tertia est gloria uana que secundum Alex. & Bona. ubi supra potest eẽ triplex ¶Primo ex parte rei pro qua quis gloriam querit utputa si quis gloriã quereret de sapientia quam non habet & huiusmodi uel de eo quod est peccatum propter quod in psal. dicitur ¶Quid gloriaris in malitia ¶Vel cum querit gloriam de eo quod nõ est gloria dignum ut de diuitiis de pulchritudine de dominis & huiusmodi. de quibus non est gloriandũ eo q̃ trãsitoria sũt caduca & uana. Vnde Isaye. 1. dicit Omnis caro fenum & omnis gloria eius quasi flos agri. Secundo gloria est uana ex parte eius a quo quis gloriam querit puta ab homine principaliter cuius iuditium nõ est rectũ. ¶Vnde in psal. Maledicta ossa eorum q̃ hominibus placent. supple cum ponitur ibi finis ¶Tertia gloria est uana ex parte eius qui gloriam appetit qui uidedelicet appetitum glorie sue non refert in debitum finem puta ad honorem dei & pximi salutẽ. Nã oĩs gloria finaliter ad deũ ẽ referẽda ¶Vnde Dauid in psal. Nõ nobis domine nõ nobis sed nomini tuo da gloriã. Et xp̃s Io. x. Ego gloriam meam non quero. Si ego gloriam meam quero gloria mea nihil est.

¶Quod fugienda est uana gloria tum quia per illam offẽdit deus tum quia homo per eam spiritualiter ifatuatur tũ etiã quia omnes iusti ipsam conati sunt uitare. ¶Ca. ii.

SEcundum mysterium declarandum de uana gloria dicitur detestatio. Est siquidem uitium graue & detestabile ppter tria ¶Primo propter offensionem ¶Secũdo propter ifatuatiõem. ¶Tertio ppter exẽplationẽ ¶Primo uana gloria est uitium graue & detestabile propter offensionem quia per illam offendit deus. ¶Notandum autem secundum Bona. ubi supra. q̃ aliquando est peccatum ueniale aliquando mortale ¶Veniale ẽ cum ex subito motu trahitur animus ad propriam laudẽ & gaudet de bona hominum opinione tamen cum ratio excitat statĩ repmit & subiicit motum illum recognoscens deum & illi se humilians. Difficile nãq;

UVA. BHSC. IyR_021

ē ꝑmiſ motibuſ glorie ut non ueniant poſſe reſiſtere quia ut dicit Seneca ad lucillū. Nulla ē tā excelſa uirtuſ que dulcedine glorie nō tāgat. Et Hierony. ad Sabinianū ¶Naturali ducimur malo & adulatoribuſ noſtriſ libenter fauemuſ & quāq; rñdeamuſ noſ indignoſ & caliduſ rubor ora pfūdat tamē ad laudē ſuā ſtriſecuſ letatur. Et Cryſo. dicit ſup Mathe. Cū cetera uitia locū habeāt in ſeruiſ diaboli ſaniſ gloria locū etiā habet in ſeruiſ xp̄i. Si ergo amor humane glorie quāuiſ ſit inaniſ nō repugnat caritati neq; quantum ad id de quo ē gloria neq; quantū ad ītētionē gloriam querētiſ non ē peccatū mortale ſed ueniale. Peccatū aūt mortale ē uana gloria qñ contrariat caritati dei dupliciter ¶Vno mō rōe materie de qua quiſ gloriat utputa de aliquo falſo qđ cōtrariat diuine reuerētie ſecūdū illud Ezechielis. xxviii. Eleuatum eſt cor tuum & dixiſti. Deuſ ego ſū ¶Vel cū quiſ bonū ꝓprie de quo gloriatur prefert deo aut etiam cum quiſ p̄fert teſtimoniū hoīm teſtimonio dei. ſicut cōtra quoſdā dicit Io. xii ¶Qui dilexerunt magiſ gloriam hominū quam gloriā dei. Alio modo cōtrariatur caritati ex parte ipſius gloriantiſ q intētiōem ſuā refert ad glo/riam tamq; ad ultimū finē ad quē etiam ordinat uirtutiſ opa & p illo cōſequēdo non ꝑtermittit facere etiam ea que ſunt cōtra deū Sic faciebant antiqui Romani de qbuſ dicit Aug. v. d. ci. dei. c. xii ¶Veteres igit̄ ꝑmiq; romani q̄tum eoꝝ docet & cōmēdat hiſtoria q̄uiſ ut alie gēteſ excepta una populi hebreorū falſoſ deoſ cole/rent & ñ deo uictimaſ ſed demōniſ imolarēt tñ laudiſ auidi pecuſe liberaleſ erant gloriam ſgentem diuitiaſ boneſtaſ uolebant hanc ardētiſſime dilexerūt ꝓpter hāc uiuere uoluerūt ꝑ hac mori nō dubitauerūt ceteraſ cupiditateſ huiuſ uniuſ ſgēti cupiditate p̄ſe/rūt. hec ille ¶Scđo uana gloria ē uitiū graue & deteſtabile rōe ſfatuationiſ quia in hoc uitio magna eſt fatuitaſ quam dominuſ explicauit Mathei. xxv. in parabola de decē uirginibuſ quarū quinq; erant fatue & quinq; prudenteſ Et prudenteſ intrauerūt cū ſpōſo ad nuptiaſ fatue uero licet eſſēt uirgineſ quia tñ oleum recte ītētioniſ ad dei gloriam nō habebāt excluſe fuerūt a ſpōſo Pro quibuſ dicit Gregoriuſ in omelia ¶Sepe uoſ fratreſ cariſſimi admoneo praua opa fugere mūdi huiuſ inquinam̄ta deuitare. ſed hodierna ſancti euāgelii lectione cōpellor dicere ut & bona que agitiſ cū magna cautela timeatiſ ne ꝑ hoc qđ a uobiſ rectū geriē fauor aut gratia humana requiratē ne appetituſ laudiſ ſubreptat

UVA. BHSC. IyR_021

& qđ foris ostēdit intus a mercede euacuet. Ecce enī redēptoris uoce decem uirgines & ōnes dicūt uirgines & tñ extra beatitudinis ianuam nō ōnes recepte quia eaȝ quedam dū de uirginitate sua gloriam foris expetūt oleū in uasis suis habere noluerūt. Tertio detestabile ē & graue uitiū uane glorie ꝓpter exēplationē. Oēs quidē sancti dederūt nobis exēplum uanam gloriam fugiēdi ut patet in eoȝ gestis. Cicero etiam .1. de officiis dixit. Cauenda est glorie cupiditas. Eripit enī animi libertatē ꝑ qua magnanimis uiris ōnis debet esse cōtēptio .i. cōtēptus. Legimus ī Vitis patrȝ ꝙ cū quidam senex in spelūca requiesceret rogatus ē multis ꝑcibus a quodam seculari ut ueniret orationē facturus super filiū suum defūctū. Cūq; ille iret occurrerūt multi cum lampadibus in eius occursū quia homo sanctus erat. Quod cū ꝓcepisset senex finxit se esse stultū & expolians uestimēta sua in flumē descēdit & stans lauabat ea nudus. secularis autē ille erubescēs dixit populo reuertimini senex noster ifatuatus ē. Et ueniens ad senē interrogauit eū dicens. Quare sic feciſti qa ōnes dicunt demoniū habet senex. Qui respondit. Et ego nolebā hoc audire & sic rediit in spelūcā suam. Simile fecit beatus frater Iuniperus de qno septus sanctus Fran. dicebat. Vtinam multi essent tales iuniperi ī ortis nostris.

Cū ergo semel prefatus iret Romam & multi obuiam ei uenirent ꝓpter famam sanctitatis sue eos declinare uolēs iunxit se adludēdū cum uno puero ad unā tabulam que dū leuabatur de uno capite deꝓmebatur in alio. ꝙ illi uidētes reputarūt eum leuem & fatuū. Ipse uero sub illa specie uanam gloriam euitauit.

Quod ex uana gloria generantur septē peccata que dicēt septem eius filie. Ca. iii.

Tertiū mysteriū declarādū de uana gloria dicitur generatio. Secūdū enī Gre. xxxi. mor. Inanis gloria generat septem filias. Prima ē iactātia. Scđa ē pſūptio nouitatū. Tertia hypocrisis. Quarta pertinatia. Quīta discordia. Sexta cōtētio. Septīa inobedientia. Nā ut dicit Tho. ubi supra. uitia illa que de se nata sūt ordinari ad finē alicuius uitii capitalis dicūtur filie eius. Finis autem inanis glorie ē manifestatio ꝓpe excellētie ad quā potest homo tēdere dupliciter. Vno modo directe. Alio modo īdirecte. Directe siue ꝑ uerba & sic ē iactātia siue ꝑ facta & si sit habētia aliquam admirationē ē pſūptio nouitatū quas hominis solent magis admirari. Si autem facta sint simpliciter sic est hypocrisis

UVA. BHSC. IyR_021

Alio modo nitit̃ quis manifestare suã excellẽtiã indirecte ostendẽdo se non esse alio minorem. Et hoc q̃druplic iter. Primo q̃tum ad intẽtionem & sic est pertinatia per quam homo nimis innititur sue scientie nolens credere meliori. Secundo quãtũ ad uolũtatẽ & sic est discordia dum non uult a propria uoluntate discedere ut alius cõcordet. Tertio quantum ad locutionem & sic est contẽtio dum aliquis uerbis clamorosis contra alium litigat. Quarto q̃ntũ ad factum & sic est inobedientia dum scilicet aliquis nõ uult exeq superioris preceptum. Nos autem tres tantũ filias primas scilicet tria peccata declarabimus. Primum ẽ iactantia. Secũdũ nouitatũ presũptio. Tertium hypocrisis. Primũ est iactantia de qua dicit Aristo in.iiii. ethico4 q̃ ẽ ostẽtatio proprie laudis cum ueritas nõ suadet Nam sicut cum aliquis a longe uult iactare aliquid manũ in altũ leuat ita qui cupit se laudare uerbis in altũ extollit. Cõtra quod dicitur prouerbiorum. xxvii. Laudet te alienus & non os tuum extraneus & non labia tua. Et Tullius in.i. de offitiis ait. Turpe est de seipso presertim falsa. Notandum tamen q̃ aliquis posset seipsũ laudare tripliciter. Primo meritorie. Scd̃o uenialiter. Tertio mortaliter. Primo meritorie & hoc adhuc tripliciter. Aut propter caritatẽ dei. aut ꝓpter caritatẽ ꝓximi. aut ꝓpter caritatem sui. Primo propter caritatem dei cum.s. quis bona p̃pa laudat nõ propter iactantiam sed ut pro illis referat gratias deo Sicut gloriosissima uirgo in cãtico suo dicebat Luce.ii. quia resp. hu.a.s.e.e.ex h.b.m.d.o.g. quia f.m.m. qui.p.est & s.n. eius. Hinc est q̃ Ciprianus in epistola ad Donatũ ait. Odiosa iactatio est q̃muis non iactatum esse possit sed gratum quicquid non hois uirtuti ascribit̃ sed de dei munere p̃dicat̃. Secũdo potest aliquis cũ merito laudare seipsũ ꝓpter ꝓximi caritatem. Est enim q̃nq̃ necessariũ ad reprimendas detractiones & falsas crimiationes malorum ꝓ fame proprie conseruatione enarrare suas uirtutes qa ut scribitur vi.q i.c. Sunt plurimi. Verum manifestũ ẽ diabolũ qui sicut leo rugiẽs circuit querẽs quem deuoret cordibus plebiũ suadere ut doctoribus suis atq; pastoribus detrabãt ut plebes lãguescentes non tenentibus pastoribus frena earum lasciuiant atq; in ima ruant. Ideo Augu. xii. q. i. c. Nolo. dicebat. Conscientia necessaria est mihi fama proximo. In sermone quodam qui legit̃ in festo eiusdem ipse ait. Caritati uestre de nobis ipsis hodie sermo reddendus est. Quia ent̃ ut ait apostolus Spectaculũ facti sumus

UVA. BHSC. IyR_021

mundo & angelis & hominibus. Qui nos amant querũt qd laudẽt in nobis ¶Qui nos oderunt querunt quid detrahant nobis ¶Nos autem in utroq; medio constituti & uitam & famam deo adiuuãte sic custodire debemus ut nó erubescãt de detractoribus laudatores. Et Paulus. ii. Cor. xi. & xii. c. multis laudibus p̃dicat seipsũ nó propter inanem gloriam sed ꝓpter Corinthioꝝ salutem ¶Nã ut dicit Hieronymus in argumẽto in argumẽto in epistolam ad Corinthios. Corinthii sunt achaici & hi ab apostolo audierunt uerba ueritatis & subuersi sũt multifarie a falsis apostolis. Quidã a philosophie uerbosa eloquentia alii a secta iudaice legis inducti hos reuocabat apostolus ad ueram & euangelicam sapientiã. hec ille ¶Quoniã nero multi illorũ multa dixerunt Paulo detrahẽdo ex opposito ipse multa loqtur seipsum laudando ¶Tertio potest quis cum merito laudare seipsũ ꝓpter caritatem sui ut cõsoletur seipsum quando est in aliq̃ tribulatione positus. Sicut dicebat Iob xxix. c. de se loquẽs cũ amicis suis. Oculus fui ceco & pes claudo pater erã pauperũ ¶Secundo potest quis laudare se uenialiter cũ aliqua de se dicit ex quadam animi leuitate que non sunt contra caritatẽ dei nec ꝓximi ¶Tertio potest quis laudare se mortaliter Et hoc est secundum Tho. ii. ii. q. c xii. & secundum Alex. in. ii. summe ¶Cũ quis laudat se de eo quod est cõtra gloriã dei utputa de aliquo peccato mortali etiam si dicatur ueritas aut cum quis nimis superbe profert de se falsa ut decipiat proximos uel causa cupiditatis ue glorie aut cum quis refert aliqua de se in exp̃ssam proximi contumeliam sicut faciebat Goliath. i. regum. xvii. qui dicebat Ego ex pbraui agminibus israhel hodie. & sicut peccatũ ẽ his modis iactantia ita etiã & irronia que ẽ cũ quis de se miora dicit ut reputetur bonus. qđ secundum Tho. ii. ii. q. c xiii. potest dupliciter fieri ¶Vno modo cum ueritate ut si quis est ignorans & dicat se ignorantem & huiusmodi. Et sic non ẽ peccatum nisi per alicuius circunstantie coruptionem ¶Alio modo cum falsitate cum aliquis dicit illud quod in se nec recognoscit nec credit. ut si uir doctus dicat se indoctũ aut fortis dicat se eẽ debilẽ & similia & sic pertinet ad peccatũ ¶Vnde Aug. xxii. q. ii. c. Cũ hũilitatis. cũ hũilitatis cã mẽtiris si nó eras peccator añq̃ mẽtieris mentiẽdo efficeris qđ uitasti ¶Veritas non est in te nisi ita te dixeris peccatorem ut etiam esse cognoscas ¶Et idem in. c. Non ita. Non ita caueatur arrogantia ut ueritas relinquatur. Et Gregorius ibidẽ

UVA. BHSC. IyR_021

in.c. Incauti. aiť. Incauti ſunt humileſ qui ſe mentiendo illaqueãt hec ille. Debet tamen unuſquiſq; ſemper eſtimare ſe peccatorem & ſi nó inueniat peccata de quibuſ poſſit ſe excuſare ſaltem ſciat q̃ nulluſ poteſt deo ita perfecte ſeruire quin in aliquo deficiat. Propterea dicitur di. v. in.c. Ad eiuſ. Bonarú mẽtiú eſt ibi culpã timere ubi culpa non eſt. Secundum peccatú qđ ex uana gloria naſcitur eſt preſumptio nouitatum & conſiſtit in hoc q̃ aliquiſ in actibuſ exterioribuſ aliquid incóſuetum facit ſine cã rationabili Sic ſunt inuentoreſ nouitatum qui nouoſ modoſ aut cerimoniaſ ſecundum ſuú caput in dei cultu aut in diuiniſ officiiſ adiuenũt Pro quibuſ dicitur. ii. q. v. c. Conſuluiſti. Quod ſanctorú patrú documento ſancitum non eſt ſuperſtitioſa adinuentione non eſt preſumendum. ſic ſunt inuentoreſ nouitatú clerici qui i officiãdo omiſſiſ antbiphoniſ ut placeant populo cantant diaboli cantica i quibuſ omnia ſunt uana mundana atq; laſciua & gloriantur i ſuo cantu artificioſo & modulato. Cótra quoſ eſt. c. Cum autẽ. &. c. Cantanteſ. lxxxxii. di. In. c. uero In ſancta Greg. aiť. Deum manibuſ ſtimulat ideſt ad iram ꝓuocat q̃ populũ uocibuſ dilectat Sunt inuentoreſ nouitatum religioſi qui non contẽti cómunibuſ ordinationibuſ aliqd ſingulariter agere uolũt i orando comedẽdo loquendo & in aliiſ auſteritatibuſ ut pre ceteriſ reputentur ¶Sed taleſ confuſi remanent niſi ſpeciali inſtinctu moueãtur ſicut Dominicuſ & Fran. & alii ¶Sunt & q̃plureſ alii in quolibet genere hominum etiã & mulierum qui propter ſuperbiam preſumũt ſẽp ut ſingulareſ uideantur adinuenire noua ¶Tertium peccatum qđ ex uana gloria naſcit̃ eſt hypocriſiſ. Et ut dicit Iſidoruſ ethymo. Hipocrita greco ſermone in latino ſimulator interpretatur qui dum ituſ eſt maluſ bonú ſe palam oſtendit ¶Nã in eo ẽ defectuſ ſãctitatiſ & bonitatiſ & tñ ſimulat ipſam. Alex. in. ii. Hypocriſiſ eſt amor apparentiſ bonitatiſ propter ſe. Hoc uitiú maledictum ipugnatur a tribuſ. Primo a pholoſophiſ Scđo a ſãctiſ ¶Tertio a xp̃o ¶Primo a philoſophiſ ¶Scribit enim Ariſto. i. elencorum. Quibuſdam eſt magiſ opere pretium uideri eſſe ſapiẽteſ q̃ eſſe & non uideri ¶Et Senica ad Lucillum ¶Quod loquimur ſẽtiamuſ concordat ſermo cum uita. Et idem ad eũdem ¶Virtutem bona ſequit̃ fide q̃ ſe nó exornat & pingit. Sed idẽ ſiue ex denudato uideatur ſiue imperatuſ ac ſubito nihil ſimulando pficit. Veritaſ in omnem partẽ ſui eadem eſt. Et idem ad eũdem. Multo magiſ

UVA. BHSC. IyR_021

ad rem pertinet qualis tibi q̃ qualis alius uidearis. Et idem ibidem. Malum ubi se bonum simulat tunc ē pessimum. Et iterū ad eūdē Illud te admoneo ne eorum more qui non proficere sed conspici cupiunt. Faciaſ aliqua que ī habitu tuo aut genere uite nobilia sint. Et Tullius in li. de officiis ¶ Totius iustitie nulla capitalior est quam eorum qui cum maxime fallunt id agunt ut uiri boni esse uideātur. Et iterum in eodem li. Ficta omnia celeriter tanq̃ flosculi deciduut nec simulatum quicq̃ potest esse diuturnum ¶ Et Oratius ¶ Núquam te fallant animi sub uulpe latētes. Impia sub dulci melle uenena latent ¶ Secundo reprobatur & impugnatur hypocrisis a doctoribus & sanctis. Vnde sapiens Eccle. i. ait. Ne fueris hipocrita in conspectu hoim. Et Iob. viii. Spes hipocrite peribit. Et. xx. Gaudium hipocrite instar puncti. Et Isaie. ix. ¶ Omnis hipocrita est nequam. Et Aug. super psal. lxiii. Simulata equitas non est equitas sed duplex iniquitas quia & iniquitas & simulatio. Et Crysostomus super Mattheum. Nulla res sic exter/minat bonum sicut simulatio. Nam malum sub specie boni celatū dum non cognoscitur non cauetur. Et Petrus rauē. in quodam sermone. Hypocrisis subtile malum secretum utrus uenenū latēs tinea sanctitatis ¶ Tertio reprobat hypocrisis a domino Iesu xp̃o quem sepe inuenimus contra hypocrisi reclamasse. Vnde Mathe. v. dixit. Cū facis elemosinā noli tuba canere añ te sicut hypocrite faciūt. Et Mathei. vi. c. Cū ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Et Mathei. xxiii. Ve uobis scribe & pharisei hipocrite q̃ clauditis regnum celorum ante homines ¶ Vos enim non introitis nec introeuntes sinitis intrare. Quod dictum est eo q̃ scribe erant doctores legis & pharisei erāt religiosi apparētes boni existētes mali quibus similes sūt hodie multi ¶ Et pro his dicit Aug. lxxxiii. di. in. c. Nemo. Nemo nocet in ecclesia amplius q̃ qui peruerse agens nomen uel ordinem sanctitatis & sacerdotis habet ¶ Et iterū Mathei. xxiii. xp̃s ait ¶ Ve uobis scribe & phrisei hypocrite qui comeditis domus uiduarum orationes longas orantes. Isti similes sunt hodie qui promittunt dicere missas & psal. & plures orationes ut accipiant bona aliorū. Et iterū subdit xp̃s. Ve uobis scribe & pharisei hypocrite qui circuitis mare & aridam ut faciatis unum proselitum & cum factus fuerit faciatis eum filium gehēne duplo q̃ uos. prosel⁹ dicebat q̃ ex gentilitate cōuertebat ad iudaismū ad quod multum pharisei laborabant propter inanem gloriam

UVA. BHSC. IyR_021

ſicut hodie faciunt multi religioſi & predicatoreſ qui paſſim & ſi/
diſtincte induunt habitum religionis uel tertii ordinis quoſcunq;
uiros uel mulieres & multiplicāt gentē ſed non magnificāt letitiā
Et iterum xp̄s ibi dicit ¶Ve uobis ſcribe & phariſei hypocrite qui
decimatis mētam & anetum & ciminum & reliquiſtis que grauiora
ſunt legis iudicium & miſericordiam & fidem ¶Similes ſunt hodie
illi qui curant de q̄busdam leuibus utputa fratres minores magnū
peccatum reputātes ſi quis pro neceſſitate portaret duas tunicas
aut ferret calciamenta & ſimilia ¶Et tñ de odio p̄ximi de iudicijs
falſis de detractionibus uenenoſis de liuore iuidie de faſtu arogā/
tie de ſpiritu preſumptionis de ābitione honoris & huiuſmodi aut
nihil aut parū curant. Seqtur ibi xp̄s ¶Ve uobis ſcribe & phari/
ſei hypocrite qui mundatis quod de foris ē calicis & parapſidis ſtus
eſtis pleni immunditia & dolo ¶Et iterum ibi ¶Ve uobis ſcribe &
phariſei hypocrite qui ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis que foris
parent hominibus ſpecioſa intus uero plena ſunt oſſibus mortuoꝝ
& ōni ſpurcitia. Et iterū ¶Ve uobis ſcribe & phariſei q edificatis
monumenta p̄phetarū patres aūt uestri occiderūt illos. Ex q̄bus
ōnibus habet q̄ acriter q̄ue duriter propter hypocriſi increpabat
phariſeos xp̄s. Moderniſ autem tēporibus o quanta diceret ſi nūc
ſicut tunc conuerſaret in terra ¶Et quis explicet q̄ntus ſit hodie
hypocritarum numerus q̄nta uitia peccata & ſcandala ſub ſpecie
ſanctitatis & bonitatis fiunt ¶O deus meus tu uides omnia. Facile
eſt decipere indoctas plebes que exteriora tantū conſiderant ¶Sed
tu intueris & penitras etiam intima cordis. Audeo dicere q̄ in die
iudicii multi qui nūc credūt boni iuſti ſobrii continētes amatores
paupertatis puri recti & ſimplices uidebunt in ſocietate dānatoꝝ
propter malitiam incontinētiā laſciuam caſtimargiam cupiditatē
& alia peccata que nūc hōminibus abſcondita ſunt tūc uero oībus
fient nota. O hypocrite ātixp̄i diſcipuli qui ideo ad perpetrāda
multa facinora eſtis p̄mpti atq; ſecuri eo q̄ populus illa nō uidet
imo ſāctos eſſe uos arbitrat. Ecce in celo teſtis omnium noſtrum
deus noſter cui nihil eſt abſconditum. Hinc Seneca ad Lucillū
dicit ¶Quid prodeſt aliquid ab homine eſſe ſecretum. Nihil deo
clauſum eſt ¶Idcirco omnis hypocriſis eſt reuicienda uiuendumq;
recte atq; hūiliter q̄m deus humilibus hic dat gratiam & in futuro
ſempiternam gloriam ¶In qua uiuit & regnat per eterna ſecula
Amen.

UVA. BHSC. IyR_021

¶ Feria sexta scđe ebdomade in q̄dragesima. De inobediēcia propter quā deus merito indignat̄ contra ipsos inobediētes & suorum preceptorum transgressores. ¶ Sermo. xxxvi.

AVferetur a uobis regnū dei & dabit̄ genti faciēti fructus eius. Verba sūt saluatoris nostri originaliter Math. xxi. c. & in euāgelio hodierno ¶ Irascitur ualde oīpotens deus cōtra elatos superbos & inobedientes homines. Et cum eos absq; fructu humilitatis & bonoꝝ operū inuenit merito suis beneficiis ꝓuatos in eternū suppliciū condemnat ¶ Hoc mystice innuit̄ in lectiōe sancti euangelii in qua Xp̄us sapientissimus Pharisēos induxit ut sententiam ferrent contra malos agricolas qui patrifamilias non dederunt fructum uinee in tempore suo ¶ Dixerunt autem ꝙ malos male perdet. At & ipse Iesus supaddidit. ꝙ regnum dei esset auferendū ab illis qui supbissimi erant & inflati uane glorie uento ob quam sine fructu uere obedientie legis dei uiuebant. ¶ Quoniam autem hec pestis uirulenta inobedientie iam inuasit multos cū ipsa sit unū ex peccatis descendentibus a uana gloria & ꝓpter ipsam deus aufert ab hominibus regnū gratie & glorie sue. Idcirco in hoc sermone de ea erimus tractaturi. Distinguemus autem triplicem inobediētiam ¶ Prima dicitur ꝓtoplaustoꝝ. ¶ Secunda religiosorum ¶ Tertia excommunicatorum.

¶ De inobedientia primoꝝ parentum propter quam abstulit eis deus plurima beneficia que contulerat & acriter puniuit pena multiplici. ¶ Capitulum Primum.

PRima est inobedientia protoplaustorum siue primorum parentū pro qua deus abstulit eis regnum suum id ē gratiā suam & beneficia illa quibus eos priuauit quando illos eiecit post peccatum de terrestri paradyso. Ad qđ plenius intelligendū cōsideremus de illa inobedientia tria ¶ Primo ueritatem ¶ Secundo grauitatem ¶ Tertio penalitatem ¶ Primo consideremus ueritatē. pro qua disputandum est ¶ Vtrum primorum parētum peccatū fuit inobedientia ¶ Et ꝙ sic patet per autores scripture ¶ Vnde Apostolus Ro. v. ait. *Per unius hominis inobedientiam peccatores cōstituti sunt multi* & ꝓ unius obedientiā iusti cōstituent̄ multi. Et Augustinus in libro de uera religione. Adam propter transgressionem obediēcie de paradiso deiectus est. Et idē supra Gen̄ ad litteram. Non potuit melius & diligentius commendari quantum malum sit sola inobedientia cum ideo reus iniquitatis

UVA. BHSC. IyR_021

factus est homo quia eam rem tetigit contra prohibitionē quā si non ꝓhibitus tetigisset non utiq; peccasset. Et idem libro. iii. de ci. dei. c. xii. Non debet existimare quisq; leue ac paruū illud fuisse commissum quia in esca factum est non quidem mala nec noxia nisi qa prohibita. Neq; enim quicq; mali deus in illa tāte felicitatis paradyso crearet atq; plantaret. Sed obedientia commendata est in ꝑcepto. que uirtus increatur a rationabili mater est quodammodo omnium custosq; uirtutum. Hoc itaq; de uno cibi genere nō edendo ubi aliorum tanta copia subiacebat tam leue preceptū ad obseruandū tam breue ad memoriā retinendū presertim cum nōdum uoluntati cupiditas resistebat. qđ de pena transgressiōis postea subsecutū ē tanto maiore iniusticia uiolatū est quāto facilliore posset obseruantia custodiri. Confirmari etiā potest qđ dictum est quia primi parentes propter inobedientiā originali iusticia sunt ꝑuati. Inde Gen. iii. dixit deus Ade. quis indicauit tibi ꝙ nudus esses nisi quia de ligno de quo preceperā tibi ne comederes comedisti? sed cōtra potest qs arguere. Primo ꝙ peccatum illud fuit superbia. Nam Eccle. xvi. dicit. Initiū omnis peccati supbia est. Et eiusdem. xxv. c. A muliere sumpsit initiū omnis perditio. Et Aug. in libro de uirginitate. Diabolus in celo uoluit esse sicut deus cadens autem persuasit homini similitudinem uoluntatis sue. secūdo arguitur ꝙ peccatum illud fuit auaricia largo modo sumpta. scđm enim Greg. super Ezechielē Auaricia non tātum pecunie est sed etiam scientie & altitudinis. sed mulier appetiit scientiam quādo diabolus dixit ei. Eritis sicut dii scientes bonū & malū. ergo peccatum id fuit auaricia. Tertio arguitur ꝙ peccatum illud fuit gula quia comederunt pomum ligni uetiti. Et Ambrosius dicit. xxxv. di. c. sexto die. Gula regnantem a paradiso expulit. Et Hieron. cōtra Iouinianum Sollicite prouidendum est ut quos saturitas a paradiso expulit esuries reducat. Respōdet Bon. di. xxii. scđi li. Quod ꝑncipale peccatum hominis per quod lapsus est fuit inobedientia. Et ad hanc diabolus conatus est illū adducere. sed quoniā nemo opaē aliquod malum aspiciens nec appetit malum nisi sub specie boni. Ideo clare deꝑhendens diabolus ꝙ non posset mulierē ꝑcipitare nisi proponeret aliquod appetibile illa temptando proposuit ad que omnis homo naturaliter inclinatur. Naturaliter autē oīs homo appetit beatitudinem que est bonum gloriosum copiosum

UVA. BHSC. IyR_021

& delitiosum. Vnde omnis homo naturaliter appetit excellētiā sufficiētiā & letitiā ¶ Et ī ordinato appetitu taliū cōsistit iustitia in immoderato uero culpa. Gula enim ē inordinatus appetitus cibi suauiter reficiētis. Auaritia ē inordinatus appetitus sufficiētie. ¶ Supbia ē imoderatus appetitus excellētie. Diabolus ergo p̄mo p̄misit mulieri dignitatis excellētiā cū dixit. Eritis sicut dii. Scd̄o subiūxit cognitionis abundantiā cū dixit. Sciētes bonū & malū. ¶ Postremo subiunxit suauitatis experientiam cum ostendit lignum pulchr̄ę uisu & ad uescendum suaue. Quia ergo mulier diabolice suggestioni consensit in appetendo p̄mo eē sicut deus: fuit supba. Deinde appetēdo scire bonū & malum: fuit auara ¶ Postremo in experiendo suauitatem ligni uetiti: fuit gulosa. ¶ Et in hoc fuit transgressionis rea & inobedientie culpa inuoluta. Nec ē inconueniens plura genera peccatorū scd̄m p̄gressū cōcurrere ad unū flagitiū ꝑpetrandū. hec Boni. Ex cuius uerbis accipimus q̄ p̄mi parentes per inobedientiā deliquerūt ¶ Secundo cōsideremus de inobediētia primorū parentū grauitatē ¶ Vtrū. s. fuerit peccatū eorū grauissimū omniū peccatorū ¶ Ad quod respōdet dn̄s Bon. di. xxi. secundi libri. & . xxxiii. in declaratione littere. d. q̄ unū peccatū potest dici grauius altero duodecī modis ¶ Primo modo causalitate ¶ Et sic peccatū diaboli dicitur esse maximū aliorum cuius inuidia mors intrauit in orbem terrar̄ ¶ Scd̄o modo enormitate ¶ Et sic peccatum Iude dicitur esse maximū eo q̄ uendidit xp̄m ¶ Tertio modo ingratitudine. Et sic peccatū illius dicitur esse maius q plura ꝑcepit dona & bn̄ficia. ¶ Quarto modo piculositate. Et sic peccatū ignorantie dicit̄ esse maximū qa piculosū. ¶ Quinto modo insepabilitate ¶ Et sic peccatū cupiditatis dicit̄ esse maximū qa cū cetera uitia senescente hoīe senescāt sola auaricia iuuenescit ¶ Sexto ī portunitate ¶ Et sic supbia dicit̄ esse maximū qa etiā ex ip̄is bonis opibus cōsurgit ¶ Septimo modo pronitate. Et sic luxuria dicit̄ esse maximū ad quā hoīes magis sūt proni. ¶ Octauo modo maioris gratie impugnatione ¶ Et sic peccatū in sp̄m sanctū dicit̄ esse maximū. Nono modo rōe maioris offēse. Et sic peccatū idolatrie dicit̄ esse maximū ¶ Decimo mō ratiōe maioris imꝑbitatis atq̄ libidinis ¶ Et sic cuiuscūq̄ generis pc̄t̄m p̄t̄ fieri maius altero ¶ Vndecimo mō generalitate. Et sic pc̄t̄m primi parentis dicitur fuisse maius qa in totū genus humanū se diffudit ¶ Duodecimo mō rōne facilitatis resistendi ¶ Et sic dicit

UVA. BHSC. IyR_021

Magiſter ſen. in textu ꝙ peccatum Ade fuit grauiſſimū. Vnde Auguſ. li. xiiii. de ci. dei ait. Magna fuit in peccando iniquitas ubi tanta fuit in non peccando facilitas. Sed adhuc dubiū ē qs eorū grauius peccauit uir aut mulier. Ad quod dicit Bon. ꝙ si loquamur de maiori grauitate quātū ad ingratitudinē grauius peccauit uir q̄ mulier p eo ꝙ abundātiora dona ſuſceperat. Et ideo cū beneficiorū oblitus bñfactorē ſuū cōtempſit & offendit magis ingratus fuit et in ſui ingratitudine maiori culpabilior extitit. Si autem loquamur de maioritate quantū ad lididinem ſic amplius peccauit mulier q̄ uir p eo ꝙ magis improba uolūtate peccauit dū cōcupiuit deo aſſimulari. Et ardentius appetiuit dū credidit hoc ſe obtiere poſſe quod diabolus ei ſuggeſſit. Et ideo ꝓpter uolūtatem magis improbam mulier peccauit ex maiore libidine & quātū ad hoc culpabilior uiro fuit. Si autē loq̄mur de maioritate culpe quātū ad corruptionē cōſequentē diſtinguēdū ꝙa aliquid pōt dici corrūpere dupliciter. Aut p modum cauſe aut p modū occaſionis. Si p modū cauſe ſic ꝙa peccatū uiri fuit cauſa tranſfuſionis peccati in poſteros & ita corrupit ſe & alios maior cōſecuta ē ex peccato uiri corruptio. Et quātum adhoc culpa uiri dicitur fuiſſe grauior. Si uero per modum occaſionis ſic ꝙa peccatū mulieris fuit occaſio peccati uiri & ita p cōſequēs omniū aliorum hoc modo mulier pōt dici corrupiſſe ceteros nō ſolū poſteris ſed etiā uirū ſuū. Vnde non ſolū peccauit in ſe ſed etiā in ꝓximū. Et quantū ad hoc dici poteſt i muliere grauius fuiſſe peccatū. Tertio cōſideremus circa peccatū primoꝝ pntū inobedientie penalitatem. Puniuit nāq; deus inobedientiā illam triplici pena. Prima fuit tpalis. Scda corpalis. Tertia ſpūalis.

Prima fuit pena tpalis quādo eiecit eos de terreſtri padiſo in quo habitabant in quiete et deliciis ac iocūditate ꝓuauitq; illos habitatione tā grata ut dicit Gen. iii. Scda pena fuit corpalis. Nam per illam inobedietiā introducte fuere omnes penalitates omēs labores omnes anguſtie omnes egritudines omnia deniq; genera mortis quibus affligitur humanū genus. Vt enī docent doctores in. iii. di. xxx. Niſi fuiſſet culpa nō eſſēt hec mala ſubſecuta. Quia ut dicit Anſelmus ii. Cur deus homo. c. x. Et qui factus ē iuſtus ad beatitutinē non debet infligi pena ſine culpa. Propterea dixit deus mulieri. Multiplicabo erūnas tuas et conceptus tuos. In dolore paries filios. Ade uero dixit. Maledicta

UVA. BHSC. IyR_021

terra in ope tuo in doloribus comedes eā cunctis diebus uite tue. Spinas & tribulos germinabit tibi & comedes herbas terre ¶In sudore uultus tui uesceris pane tuo donec reuertaris i terram de qua sūptus es qa puluis es et in puluerē reuerteris ¶Tertia pena fuit spūalis. qa ꝓpter illā inobedientiā ꝑuatus fuit hō originali iustitia et factus indignus beata uisione dei ¶O quale fuit illud malum ꝓpter quod indignatus deus ꝑ tot annorum milia in ira continuit misericordias suas ¶O grandis culpa que non nisi xp̄i sanguie unquā potuit deleri ¶O dānosa transgressio diuī p̄cepti que clausit omnibus celū ꝑ tot ānoꝝ milia ¶Patet ergo q̄ ablatū sit dei regnum ideſt concessa beneficia ab homine instituto ꝓpter inobedientiam.

¶De inobediētia religiosorum que aliquādo potest excusari aliqñ interp̄tari aliqñ uero rep̄hendi & rep̄bari & de septē gradibus uere obedientie. ¶Capit. secundum.

Secunda inobedientia ē religiosorum in quibus possumus inuenire precipue triplicē inobedientiam ¶Prima dicitur excusata ¶Secunda interp̄tata ¶Tertia rep̄bata ¶Prima inobia est excusata qñ aliquis non obediret prelato. Aut quia p̄ciperet aliquid cōtra caritatem dei. Aut cōtra caritatem proximi. Aut mandaret qđ uel nullo mō cum magna difficultate fieri posset xi. q. iii. c. Non semper malū ē non obedire precepto. Cum enim dñs iubet que deo cōtraria sunt uel aduersa sāctis scripturis tūc ei obediendum non est ¶Vide alia. Scđa inobia est interpretata quādo aliquis licet obediat interp̄tatiue tamē inobediēs dicit pōt quia desunt ei ueri obediētis conditiōes ¶Scđm. n. Bern. septē sūt obie gradus ¶Q uoꝝ ꝑma est obedire libenter. quē gradum ut ipe ait non potest ascendere q uolūtatem p̄cipiētis non fecerit Hoc dicitur ꝓpter multos subditos qui prelatos stimulant aut uexant in multis quibus tunc obediūt cū ꝑlati ea que uolūt ip̄i subditi mandāt. Et si qñq i aliis obediāt id facere uident coacti ¶Secūdus gradus obie ē obtpare simpliciter. Multos enī uidemus post precipientis imperium multas facere questiones dicendo. Quare ¶Vnde? Quis pōt hoc facere? Inde sequit murmuratio excusatio simulatio & aduocatio amicorum ¶Tertius gradus est obedire ilariter. Ilarem enī datorem diligit deus. ii. Cor. ix. c. Quartus gradus ē obedire uelociter In cuius figuram xp̄s dixit zacheo Luce. xix. Festinās descēde ¶Quintus gradus ē obedire

UVA. BHSC. IyR_021

uiriliter. Inquit enī ſapiēſ in ꝑſona obediētiſ anime. Manū ſuā miſit ad fortia. Sextuſ graduſē obedire būiliter iuxta regulā Xꝑi. d. Luce. xvii. Cū oīa fecerit ſ que ꝑcepta ſūt uobiſ dicite Serui inutileſ ſumuſ. Septimuſ graduſ ē obedire indeſinenter. Quia ut dicit Bern. Quid cū regula ꝑdeſt & ante curſuſ metam deficere. Notādū tamē ſecundum Bon. in. ii. di. xliii. q de obīa exhibenda prelato a ſubito religioſo poſſumuſ loqui dupliciter. Aut ſecūdum ꝑfectionem. Aut ſecundum obligationē. Si ꝑmo mō ſic dicit Bern. q perfecta obedientia finem neſcit. Et ꝑfectuſ obediens nō ſolū in biſ que mandat ſed etiā ſupra ea que ꝑlatuſ mandat ꝑmptū habet officiū ¶ Si autem loquamur de obediētia ſcām obligationē ſic habet terminū & menſurā iuxta magnitudinē uoti emiſſi ¶ Non enī ampliuſ tenētur ſubditi obedire ſuiſ ꝑlatiſ niſi in biſ que promiſerunt domino obſeruare et non ſūt contraria anime & regule ſue ¶ Vnde ſi ꝑlatuſ aliquid precipiat quod ſit ſupra uotum ſubdituſ non tenetur ad illud implendum. ¶ Tertia ē īobediētia reprobata eoꝝ. ſ. qui defacto ſuoꝝ ꝑlatoꝝ preceptiſ que iuſta que bona que diſcreta ſūt preſumūt repugnare. Et qñq; totaliter ſine ulla cauſa ſine alicuiuſ ſuperioriſ licētia totaliter a religiōe diſcedere & apoſtatare a qbuſ auferē dei gratia & datur facientibuſ fructuſ obedientie.

¶ De inobedientia excōmunicatoꝝ & quare poteſt quiſ excōmunicari & quō iniuſta excōmunicatio eſt timēda & de ſeptem penalibuſ ſeparationibuſ quaſ excōmunicatio facit. Capitulum. iii.

¶ Tertia īobediētia ē excōīcatoꝝ eoꝝ q ꝑpter inobediētiaſ & tranſgreſſioneſ ſuaſ merito ab eccleſia excoīcantur ¶ Pro quibuſ de ipa excōmunicatione cōſideremuſ tria ¶ Primo cām. Scđo iniuſtitiā ¶ Tertio penam ¶ Primo conſideremuſ cauſam. ¶ Vtꝝ. ſ. ſolū peccatum mortale ſit cauſa ut aliquiſ excōmuniceē Et uidetur q non qa qñq; excōmunicatur innocens cū ꝓbatur crimen contumatie contra eum in foro iudicii nec tamē iudex hoc faciens reꝑhenditur quamuſ in ſua conſcientia ſciat illum innocētem. ergo aliquādo debet homo excōmunicari nō pro mortali. Sed cōtra. extra de uerboꝝ ſigni. c ¶ Ex parte. in glo. dicit. Nemo excōmunicat niſi pro mortali. Et quia. aliter non poteſt corrigi. Et. xi. q. iii. c. Nemo. dicit. Anathema non niſi pro mortali debet imponi crimine & illiſ qui aliter non poſſunt

UVA. BHSC. IyR_021

corrigi. Rñdet Ric. in. iiii. di. xviii. q excõmunicatio maior ẽ grauissima pena quam ecclesia possit inferre. Vnde dicitur in preallegato. c. Nemo. q anathema est eterne mortis damnatio. Et. xxiiii. q. iii. c. Corripiantur. dicit. q excõmunicatione nulla maior pena ẽ in ecclesia. Et ideo sicut dicit glo. ibidem non est infligenda pro leuibus criminibus. Vnde dicẽdũ q iudex nullum debet excõmunicare nisi p mortali peccato nec p quocũq; mortali sed p peccato cõtumatie uel cui cõtumatia ẽ ãnexa. xi. q. iii. c. Absit. &. c. Eẽ. Quadrupliciter autẽ homo peccatũ cõtũatie incurrit. s. Aut qñ sufficienter uocatus non uenit ad iudiciũ nec remanendi habet legitimam causam. xxiii. q. iii. c. De illicita. Aut uenies respondere cõtemnit & rationẽ reddere q̃re rñdere non debet. Aut antequã debeat discedit. xi. q. iii. c. Certum est. Aut sententie non obedit. ut. ii. q. vi. c. Quisquis p̃batus. Ille autem qui impedit aut fraudulenter p̃curat ne ad ip̃m citatio pueniat pro citato debet haberi. Ille etiam qui uenies se non rep̃sentat iudici sed se occultat reputandus est quasi nõ uenisset. Ad argumẽtum ī oppositũ dicendum. q etsi ille q excoicatur in p̃dicto casu non sit in peccato mortali tñ iudex fert sniam sicut pro mortali quia iudex in foro contentioso non debet iudicare secundũ sẽtentiam conscientie p̃prie sed secundũ allegata. Ideo iuxta leges & iura p̃nuntiat. Secũdo de ipsa excõmunicatione consideremus iniusticiã. Et querimus. Vtrum excõmunicatus iniuste debeat excõmunicatus reputari. Et uidetur q nõ quia xxiii. q. iii. c. Certum. &. ſ. sequẽti dicitũ. Illicita excõmũicatio non ledit eũ qui notat sed illũ a quo notatur. Et xi. q. iii. c. Si cui est illata. dicitur. Si iniusta ẽ tãto curare eã non debet q̃nto apud deum & eius ecclesiã neminẽ põt grauare iniqua sẽtẽcia. Contra ẽ qđ dicit. xi. q. iii. c. Sentẽcia. Sententia pastoris siue iusta siue iniusta fuerit timenda ẽ. Rñdet Ric. ubi supra. q ut dicit. xi. q. iii. c. Eẽs. ſ. Si ergo. q sẽtentia aliqñ ẽ iniusta ex animo proferentis iusta uero ex ordine & causa. Aliqñ est iusta ex animo & ordine sed non ex causa. Cũ autem ex causa fuerit iusta qñ nullũ delictũ oñino est in eo ī quẽ fertur excoicatio quod sit excõmunicatione dignũ. Ex animo iniusta est sẽtẽcia qñ non fertur amore iusticie sed liuore odii uel p̃cio aut fauore aduersarioꝝ. Ex ordine iniusta ẽ qñ fertur iudiciali ordine nõ seruato ut dicit. xi. q. iii. c. Seruetur. ſ. Itẽ sẽtẽcia. In oibus

UVA. BHSC. IyR_021

his casibus sententia excōmunicationis iniusta timēda ē quousq; per eum qui tulit eam uel per alium superiorē fuerit reuocata excepti aliquibus casibus in quibus non est timenda qui ponunt in glo. in pfato. c. Sentēcia ¶ Vnus est qñ excōmunicans nō habet potestatē excōmunicandi. Alius est qñ fertur excōmunicatiōis sententia post appellationem legitimam & cōtinet intolerabilem errorem. ut patet extra de appellatiōibus. c. Ad nostram pñtiā. & de sentēcia excō. c. Per tuas. Tertius casus cum pro indebitis exactionibus aliquis excōmunicat. extra de excessibus plato⁹ c. Cum ad quorūdam ¶ Ad auctoritates autem primo allegatas dicendū q; intelliguntur de lesione quo ad deū & de illo qui excōmunicationē non contemnit & qñ excōmunicatio est iniusta ex causa ¶ Tertio consideremus de excōmunicatione penā ¶ Nā excōmunicatio maior dicitur anathema qđ interpretat sepatio eo q; sic excōmunicatus in penā contumatie & inobedientie sepatur a septē magnis bonis ¶ Primo sepatur a celo qa nūquā intrabit in illud nisi absoluatur ab ea ¶ Vnde xp̄s dixit Mathei xvi. Quodcūq; ligaueris sup terrā erit ligatū & i celo. pterea Crisos. xi. q. iii. c. Nemo. ait. Nemo contemnat uincula ecclesiastica ¶ Non ē homo qui ligat sed xp̄s qui hanc ptātem dedit & dominos fecit homines tāti honoris ¶ Scđo sepatur excoicatus ab omni sacramēto ecclesie ut patet. iii. q. iiii. c. Engelteudam & ideo nullius sacramenti talis est capax qa sacramēta cōferunt existētibus in ecclesia ¶ Vnde talis nec absolui potest a peccatis in confessione quātūcūq; esset contritus & dispositus ad factēdū omnia nisi prius absoluatur a uinculo excōmunicationis secūdū Tho. in. iiii. & si absolueretur nō ualeret sed oporteret eū postea absolui iterum ¶ Nec talis potest contrahere matrimoniū ¶ Si tamen contraheret teneret quidem matrimonium: sed peccaret mortaliter contrahēdo ¶ Vel si recepit ordines sacros uel exeqē eo⁹ actus uel celebrādo uel cantando euāgelium & huiusmodi efficitur irregularis indigens dispensatione papē ¶ Tertio sepat excōmunicatus ab ecclesie suffragio. Dicit enī Apost. Ro. xii. Omnes sumus unū corpus in xp̄o. s. misticū & spūale. Clarū est enī q; mēbrū sepatū a corpore non recipit partem nutrimenti quod p cibū assumitur. Cibus hic corporis sūt orationes & alia bona que fiunt in ecclesia ¶ Sed excōmunicatus est membrum sepatū ab ecclesia. Dicit enim August. xi. q. iii. c. Oīs xp̄ianus.

UVA. BHSC. IyR_021

Dilectiſſimi q a ſacerdotibuſ excõmunicatur ſathene traditur quia .ſ. extra eccleſiam eiicitur. Et de hac etiã loquitur .xxiii. q .iii. c. Apoſtolice .c, Tã ſacerdoſ. c. Secande. Et.c. Corripiãt Ex quo excõicatuſ non habet ptẽ bonoꝝ que fiũt a fidelibuſ ¶Vnde diaboluſ habet maiorẽ poteſtatẽ ſeuiendi in eũ. Quarto ſepatur a diuino officio Vnde Iſidoruſ .xi .q .iii .c. Cũ excõi/ cato .dicit. ꝙ .non licet cum illo orare. ꝓpter qđ dicit. Ray .in ſũma & alii doctoreſ. ꝙ ſi excõmunicatuſ ẽ in eccleſia qñ dicitur diuinũ officiũ debet admoneri ut exeat. Et ſi exire nolit uiolẽ/ ter debet emitti ¶Et ſi fieri non poteſt dimitti debet officiũ quo/ uſq; exeat etiã miſſa ſi nõdũ incepit canonẽ ¶Secuſ ſi incepiſſet quia tũc debet ꝓſequi uſq; ad cõionẽ ſumptam & poſtea reſiduũ exeundo in ſacriſtiam dicere. hoc uero intelligẽdum ẽ quando excõmunicatio eſſet notoria. Nã ſi occulta eſt nõ ẽ euitanduſ excõmunicatuſ in publico ne ꝓdatur crimen ¶Hodie tamen per decretũ Conſtantien. ꝓhibita ẽ huiuſmodi ꝓticipatio in diuiſ quo ad excõmunicatoſ dẽnunciatoſ in eccleſia & noſatim ¶Iſe tñ excõmunicatuſ ſcienter ꝓticipãſ in diuiſ nõ euadit mortale peccatũ ¶Quinto ſeparat̃ a fidelium conſortio quia non poteſt ꝓticipare cũ aliiſ fidelibuſ nec iſi cũ eo in comedẽdo uel bibendo uel ſalutãdo uel loquẽdo exceptiſ caſibuſ qui ponũt̃ .xi .q .iii .c. quoniam .in textu & in glo .de quibuſ ſuo loco plenius dicemuſ ¶Sexto ſepat̃ excõmunicatuſ a quolibet actu legitimo ¶Vnde nec teſtificari poteſt nec excuſare: nec aduocare: nec iudicare. ¶Et iudicata ꝑ eũ cũ notorium eſſet non tenerẽt nec abſoluere nec ligare nec eligi poteſt ad ꝓlaturã ſeu dignitatẽ nec eligere. ¶Solũ ad ꝓdicationẽ admitti poteſt ſicut & infideliſ ut cõuertat̃ ex doctrina aduerã penitẽtiam & obedientiã de conſe .di .i .c. ¶Eꝑuſ. Septimo ſepat̃ poſt mortẽ ab eccleſiaſtica ſepultura quia non põt ſepeliri in eccleſia uel in cimiterio ſed extra ſicut aſalia bruta ¶Nec debet deferri cũ modo cõſueto fidelũ ad eccleſiam nec poſſunt ꝓ eo fieri orationeſ ſollemneſ ſeu officiũ niſi priuſ abſolueretur poſt mortem a ſẽtẽtia ¶Quod fieri poteſt quando apparerẽt ſigna cõtritioiſ ante mortẽ & ꝙ queſiuit abſolutionẽ ¶Exemplũ eſt de illiſ ſanctimonialibuſ quaſ beatuſ Benedictuſ excõmunicauit ꝓpter loquacitatẽ ſuã que poſt mortem earum ſũt uiſe exire de ſepulchriſ & de eccleſia quando celebrabatur & dicebat̃ officiũ quaſ cum beatuſ Benedictuſ reconciliaſſet non

UVA. BHSC. IyR_021

sunt amplius uise exire sicut refert Grego. ii. dial. li. Non sint igitur xp̃iani obstinati ad obediendum spernentes ecclesiasticas censuras & cómunicationes paruipẽdentes quia ut dicitur in. c. Nihil. xi. q. iii. Nihil sic debet formidare xp̃ianus sicut separi a corpore xp̃i. A cótumacibus itaq; & inobedientibus & excó/ municatis aufert deus gratiá suã. ¶ Quam nobis et obedientibus largiat̃ in hac uita deinde perducens ad etherea regna Qui sit benedictus in eternũ & in secula seculoz. Amen.

¶ Sabbato secunde ebdomade in quadragesima. De peccato contentionis quod ut plurimũ ex uana gloria oriri solet.

¶ Sermo. xxxvii.

DIxit patri suo. Ecce tot ãnis seruiui tibi et nunq̃ mandatũ tuũ pteriui. Luce. xv. c. & in euãgelio hodierno. Propriũ est eoz qui inanis glorie uento impelluntur libenter contendere Quod uitiũ reph̃ensibile inuentum ẽ in filio seniore de quo euã/ geliũ meminit. Nolebat enĩ introire domũ sed cótendebat non solum cũ seruis sed etiam cũ genitore suo. Et qm̃ ad penitentie integritatem requiritur ut omnia uitia deponãtur ¶ Cum uero cótẽtio que ex uana gloria nasciẽ piculosa possit eẽ atq; dãna/ bilis. Idcirco de ipsa i hoc sermone dicemus de qua tria mysteria erunt declaranda. ¶ Primũ dicitur diffinitionis ¶ Scd̃m abhomi/ nationis Tertiũ determinationis.

¶ Quid sit cótẽtio & quomõ pót fieri uel ppter emulationẽ uel ppter disputationẽ uel ppter litigationẽ. ¶ Ca. i.

PRimũ mysteriũ declarandum dicitur diffinitionis. In quo quid sit contentio uideamus. Et nó loquimur de cótẽtione que est oratio ad cófutandum uel confirmandũ accómodata q color ẽ rethoricus ut dicit Tullius in rethorica. Sed loquimur de contentione put ẽ uitiũ. Et sic diffinitur secũdum Alex. in. ii. súme hoc modo. Cótentio est impugnatio ueritatis cũ cófidẽtia clamoris ¶ Est ergo cótendere uerbis cótra aliquẽ tendere. Hoc autem fieri póc tripliciter ¶ Primo ratione emulationis ¶ Scd̃o ratione disputationis ¶ Tertio ratione litigationis ¶ Primo potest aliquis contendere cũ alio ratione emulationis & inuidie ¶ Nã aliqui sũt qui ita diligũt suos & gloriam eoz ut non possit sine displicẽtia famã & uirtutes alioz audire & dicẽtibus atq; narrã/ tibus obstant et contradicunt ¶ Talis fuit contentio que fuit in Corinthis conuersis ad fidẽ quos Paulus reprehendit. Cor. i. d.

UVA. BHSC. IyR_021

Obſecro uoſ fratreſ per nomẽ dñi noſtri Ieſu Xp̃i ut id ipſum dicatiſ omneſ & non ſint in uobiſ ſciſmata. Sitiſ autẽ pfecti in eodem ſenſu & in eadem ſciẽtia. Significatũ ẽ enĩ mihi de uobiſ fratreſ mei ab hiſ q ſunt Cloeſ quia contentioneſ ſunt inter uoſ. Hoc autem dico qđ unuſqſq; ueſtrũ dicit. Ego quidẽ ſũ Pauli ego autem Apollo ego uero Cephe ego autem xp̃i. diuiſuſ eſt xp̃ſ? Et. iii. c. Cũ ſit inter uoſ zeluſ & contentio nõne carnaleſ eſtiſ & ſecundum hoĩem ãbulatiſ? Cũ enĩ quiſ dicit Ego ſũ Pauli aliuſ autem ego Apollo. nõne hoĩeſ eſtiſ? Quid ergo eſt Apollo? Quid aũt Pauluſ? miniſtri cuiuſ cui credidiſtiſ. Et unicuiq; ſicut domiuſ dedit. Ego plãtaui Apollo rigauit ſed deuſ ĩcrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat eſt aliquid neque qui rigat ſed qui incrementum dat deuſ. Exiſtimabant nãq; illi Corinthii q̃ qui a meliore & maiore eſſet baptizatuſ ille maiorem gratiam aſſe/queret quaſi hominеſ darent gratiã. Similiter etiã contẽdebãt romani et iudei cõuerſi ad fidẽ. Dicit enĩ Hieronymuſ ĩ plogo in epiſtolã ad ro. Romani qui ex iudeiſ & gentibuſ crediderũt hi ſup̃ba cõtentione uolebãt ſe alteruter exaltare. Nam iudei dicebant. Noſ ſumuſ populuſ dñi quoſ ab ĩitio fouit & dilexit. Noſ circũciſi ex genere Abraham & ſtirpe ſãcta deſcendimuſ. Noſ de egipto ſigĩſ & uirtutibuſ liberati mare ſicco p̃trãſiuimuſ pede. Noſ p. xl. annoſ expti ſumuſ mirabilia magna dei. Noſ ſoli digni fuimuſ accipe legẽ & uocẽ dei loquẽtiſ audire. Nobiſ p̃miſſuſ eſt xp̃ſ ad quoſ ip̃e uenire teſtatur. Dicit enim non ſum miſſuſ niſi ad oueſ que p̃ierũt domuſ iſrahel cũ uoſ caneſ potiuſ q̃ hominеſ appellauerit. Non ẽ ergo equum ut uoſ hodie idola deſerẽteſ cõparem in nobiſ. Ecõtra gentileſ dicebant. Quanto maiora circa uoſ dei bñficia narraueritiſ tanto maioriſ criminiſ reoſ uoſ eſſe monſtrabitiſ. Semp enĩ hiſ omnibuſ ingrati fuiſtiſ Nam ipſiſ pedibuſ quibuſ pertranſiſtiſ mare poſtea ante idola ludebatiſ. Manna uobiſ faſtidiũ fuit & ſemp in deſerto contra deum murmuraſtiſ. Sepe deũ ad irã p̃uocaſtiſ & ad ultimum xp̃m in lege & prophetiſ promiſſum occidiſtiſ. Noſ itaq; uobiſ digniоreſ ſumuſ qui ut de xp̃o audiuimuſ mox in eũ credidimuſ Ideo p̃ propbetã de nobiſ dñſ ait. populuſ quem non cognoui ſeruiuit mihi. Vnde conſtat noſ non ex induſtria ſed ex igno/rãtia deliquiſſe Hiſ ergo altercãtibuſ apoſtoluſ mediuſ inter eoſ omneſ eoꝝ contentioneſ dirimenſ ad unã cõcordiã eoſ adduxit

UVA. BHSC. IyR_021

ostendens nullū eorū meritis suis esse saluatos quia omnes iudei & omnes gētiles sub peccato tenebāt sed p dei gratiā liberati sūt. Ideo dicit Ro. ii. ¶Non est enī psonarū acceptio apud deum. Et iii. c. Non est distinctio omnes enī peccauerunt & egent gratia dei Et. xviii. c. Omnis q credit in illum non cōfundet. Non enī est distinctio iudei & greci. Nā idē dominus omniū diues ī omnes qui inuocāt illū ¶Sic & discipuli Iobānis baptiste forte cōtēdebant de Iohanne baptista & de xp̄o. Sic & quottidie contēdūt aliqui de p̄dicatoribus de doctoribus de fūdatoribus religionū & de sanctis. Pro quibus facit exemplū illud qđ ponit ī legēda Iobānis baptiste. q̄ duo doctores erant famosissimi quorū unus in magna deuotione habebat Iohannem baptistam alius uero Iobānem euangelistam ¶Cū quilibet satis sāctū suū cōmēdaret & alterum alteri preferret tandem conduxerunt se uelle facere publicā disputationē ad p̄bandum quis maior esset ¶Sed nocte p̄cedenti disputationem Iobānes baptista apparuit suo deuoto & Iohannes euangelista suo reuelantes q̄ disputationem talem dimitterent quia ip̄i bene cōcordabant in celis ita & ipsi deberēt concordari in terris & demū in supnis uiderent hanc ueritatem. ¶Scđo potest quis contendere contra aliū ratione disputationis. ¶Que secundū Alex. si fieret p̄ declatione mentis & seruato mō debito nullum esset peccatū ¶Sed si fieret ex quadam titulatione honoris & glorie ueniale peccatū esset sicut fuit in apostolis de quibus dicit Luce. xxii. facta ē cōtentio inter eos quis eorum uideret esse maior ¶Ip̄i enī tūc ut dicit Tho. ii. ii. q. xxxviii. Non contendebāt cum intentione impugnandi ueritatem quia quilibet defendebat qđ sibi ueū uidebat. Erat tamen in eorum contentione deordinatio quia contendebant de quo nō erat cōtendēdum. s. de primatu honoris. Nondū enī erant spūales sicut dicit ibi glo ¶Ideo dns conpescuit eos ¶Sed nunquid licitum est disputare cū hereticis. Ad hoc rndet Alex. in. ii. q̄ hereticus aut est ab ecclesia p̄scisus p̄pter p̄tinacē sententiā aut non ¶Si p̄mo mō tunc non est cū eo habēdum cōsilium iuxta illud psal ¶Non sedi cū cōsilio uanitatis. Et de hoc apostolus ad Titum iii. c. ait. Hereticū hominē post primā & secundam correctionem deuita. ¶Vnde hereticis post dānationem non uocantur ad cōsilium sicut patet. xxiiii. q. i. c. Maiores ¶Si uero hereticis adhuc sūt corrigibiles licitū ē cōtendere & disputare cum eis ut ad fidē reuocēt

UVA. BHSC. IyR_021

uel ut falsitas eorū alius manifestetur. Hoc autē intelligendum est de pbatis in doctrina quia piculosum esset simplicibus cum hereticis disputare. Tertio potest quis contendere contra alium ratione litigationis sicut facit̄ multi qui omnē sētentiā pximi querūt ifringere & clamorosis uocibus multiplicatióeq; uerboꝝ uolunt uincere. Et secúdum Tho. ii. ii. ubi supra. Si contentio fiat ppter notabilem impugnationē ueritatis aut iniuriam uel damnum proximi sicut facere solent procuratores & aduocati peccatum est mortale.

¶ Quod abhominandū est uitiū cōtentionis tum qa reddit hominē exosum tum ppter honorē tum etiam propter scādala que inde sequuntur. ¶ Capit. ii.

SEcúdum mysterium declarandum de contentione dicitur abhóinationis. Est enī abhóinabile ppter tria hoc uitiū. Primo ppter confusionē. Scđo propter honorationē. Tertio ppter dertuationē. Primo ppter confusionem. Contentio nāq; facit ipōs contencioso abhóinabiles & exosos hominibus similes canibus quantum ad actum & demonibus quātum ad malitiam. Quisnam non uitupabit hominē semp clamātem contendentem paratum ad omnia contradicere sententiā suam uerā uel falsam supbe & ptinaciter defendentē? Ideo Augustinus ait. Nihil est ita simile actibus demonū sicut litigare. Et puerbi. xvi. Homo peruersus suscitat liteꝫ. Et. xviii. Labia stulti miscent se rixis & os eius iurgia prouocat. Et iterꝫ. xvi. Vir impius fodit malum & in labis eius ignis ardescit. Et. xvii. c. Semper iurgia querit malus angelus autem crudelis mittet cōtra eū. Scđo abhoīanda est contentio propter honorationē. Est quidē homo qui contentiones fugit dignus honore. Vnde prouer. xx. Honor est homini qui sepat se a contentionibus. Omnes autē stulti miscēt se contumelis. Et Paulus. ii. Thi. ii. Stultas autm & sine disciplina questiones deuita scies q generant liteꝫ. Seruum autē domini non oportet litigare sed māsuetū esse ad oēs docibilem patiētem cum modestia corripientem eos qui resistūt ueritati. ¶ Quāti autē meriti sit apud deum non cōtēdere claꝝ esse potest p illud quod legit̄ in uitis patrum. q orante sancto Macbario uox insonuit ad eū. d. Nondum ad mēsuram duarū mulierum uenisti que habitāt i pxima ciuitate. Cūq; quesiuisset. Macbarius & inuenisset eas cōuersationē eaꝝ interrogauit. Ipe uero

UVA. BHSC. IyR_021

dixerũt. q̃ erant mulieres duorũ fratrũ & p̃ quinq; ãnos simul fuerant nec uerbum cõtentiosũ fecerãt. Nec unq̃ aliqua earum dicto uel facto aliã contristauerat. Quod audiens Machabeus bene edificatus recessit. Tertio ẽ abhominanda cõtentio p̃pter deuiationẽ. Ab illa siquidẽ sepe deriuant plurima scãdala odia dissensiões rixe & qñq; post uerba uenit ad uerbera. Propterea dicitur Eccle. xi. Ab una scintilla auget ignis & a doloso auget sanguis. Et. xxviii. Lis festinans effundit saguinem.

¶ Quod non est contendendum cum potẽtioribus se nec cũ diuitibus nec cũ loquacibus & linguosis ¶ Capit. iii.

Tertium mysterium contemplãdum de contentione dicitur determinatio. ¶ Nã licet non sit cum aliquo contendẽdum uerũtamen sapiẽs enumerat tria hominum genera. ¶ Primi sunt potẽtes. ¶ Secũdi locupletes. ¶ Tertii linguati. ¶ Primi cum quibus nõ est litigãdum neq; contendendũ sũt potentes. ¶ Vnde ecclesiastici viii. ¶ Non litiges cũ homine potẽte ne forte incidas in manus illius. Potentes autẽ dicũtur omnes supbi uel superiores domini p̃lati & parentes cum quibus non est cõtendendũ. ¶ Secundi sunt locupletes & diuites. ¶ Vnde ecclesiastici ubi supra dicitur. ¶ Non cõtendas cũ uiro locuplete ne forte econtra cõstituat tibi litẽ. Multos p̃didit aurũ & argẽtum & usq; ad cor regũ se extendit & conuertit. ¶ Et licet piculosũ sit cum talibus contendere uerbis. tñ piculosius est litigare factis. ¶ O quot pauperes uoluerũt cũ diuitibus i iudicio cõtendere siue p̃ possessiõibus ab eis occupatis siue p̃ pecuniis & aliis rebus usurpatis & tandẽ diuites p̃ualuerũt. ¶ Vt enĩ dicit sapiẽs p̃uer. Diuitie addũt amicos plurimos a paupe aũt & hi quos habuerit fugantur. Et Isido. xi. q. iii. c. Pauper ait. Paup dum nõ habet quid offerat non solũ audiri contẽnit sed etiã contra ueritatem opprimitur cito uiolatur auro iustitia nullamq; reus p̃timescit culpam quam redimere nummis estimat. Nec tantum paupibus uerum etiã & diuitibus huiusmodi litigia sunt damnosissima. qm̃ ut ait Crisos. li. iii. Epistolarũ. Longa questio litigantium non tã auget patrimonia q̃ euertit. ¶ Tertii cũ quibus non est contendendum sunt homines linguati & sine ratione loquentes. ¶ Vnde ecclesiastici. viii. c. ¶ Non litiges cum homine linguato & nõ struas ignẽ i ligua illius. Sunt de huiusmodi genere mulieres garule loq̃ces & litigiose. Vix una domus repit in qua nõ sit huiusmodi pestis macula. Contendit mulier

UVA. BHSC. IyR_021

núc cú uno núc cú alio ¶ Nunc cum uiro núc cú ſocru núc cum nuru nunc cum uicina ¶ Eſtq; contentio illi uelut cibuſ ¶ De hac ſapienſ prouer. xix. dicit ¶ Tecta iugiter perſtillantia litigioſa mulier. Quaſi dicat q̄ qui habitat in domo perſtillante quando uult declinare ſtillicidium in uno loco inuenit in alio ita q̄ non inuenit requiem ¶ Sic & ille qui mulierē habet litigioſā in domo Ipa ecquidē eſt uenenū amariſſimū turbāſ omnia bona ¶ Quia ut ſcribit̄ puer. xvii. Melior ē bucella ſicca cū gaudio q̄ dōuſ plena cū iurgiſ. Quiſnā ualet exp̄mere quot odia aut ſcandala exorta & in dieſ oriri uidenē inter patrē & filiū inter fratrem & fratrē inter uicinū & uicinū p̄pter contentioneſ mulier̄? Sed audiāt uiri qui ſenſu & ratione mulieres ſupare debent ſalubre. conſilium quod illiſ damuſ ¶ Si in domo ſunt duo germani ſimul cohabitanteſ & inuenirent litigānteſ uxoreſ caueant ne & ipſi. litigent. ſed potiuſ unuſquiſq; aduocet ſuam & uerbiſ uel factiſ corrigat illam p̄ut neceſſitatibuſ uiderit expedire ¶ Sic faciant uiri uxoribuſ ſic & paterfamiliaſ ſubditiſ ſuiſ Iuſtum namq; eſt inuicē ſupportare & non omni uerbo cōtrariū referre ſermonē. Ideo apoſtoluſ Eph. iiii. dixit ¶ Obſecro uoſ ego uinctuſ in dño ut digne ābuletiſ uocatione qua uocati eſtiſ cū omni humilitate & manſuetudine cum patiētia ſupportanteſ inuicem in caritate ſolliciti ſeruare unitatem ſpirituſ in uinculo pacis. Quam nobiſ largiat̄ deuſ cōcedēſ hic gratiam & in futuro gloriā. Amen.

¶ Dominica tertia in quadrageſima in mane de ira dei que efficax remedium eſſe poteſt ad inducendum homineſ ad/ penitentiam. ¶ Sermo. xxxviii.

QUenit ira dei in filioſ diffidētie. Doctoriſ gētiū uerba ſunt iſta originaliter ad Eph. v. c. & i epiſtola p̄ſentiſ dominice Efficaciſſimū remediū arbitratuſ ſū peccatoribuſ ut ad pēitētiā redeant ante illoꝝ faciem p̄ponere terribilitatem & horrorem iracundie dei. Nam ut Auguſt. ait. iiii. li. de doctrina xp̄iana. pleroſq; incrediuloſ miſericorſ dei patientia longa peccare facit intrepidoſ quia deū nō arbitrantē peccatoꝝ ſuorū ultorē. Noſ igit̄ huic piculo p̄uidere uolenteſ in preſenti ſermone de ira dei erimuſ uerba facturi. Et licet multiſ infectū guſtū habētibuſ grauia ſit huiuſcemodi uerba tamē humilibuſ & deuotiſ uidebūt animaꝝ languētium medicina. Inquit enī Auguſt. xxiii. q. iiii. c. Ipa pietaſ. Modeſtuſ eſt medicuſ furenti frenetico & pater in

UVA. BHSC. IyR_021

diſciplinato filio. Tamē nō ꝓpterea negāda ē ifirmo medicina neq; a filio diſciplina eſt auferenda. ¶ Ad hoc uocati ſumuſ ut clamemuſ & arguamuſ & deteſtemur delicta annuntiemuſq; tremenda iuditia dei. Per Iſa. enim lviii. c. Dñſ ait. Clama ne ceſſeſ quaſi tuba exalta uocē tuā & ānūtia populo meo ſcelera eorū ¶ Propterea utar uerbiſ Hiero. ad palmachiū & Occeanū dicentiſ. Adulari non poſſum ne & fratrem meū decipiam & me ſermo peuriat. Salomoniſ qui ait uerba adulatorū mollia ſunt & hic fuerunt interiora uentriſ ¶ Pro ſalute itaq; & correctione peccatoꝝ de ira dei ſecure loquimur de qua tria myſteria prīcipalia erūt cōtempläda ¶ Primū dicit contemptibilitaſ ¶ Secūdum terribilitaſ ¶ Tertiū ꝓpinquitaſ.

¶ Quod pleriq; contēnunt iram dei uel quia cogitant deum non eſſe uel quia credunt ipſum non iraſci uel quia diu expectauit illoſ deuſ. ¶ Capitulum. i.

PRimū myſteriū cōtēpläd̄ū de ira dei dicit cōtēptibilitaſ ī quo uidere libet q̄re ē ꝙ multi audiētes loqui de tremēda ira dei illam non timent ſed potiuſ ut experientia docet ridendo cōtēnunt. Et colligi poſſūt huiuſ erroriſ treſ prīcipaleſ ratiōes ¶ Prima dicit ſtulte cogitationiſ ¶ Scd̄a falſe oppinioniſ ¶ Tertia diuturne expectationiſ ¶ Prima ratio quare a multiſ non timet ira dei dicitur ſtulte cogitationiſ quoniā ſtulte cogitant deum nō eſſe ¶ Pro quibuſ querimuſ. ¶ Vtꝝ poſſit aliquiſ cogitare non eſſe deum. Et uidetur ꝙ non. ga ut ait Anſel. Deuſ ſcd̄m animi cōceptionē ē quo nihil meliuſ nihilq; maiuſ excogitari poteſt ¶ Sed maiuſ ē qd̄ nō poteſt cogitari non eſſe q̄ qd̄ poteſt. Ergo cū deo nihil maiuſ poſſit cogitari deū eſſe ita eſt qd̄ nullo modo poteſt cogitari nō eſſe. Sed contra arguit̄ ꝑ textū Iobā. dama. Dicit enī ſic. In tantum preualuit ꝑnitioſa malicia hominum ut dicāt nō eſſe deū. Et Tulliuſ li. i. de natura deoꝝ ait. ¶ Quidā dixerunt totam de diuſ īmortalibuſ opinionem factam eſſe ab hominibuſ ſapiētibuſ reipublice cauſa ut quoſ ratio non poſſet eoſ ad officium regium ducerent ¶ Rñdet. d. Boñ. di. viii. i. li. ꝙ cogitare cū aſſēſu aliquid nō eſſe pōt ꝓuenire dupliciter. Aut ex defectu ītelligētiſ. Aut ex defectu intelligibiliſ ¶ Defectuſ ītelligētiſ ē cecitaſ uel ignorātia ob quā quia ignorat rē cogitat ipſam nō eſſe. Cōtingit aūt dupliciter eſſe cognitionē de aliquo ente. ſ. ſi eſt Et qd̄ ē. Intellectuſ aūt noſter deficit ī cognitione

UVA. BHSC. IyR_021

diuine ueritatis quantum ad cognitionem quid est non autem quantū ad cognitionē si ē ex hoc ait. Dama. Cognitio existendi deū nobis naturaliter est inserta. Et August. de fide ad Petrū. Nihil tantum nouit mens quantum deum esse & se. Et Vgo de sancto uicto. Sic deus ab initio cognitionem suam in homine tēparauit ut sicut nūq̄ qd eēt possit cōp̄hendi ita nunq̄ qa eēt possit ignorari. Quia ergo intellectus noster nunquam deficit ī cognitione dei si ē ideo nec potest ignorare ipsū eē simpliciter. Quia uero deficit in cognitione qd est ideo frequenter cogitat deum esse quod non ē. sicut idolū uel creaturā uel nō esse quod ē sicut deum iustum. Scd̄o potest cogitari aliquid non esse per defectum a pte intelligibilis & huiusmodi defectus potest esse duplex. Aut defectus pñtie. Aut defectus euidentie. Defectus pñtie utpote quia nō sēp nō ubiq; non ubiq; totaliter quod non semp ē sed aliquādo ē aliquādo non aliquādo uero pōt cogitari nō esse. Similiter de eo quod nō est ubiq; qa eadē ratione qua pōt cogitari non esse hic. pōt cogitari non esse alibi. Similiter etiā de eo qd̄ scd̄m ptē adest scd̄m ptē abest. Deus aūt ē totus & ubiq; & semp ideo nō potest cogitari non esse. hanc rationem assignat Ansel. i. li. Cōtra insipiētem. Nō solū ꝓpter defectum pñtie pōt aliquid cogitari non esse sed & ꝓpter defectū euidētie quia nō est euidens in se & in ꝓbando Sed deum esse est ueritas euidēs in se & in probando in se qa ē quo nihil maius excogitari potest. In probando uero quia & ductu rationis hoc ꝓbarunt philosophi ergo nō pōt cogitari nisi insipienter & stulte q̄ non sit deus. Vnde Dauid in psal. ait. Dixit insipiens in corde suo nō ē deus. Stultus ergo ē qui cogitat uel dicit nō ē deus quem cōfiteē intellectus rationis naturale lumen. Vnde Bern̄. in li. de diligēdo deū. Inexcusabilis ē omnino infidelis si nō diligit deum toto corde. Clamat nēpe intus eius ínata iustitia quia se ex toto illū diligere debet cui se totū debere non ignorat. hec ille. Clamat deū esse omnis creata natura angeli homines celū & terra & omnia que in eis sūt. Vnde August. in li. De utilitate credēdi ait. Non enim frustra intueri oportet & mirari ordinem celi pulchritudinē syderū uicissitudines tēporū in quorū cōsideratiōe nō curiositas ē exercēda sed gradus ad eterna faciendus. Et Iob xii. Interroga iumēta & docebūt te & uolatilia celi & indicabūt tibi Loquere terre & respondebit tibi & narrabunt pisces maris

UVA. BHSC. IyR_021

Quis ignorat ꝙ oĩa hec manus domini fecerit? Mirabiliſ certe in tãta rerꝫ uarietate ordo reperitur. Eſt quidem ordo ſitualis ſiue localis qa quelibet creatura tenet ſuũ locũ ſcd̃m ſuã dignitatẽ. Nam terra & terrena ſicut uiliora in imis locata ſunt. Aqua ut dignior ei p̃eminet. Aer ut perfectior ſuperior eſt & ignis ita actiuus & callidus a nobis elongat̃ ſuper alia elementa ſituatus. Celi incorruptibiles. Sol & luna & ſtelle lucentes in ſuis ſperis altiſſime collocate ſunt. Et celum empirreum nobiliſſimum ubi gaudent ſãcti cũ xp̃o ſup̃mũ omniũ ẽ. Subſequit̃ & aliud ordo qui tẽpus p̃ot dici. Ordinatiſſime enĩ ſol facit curſũ ſuum p̃ ſigna zodiaci infra ánum integrũ. Et ſic tranſeũt tẽpora ueris eſtatis autũni hyemis cum effectibus ſuis. Tranſeunt & dies naturales eadẽ tẽporis menſura ad motum primi mobilis cõpletũ & ea que in hyeme mortua uidebantur in uere reuiuiſcunt & in eſtate fructificãt. Predicat inſup deũ eſſe ſacra ſcriptura tam ueteris q̃ noui teſtamenti & omnis ſcriptura & philoſophorꝫ & poetarꝫ omniumq; gentilium. O qualis dementia illorꝫ ergo qui tante ueritati acquieſcere nolũt. Tales utiq; ſunt qui dei iracũdiã nõ formidant. Scd̃a ratio quare a multis non timetur ira dei dicit̃ falſe opinionis. Mã cũ multi negare nõ poſſit eſſe deũ opinãt tñ falſe ꝙ in illo ira cadere nõ p̃ot. Dicunt nãq; deũ eſſe clemen/ tiſſimũ iram uero clementie fore cõtrariã ideo nec in deo cadere poſſe. Pro quibus dicit lact. in principio li. de ira dei. Aduerti ſepe Donate plurimos id exiſtimare ꝙ nonnulli philoſophorũ putauerunt non iraſci deũ quoniã beneficia ſit tñmodo natura diuina nec cuiq̃ nocere p̃ſtantiſſime atq; optime cõgruat ptãti. Arguunt & ſcd̃o mõ tales qa nulla paſſio cadit in deo ſed ira eſt paſſio quedã. ergo non cadit in deo. Tertio cõfirmũt errorem ſuũ quia omne peccatũ a deo eſt remouendũ. ſed ira eſt unũ ex ſeptẽ uitiis capitalibus: ergo eſt a deo remouẽda. Verũtñ cõtra ſic tenẽtes ſũt auctoritates & dicta ſiue ſcripture ſacre ſiue gẽti/ liũ & moraliũ philoſophorꝫ. Vnde Exodi. xv. In multitudine glorie tue depoſuiſti omnes aduerſarios noſtros. Miſiſti irã tuã que deuorauit eos. Et. xxxii. c. Moyſes ad deum orans ait. Qui/ eſcat ira tua & eſto placabilis ſuper malitia populi tui. Et. iii. Regum. xxii. Magna ira dei ſuccẽſa ẽ cõtra nos. Et Deutero. xi. c. Iratus dominus clauſit celũ & pluuie nõ deſcendunt. Et. ii. paralip. xii. dicitur de filius Iſrahel. Quia humiliati ſunt auerſa

UVA. BHSC. IyR_021

eſt ab eiſ ira domini. Et. xxiiii. c. Facta eſt ira dei cõtra Iudã & Hieruſalem. Et Iob. ix. c. Deuſ cuiuſ ire reſiſtere nemo põt. Et Dauid in pſal. ii. Apprehẽdite diſciplinã ne quãdo iraſcatur dñſ. Et pſal. vi. Dñe ne í furore tuo arguaſ me neq; in ira tua corripiaſ me. Et pſal. xvii. Fũdamẽta mõtium cõturbata ſunt & cõmota ſunt qm̃ iratuſ ẽ eiſ. Et pſal. lxxvii. Ira dei aſcendit in Iſrabel. Et pſal. lxxviii. Effũde irã tuã in gẽteſ que te non nouerũt. Et pſal. lxxxix. Quiſ nouit ptãtẽ ire tue & p timore tuo iram tuam dinumerare. Et Eccleſiaſtici. v. Ne dicaſ corã angelo nõ eſt prudẽtia ne forte iratuſ dñſ diſſipet cuncta opa tua. Et Iſa. v. Iratuſ eſt furor domini in populo ſuo. Et Iſa. iiii. Plangite & ululate qa nõ eſt auerſa ira furoriſ dñi a nobiſ. Et Treñ. iii. Cõpleuit domiuſ furorẽ ſuũ & effudit irã ídignatiõiſ ſue. Et Oſee. v. Effundam quaſi aquã irã meam. Et Nauũ. i. Vlciſcenſ dominuſ in hoſteſ ſuoſ & iraſcenſ inimiciſ ſuiſ. Et. Ro. i. Reuelat̃ ira dei de celo. Et Ro. iii. Nunqd iniquuſ eſt deuſ qui infert iram. Et. i. Theſa. ii. Peruenit ira dei ſuper illoſ uſq; in finẽ. Et Apoc. xv. Cõſumata eſt ira dei. Et. xvi. c. Audiui uocẽ magnã de celo dicentẽ ſeptẽ angeliſ Ite & effundite ſeptem phyalaſ ire dei in terrã. Et Valeriuſ Maximuſ li. i. Lento. n. gradu ad uindictã ſui diuina procedit ira tarditatemq; ſupplicĩ grauitate cõpenſat Et Ouidiuſ de arte amãdi. Flectitur iratuſ uoce rogante deuſ. Et Auguſt. xviii. de ci. dei. c. xii. Apollini delphico inſtituti ſunt ludi muſici ut placaret̃ ira eiuſ qua putabant afflictaſ eſſe ſterilitate grecie regioneſ quia nõ defẽderũt tẽplum eiuſ qđ rex Danauſ cum eaſdem terraſ inuaſiſſet bello incendit. Et í. i. li. ubi ſupra. c. ii. dicit de Iunone que apud gẽtileſ colebat̃ p dea. Apud Virgiliũ nẽpe Iuno inducitur infeſta Troyaniſ Eolo uentoꝝ regi abuerſuſ eoſ irritãdo dicere. Gẽſ inimica mihi tyrrenum nauigat equor Illium in italia portanſ uictoſq; penateſ, hec ille. Et Idẽ Virgiliuſ cõmẽorat í prícipio i. li. Eneidoſ ob irã Iunoniſ Eneã pfugum fuiſſe cum reliquiſ Troyaniſ. d. Arma uirũq; cano troye q primuſ ab oriſ Italiam fato pfuguſ lauinaq; uenit Littora. multũ ille & terriſ iactatuſ & alto Vi ſupeꝝ. ſcene memorem Iunoniſ ob irã. Ac Valeriuſ maximuſ li. i. Rubrica de neglecta religione multa narrat de iratiſ diuiſ. Noſ uero talia exẽpla nõ inducimuſ ut erroreſ gẽtiliũ cõprobemuſ ſed tãtũ ut oſtendamuſ q; etiã ſcdm illoſ ira ponenda

UVA. BHSC. IyR_021

ſit in deo. Pro ſolutione itaq; obiectoꝝ tria ſũt notãda. Primũ ſcd̃m Boñ. i. iii. ſen. di. xxxiii. & Ric in. iiii. di. xxvi. & Tho. i. pte di. xxii. q̃ quãdocũq; dicitur aliquid de deo quod in nobiſ denotat paſſionẽ de deo dicitur ſcd̃m effectum & non ſecundum paſſionis defectũ Odium ergo amor ira & ſimilia que in nobiſ ſũt paſſiones in deo dicũt ſcd̃m effectũ quo ad noſ ut tũc dicat odire cum effectum odii nobiſ exhibet. tunc iraſci cũ effectũ ire nobiſ oſtendit. Ipe aũt deuſ ſtabiliſ manens ſine paſſione aliqua dat cũcta moueri. Scd̃m notandũ q̃ non oñia que ſcd̃m nomẽ ſonãt uirtutẽ dicunt uirtutẽ in re nec omnia que ſecũdũ nomen ſonãt uitiũ dicunt illud in re. Propterea inquit Iuuenaliſ. Fallit enĩ uitiũ ſpecie uirtutiſ & umbra. Et Seneca ad Lucillũ. Vitia in nobiſ ſub uirtutũ nomine repũt. Et Gregori. xxxxi. di. c. Sepe uitia ait. Sepe uitia ſe ingerũt & uirtuteſ eſſe mentiũtur ut tenacitaſ parſimonia effuſio largitaſ crudelitaſ zeluſ iuſtitie remiſſio pietaſ uelit uideri. Ideo non omne qd̃ dicit ira uitiũ ẽ aut peccatũ. Tertiũ notandum ſecundum Boñ. in. iii. di. xv. q̃ triplex ẽ ira. Quedam ẽ p̃ter rationiſ imperiũ primuſ. ſ. iracũdie motuſ. Scd̃a ira eſt cõtra rationiſ imperiũ qñ quiſ cõcitatuſ in iram paſſioni rationem ſubiicit ſequit̃q; inordinate impetum ire. Tertia ẽ ira que ẽ ſcd̃m rationiſ imperiũ qñ quiſ iraſcit̃ ſecundũ quod merito iraſci debet. Sic merito iraſcuntur patreſ filiuſ ipiſ & p ut exigit illoꝝ malitia ſordinate corrigunt eoſ. ſic iraſcunt̃ p̃lati & dñi quilibet ſubditiſ inobediẽtibuſ. Sic iratuſ fuit xp̃ſ qñ eiecit omneſ uendẽteſ & ementeſ de tẽplo. Dicimuſ ergo q̃ deuſ qui ẽ clemẽtiſſimuſ ſine ſui mutatione ſine paſſione ſine peccato ſua exigente iuſtitia iraſcitur ſepe pccatoreſ obſtinatoſ in ira cõculcãſ qñ eiſ effectuſ ire demõſtrat. hi ſunt guerre peſtilentie tempeſtateſ grãdineſ ſterilitateſ terre fameſ terremotuſ terroreſ de celo & ſigna magna. O p̃ſũptuoſi peccatoreſ audiuiſtiſ iam q̃ falſa ẽ opinio ueſtra. Dicebatiſ enĩ q̃ nõ iraſcit̃ deuſ. Et ecce tot p̃conia ſcripturaꝝ clamãt irã dei ab oñibuſ eſſe timendam. Tertia ratio quare a multiſ nõ timetur ira dei dicitur diuturne expectationiſ. Cõſueuit equidẽ deuſ ꝓpter lõganimitatẽ ſuam ſufferre peccatoreſ iniquoſ p tẽpora longa ut ſic per dulcedinẽ eiuſ attrahãtur ad penitẽtiam. Sed inde multi ſumunt audatiam & deterioreſ facti iram dei nõ exiſtimãt Verũtñ ut ait Hiero. in expoſitione Hiere. Quãto maior eſt numeruſ tempoꝝ q̃buſ

UVA. BHSC. IyR_021

obliuiſcimur deū. tāto maior ē pena peccati qđ nec lōgitudine tempoꝝ potuerit edomari.

¶Quod terribiliſ eſt ira dei eo ꝙ ſeuit in puuloſ & in iuſtoſ atq; orationeſ ſuplicatiū ſpernit & abhoſabit. ¶Capit. ii.

SEcūdū myſteriū cōtēplandū de ira dei dicit terribilitaſ. Cōſiderādū nāq; eſt. ꝙ cū iraſcit deuſ & puocatur etiā ad tempaliter flagellādum hoieſ ſibi rebelleſ ſeueruſ eſt & terribiliſ ualde maxīe ꝓpter tria. ¶Prīo ꝓpter puuloꝝ punitionē. ¶Scđo ꝓpter iuſtoꝝ afflictionē. ¶Tertio ꝓpter orationū deteſtationē. ¶Primo deuſ iratuſ eſt terribiliſ ꝓpter puulorū punitionē. ¶Punit nāq; puuloſ pueroſ & innocenteſ ꝓpter peccata pntiū. Perierūt nempe & ſuffocati ſūt i diluuio omneſ infātеſ & puuli quotquot repiebātur in mūdo. Aduſti ſūt in ſodomiſ & īcendio concremati omneſ qui erāt in uteriſ matrū & qui ſugebant ubera. Et tamē ſepiuſ uexatur munduſ aut fame aut peſtilētia aut qualibet alia aduerſitate que non niſi ꝓpter peccata ueniunt puuli q ea non cōmiſerūt punitū ꝓ illiſ. O formidabiliſ dei iuſtitia. O tremēda dei iracūdia cur eoſ qui te nō leſerūt exterminaſ? puuloſ cur tā acriter puniſ? Et reſpondebit tibi ꝓtinuſ. ꝙ ꝓpter peccata pntiū. ¶Sed hic oritē dubium. ¶Vtrū filii ꝓpter peccata parentū puniri poſſint. Et uidetur ꝙ nō Nā ꝑ Ezechielē. xviii. c. Deuſ dixit filiuſ nō portabit iniquitatē patriſ & pater non portabit iniqtatē filii iuſtitia iuſti ſup eū erit & impietaſ impii erit ſuper eum. Et extra de hiſ que fiunt a maiore ꝑte capituli. c. Queſiuit in glo. dicitur. ¶Peccata ſuoſ debent tenere auctoreſ. Et idē. C. de peniſ l. ſancimuſ. Et. C. Ne uxor ꝓ marito. l. Ob maritoꝝ Et xi. q. iii. c. Illud. Et de ſen. excō. c. A romana. ſ. Vltro. Et. lvi. di. c. Satiſ. Et Auguſtinuſ ait. i. q. iiii. c. Nulliuſ. Nulliuſ crimen maculat neſciētem. Ad hoc facit ibidē. c. Placuit &. c. Iudei. ¶Sed cōtra arguit quia exodi. xx. Deuſ dixit. Ego ſum dñs deuſ tuuſ fortiſ zeloteſ uiſitāſ iniquitatē patrū in filiiſ in tertiā & quartā generationē eoꝝ qui oderūt me. Ad idē facit. c. ¶Vergētis. Extra de hereticiſ. Et idē habet extra de filiiſ p̄ſbiteroꝝ nō ordinādiſ c. i. c. Ad preſentiam. c. Preſentiū. c. Cōquerēte. Et. c. Quoniā Et. i. q. iii. ſ. ¶Item dicitur Chā peccāte Chanaā filiuſ eiuſ maledicitur. Rñdet dñs Boñ. di. xxxiii. ii. li. ꝙ duplex ē punitio. Vna eterna alia tēpaliſ. Filii nō puniūtur ꝓ peccato pentum pena eterna. ¶Vnde Anſel. de conceptu uirginali dicit. ꝙ puuli

UVA. BHSC. IyR_021

nó damnantur ꝑ culpa Ade tm̃ ſed ꝑ culpa ꝓpria quam habẽt licet non habeãt eam agendo ſed contrahendo. Puniunt̃ tamen filii ꝑ peccato pentũ pena tẽporali eo ꝙ filii ſunt aliquid patris Et hoc patet ꝑ ſacrã ſcripturam in pluribus exemplis. Ideo dicit Gregor. i. q. iiii. c. Paruulos. Paruulos ſodomitaꝝ nó excuſauit ignorantia quin ꝑ paterno ſcelere cleſti igne conſumerentur. Sed hoc igne pena illis diminuta ẽ quibus ſucceſſio paterni ſceleris ẽ adẽpta Pariter etiã demóſtratũ ẽ peccatis pentũ puulos aliquando corporaliter flagellari ¶ Scđo deus iratus eſt terribilis ꝓpter iuſtoꝝ afflictionẽ. Affligit etiã & ſepe bonos cum malis. Sed dubitatur hic ¶ Vtrum poſſit eſſe in aliquo pena ſine culpa. Et uidetur ꝙ nó qa Hieroniꝰ ait. Quicquid patimur peccata noſtra meruerũt. Et Grego. dicit in collecta. Nulla eis nocebit aduerſitas ſi nulla dominetur iniquitas ¶ Sed contra eſt illud Iob xvii. Non peccaui & in amaritudinibus moratur oculus meus. Et Iohã. ix. Quis peccauit, hic aut pentes eius ut cecus naſceret? Et rñdit xp̃s. Neq; hic peccauit neq; parẽtes eius. Et exponit Auguſt. ꝙ hoc non dicitur quia nó peccauerit ſed quia cecitas non erat pena peccati. Preterea ꝑ peccato originali non meret quis niſi ſemel mori ¶ Sed Lazarus nó tantũ fuit mortuus ſemel ſed bis ergo uidetur ꝙ aut mors prima aut ſcđa fuerit ei abſq; merito peccati inflicta. Itẽ xp̃s nullũ habuit peccatũ & tamen in eo fuit pena. Rñdet Boñ. di. xxxvi. ii. li. ꝙ malũ pene dupliciter poteſt ordinari ¶ Vno mó ad malum culpe quod puniendo ordinat. Alio mó ꝛ cóparatione ad bonũ quod deus elicit ex illa pena ¶ Si ergo aliqua pena infligat cuius ordinatio pricipaliter cóſiſtat in comparatione ad malum culpe puniendum neceſſe eſt aliquã culpam p̃ceſſiſſe. nec tãtum p̃ceſſiſſe ſed etiam aliquo mó cómunicari inſeparabiliter ¶ Pena enī aut ẽ directe ordinata ad puniendum aut eſt ordinata principaliter ad malũ excludendũ. ¶ Primo mó ẽ pena infernalis ¶ Scđo mó ẽ pena purgatoria ¶ Prío mó requirit pena preſentiam culpe ſcđm deformitatẽ & maculã ¶ Scđo mó requirit culpe p̃ſentiã ſcđm reatũ & ſequelã ¶ Si autẽ pena infligatur pricipaliter ꝓpter ordinẽ quem habet ad bonũ qđ inde elicitur. Aut ergo ꝓpter bonũ propriũ ¶ Aut propter alienum ¶ Si ꝓpter bonum propriũ ſic requirit ꝙ in ſubiecto illo aliqñ fuerit culpa & ꝙ poſſit eſſe de futuro ¶ Si autẽ ꝓpter bonũ alienũ ſic ſufficit pene ut fuerit culpa in alio q̃ in eo q̃ punitur

UVA. BHSC. IyR_021

in eo Videlicet ꝑ quo pena illa ſuſtinetur per quē modū fuit in xp̄o cuius morſ & paſſio ordinata erat ad redimēdum genus humanū & liberandū & repandum alapſu in quem ceciderat ex peccato primi parētis & ſic patet ꝙ oīs pena aliquo mō reſpicit culpā ¶Sed quedā ut pñtem in ſe utpote pena infernalis. Quedā ut preteritam in ſe ſed preſentem in reatu & ſequela ſicut pena purgatoria. Quedā uero ſolum ut ꝓteritā & hoc in eo qui púnt Et ſic ē omnis pena iuſtoꝝ excepto xp̄o ¶Quedā uero reſpicit culpam nō in ſe ſed in alio ſicut in xp̄o. Pót etiā pena ordinari ad bonū quod inde elicitur ¶Et ſic pót eſſe in aliquo ſine culpa talis pene meritoria quia illud malum pene recōpenſat ꝑ maius bonū quod inde elicit̄ ſicut patet in ceco nato ĩ Iob in Lazaro in Thobia & in quolibet uiro iuſto. hec Boñ. Alex. autē in. iii. ſume allegando Iobā. Dama. dicit Concedit deus iuſtū incidere in calamitates ꝓpter multas cauſas ¶Prima eſt ut eā que in ipſo latet uirtutē aliis manifeſtā faciat ut Iob. i ¶Scda ē ut non ex recta cōſciētia cadat ꝑ ſuperbiā ut in Paulo. ii. cor. xii ¶Tertia ut alii erudiāt ut in Lazaro & diuite Luc. xvi ¶Quarta ꝓpter gloriam dei ut in ceco nato. Ioban. ix ¶Quinta propter zelum alterius ſiue imitationē ut gloria eius qui paſſus eſt magnificata ĩ pugna alius paſſio fiat ſpes future uite ut ĩ martiribus ad heb. xi. c ¶Proptrea dicit Auguſt. li. i. de ci. dei. c. viii. hec cū ita ſint boni & mali piter afflicti ſunt non tamē ideo diſtincti ſunt quia diſtictū nō ē qđ utriq; ꝓeſſi ſūt. Manet enī diſſimilitudo paſſoꝝ in ſimilitudine paſſionū. Et ſub eodem tormēto nō ē idē uirtus & uitiū ¶Nā ſicut ſub uno igne aurū rutilat palea fumat & ſub eadem tritura ſtipule cōminuūtur frumēta purgātur ita una eadēq; uis irruēs bonos ꝓbat purificat eliquat malos dānat uaſtat & extermiat ¶Vnde ĩ eadē afflictione mali deū deteſtāt atq; blaſphemāt boni autē ꝓcātur & laudāt ¶Tertio deus tratus eſt terribilis eo ꝙ qñ poſt diuturnā expectationem ꝓuocatur ad iracundiam non exaudit obſtinatorū uccs peccatoꝝ pro ut plene diximus in ſermone de impedimentis orationis.

¶Quod cognoſcitur ira dei ꝓpinqua tū cū peccata ſūt cōſu/mata tū cum peccatores ſunt obſtinati tū cū illam ꝓphete & amici dei ꝓnuntiant & cōminantur. ¶Capit. iii.

QVertium myſteriū cōtemplandū de ira dei dicitur ꝓpiqtas quāuis enī neſciamus certitudinaliter qñ propinqua ſit ira

UVA. BHSC. IyR_021

dei ad flagellandum peccatores possumus tamen id cognoscere ex coniectura signoꝝ. Sunt aũt de hoc tria principalia signa. ¶ Primũ peccatoꝝ cõsumatio ¶ Scd'm populoꝝ obstinatio ¶ Tertiũ ꝓphetaꝝ anunciatio ¶ Primũ signũ ad cognoscendũ seu timẽdũ ne ꝓpinqua sit ira dei ẽ peccatoꝝ cõsumatio ¶ Quãdo cõsumata sunt peccata & impleta ẽ mensura ¶ Possũt aũt notari septẽ signa cõsumationis peccatoꝝ quibus signis adimpletis nihil aliud nobis expectãdũ & timẽdum est q̃ ira uindicta flagellũ & ultio dina. ¶ Primũ est horribilitas peccatoꝝ multoꝝ ¶ Secundum multitudo peccantiũ ¶ Tertiũ impunitas manifestorum scelerum ¶ Quartũ aũaduersio in peccatis ¶ Quintũ affectio ad scelera ¶ Sextũ studiũ peccãdi ¶ Septimũ lõga ꝑseuerãtia in peccatis ¶ He conditiones explicãtur gen̄. vi. c ¶ Prima conditio seu primũ signum quia in mũdo tempore diluuii erant magna peccata & horrenda nimis ꝓpterea dicit ¶ Videns aut̃ deus q̄ multa malitia Quod uerbũ manifeste ostẽdit horribilitatẽ & turpitudinẽ multorũ peccatoꝝ. ¶ Scd'o cõmuniter homines talia perpetrabant ꝓpterea subditur hominũ ¶ Tertio ĩsuper peccata illa inuerecũde & ĩpune fiebãt. ideo subiunctũ ẽ. Esset ĩ terra idest manifesta erant & ĩpunita. ¶ Quarto fiebant peccata tota mentis aũaduersione. ideo additur Et cuncta cogitatio. s. nõ ptim non diuisim sed in malis integra & cõiũcta ¶ Quinto fiebãt tota cordis affectione. ideo subditur. cordis. Sexto ꝓpetrabãt toto studio, ió subdit. Intenta esset ad malũ ¶ Septio fiebãt ꝑseuerãter ꝓpterea addit. Omni tẽpore. ¶ Timeo satis ne hec signa uerificent in nobis ¶ Tẽpore nãq̄ isto nefandissima scelera cõmitti solent nec a paucis sed a multis neq̄ puniuntur aut corriguntur. q̃m illi ad quos spectat corrigere uel punire deteriores sunt aliis ¶ Et non est ueritas nõ iustitia neq̄ rectitudo ĩ filiis hominũ fiũt pecata cũ omni aduersione mẽtis cũ omni affectione studio ac ꝑseuerantia ¶ O fatui populi. Cur non timetis? Cur non expauescitis? Cur ad penitentiam redire negligitis? Audite psal. dicentẽ. Nisi conuersi fueritis gladiũ suũ uibrabit arcũ suũ tetẽdit & pauit illum ¶ Scd'm signũ ꝓpiqtatis ire dei dicit populorũ obstinatio. Quãdocũq̄ populi peccatores obstinãtur & obdurantur in corde non moti beneficiis dei non cõminationibus nõ ꝓdicationibus non signis non demq̄ ullo alio mõ signũ forte ẽ q̄ ꝓpe ẽ eis flagellum dei ¶ Est de hoc exẽplũ obstinatissimi populi iudeoꝝ quẽ deus deleuit ꝓpter obstinationẽ

UVA. BHSC. IyR_021

ſuã. Nã poſt multa mala a iudeis ꝑpetrata xp̃s uiuens in carne
in medio ip̃oꝝ uocauit eos ad penitẽtiã uita miraculis & doctria
Ip̃si uero noluerũt audire ip̃m. In dominica autem oliuarũ cum
introyſſet Hieruſolimã ut dicitur Luc. xix. ¶ Videns ciuitatẽ
fleuit ſup illã dicẽs. O ciuitas ampla ¶ O ciuitas regia. O ciuitas
digna plena populo affluẽs diuitiis & abũdans peccatis ¶ Veniẽt
dies in te & circũdabunt te inimici tui uallo & circumdabunt te
& coangustabũt te undiq; & in terrã ꝓsternent te & filios tuos
q; i te sũt & nõ reliquẽt i te lapidẽ sup lapidẽ eo q; nõ cognoue/
ris tẽpus uisitationis tue. Propterea dicit Hiero. in questionibus
ad Helbidiã. In tantum aũt Hierusalẽ amauit dominus ut fleret
eã & plãgeret & pendens in cruce loqueretur Pater ignosce eis
quia nesciunt quid faciũt. Itaq; ipetrauit quod petierat & datũ
est eis tempus penitẽtie usq; ad. xlii. ãnũ. Post qd̃ pseuerãtibus
in blasphemia egressi sunt duo ursi de siluis romanorũ ¶ Vespe/
sianus & Titus & eos interfecerunt atq; lacerauerunt. hec ille.
Die aũt qua crucifixus ẽ Iesus dei filius conuersus ad mulieres
que plãgebant & lamẽtabant eũ dixit ¶ Filie hierusalem nolite
flere super me sed super uosip̃as flete & super filios uestros quia
uenient dies in quibus dicetis. Beate steriles que non genuerunt
& ubera que nõ lactauerũt ¶ O saxea ¶ O lapidea ¶ O adamãtia
iudeorum corda. Nec uerbis xp̃i crediderunt nec susceperunt
testimoniũ apostolorũ q magna uirtute p̃dicabant resurrecti/
onẽ magistri sui sed in dies crudeliores facti psequebantẽ eccleſiã
lapidauerũt Stephanũ interfecerũt Iacobum iustum & Paulo
cõuerso miraculose ac ceteris p̃dicãtibus xp̃m ipiissime restiterũt
Voluit tamen deus ante q̃ iram suã inferret in eos terroribus &
signis celi illos ad penitentiã uocare. Et ut meminit Iosephus in
libris de bello iudaico & Eusebius in historia ecclesiastica & Po/
licratus in libro de nugis curialiũ. Stella quedã sub forma gladii
stare uisa est quasi iminens desuper ciuitati Cometes exicialibus
flãmis p totũ ãnũ uisus ẽ ardere Luna Eclipsim per xii. noctes
passa ẽ cõtinuas Cum die festi plurimi conuenissent octaua die
mensis aprilis noctis tempe hora nona tãtus fulgor luminis ara
tẽplũ q; circũdedit ut dies clarissimus uideret̃ mãsitq; spatio hore
dimidie. hoc qdẽ ignaris ꝓsperũ uisũ ẽ sed ꝓbos pitosq; doctores
portentum exiciale nõ latuit ¶ Ianua tẽpli que erat ad orientẽ
cũ esset ere sollido inducta tãti põderis q; uix a. xx. uiris summo

UVA. BHSC. LyR_021

conatu ſpellẽtibuſ clauderẽt repẽte hora noctiſ ſexta p ſeipam apta ẽ quáq; ferreiſ uectibuſ teneretẽ. Die. xxi. mai ppe occaſú ſoliſ uiſi ſunt curruſ & quadrige in omnem regionẽ p aerẽ ferri & armatoꝝ cohorteſ nubibuſ commiſceri ¶ In nocte pent. ſacerdoteſ ingreſſi tẽplũ ad diuina officia celebrãda primo ſenſerunt quoſdã ſtrepituſ & paulopoſt audierũt uoceſ clamanteſ. Diſcedamuſ ab hiſ ſedibuſ. añ q̃rtũ ánũ belli í die feſti tabernaculoꝝ quidam ruſticuſ & plebeuſ Ieſuſ nomine filiuſ. Ananie repente clamare cepit. ¶ Vox ab oriẽte ¶ Vox ab occidẽte ¶ Vox a q̃tuor uentiſ ¶ Vox ſuper ieroſolimã & templum ¶ Vox ſuper ſponſoſ & ſponſaſ ¶ Vox ſuper uniuerſum populum ¶ Sicq; indeſinenter die ac nocte clamabat p uicoſ & plateaſ diſcurrẽdo. Et flagellatuſ ac pcuſſuſ etiam ante iudicem flagriſ uſq; ad oſſa laceratuſ ut taceret ipẽ quolibet die cũ eiulatu ſemp illud replicabat addenſ ¶ Vbe bieroſolimiſ ¶ Vbe maſculiſ & femelliſ. Nec unquã in toc pdigiſ atq; ſignis ille dure ceruicis populuſ erroreſ ſuoſ corrigere uoluit. Ob quã obſtinationẽ altiſſimuſ deuſ í illoſ ſuã irã effudit. ¶ O quiſ explicet ſine ſingultibuſ? Quiſ audiat ſine lacrimiſ ¶ Quiſ cõſideret ſine timore ciuitatiſ Hieroſolimitane excidiũ & deſolationem ¶ Refert nãq; Ioſephuſ in. vi. li. de bello iudaico. q Tituſ & ueſpeſianuſ cũ exercitu ualidiſſimo a romaniſ miſſi in die ſollẽni paſce quãdo etiã ex circũiacẽtibuſ locis inumerabilis populuſ uerat bieroſolimã ciuitatẽ obſiderũt fecerũtq; í circuitu uallum munitiſſimũ ita ut nulluſ ciuitatem exiens illud ptrãſire poſſet ¶ Ob quã cauſam in breui ciuitaſ fame cepit urgeri tãtúq; ſualuit penuria rerũ q ppter famẽ hec que referam dicit Ioſephuſ fuiſſe mala ſecuta. Primo q ꝑdoneſ p ciuitatem diſcurrẽteſ ui intrabant domoſ & rapiebãt ſi quid ibi inueniſſent comeſtibile ¶ Scđo q filii ex ore pentũ & ecõuerſo uiolenter ſtricto guttere maſticatũ cibũ extrabebãt & uelut rabidi comẽdebant ¶ Tertio q etiam fimũ boũ aliaq; uiliſſima ſumpſerunt in cibũ ¶ Quarto q multi cõtendebant exire ut herbaſ colligerent & capiebantur a romaniſ & tantuſ numeruſ fuit captiuoꝝ ut tute cuſtodiri non poſſẽt. Qua ppter ſtatutũ fuit ut euulſis eoꝝ oculiſ aut ãputatis illoꝝ manibuſ cõpellerẽt ſic ad ciuitatẽ redire. Quito q q̃plureſ diuiteſ ne rocalia ſua puenirent ad manuſ romanoꝝ quoſ uerſimiliter credebant ciuitatẽ debellaturoſ illa deglutauerũt. Cuiuſ rei fama cũ deueniſſet ad aureſ romanoꝝ cõmouit eoſ ut exiſti-

UVA. BHSC. IyR_021

marēt captuoſ iudeoſ quoſ tenebāt gēmaſq; uētre adhuc retiere Quare una nocte duoꝝ miliū patefacta ſunt uiſcera. Sexto q̄ multi formoſi iuuenes in uia in plateis publicis in ꝓpriis domibus fame afflicti im puiſa morte cadebant. Septimo q̄ inuente ſunt mulieres que filioſ ꝓprioſ comederūt. Vnde refert Ioſephuſ de quadā. q̄ cū nō haberet ad comedendū lactentē filiū i mānibus tenēs dixit. Infeliciſ matriſ ifelitior fili i bello i fame idirepcīōe cui te reſeruabo. Veni ergo núc. o mi nate eſto cibus matri preſ/ doribus furor ſeculi fabula. Et hiſ dictis filiū iugulauit & coxit & dimidiū comedens partem alterā occultauit. Et ecce cōfeſtim p̄dones odorē carniſ cocte ſentiētes in domū irruūt & niſi carnē p̄dat morte minantur. Tunc illa detegens infantis mēbra. Ecce inquit uobis ꝓtem optimā reſeruaui. At illoſ tantus horror iuaſit q̄ nec loqui potuerunt. Et illa meus eſt inquit hic filius meum ē peccatū ſecuri edite quia prior ego comedi quem genui. Illi uero tremētes & territi diſceſſerūt. O quot erāt in ciuitate illa amara ſpectacula ubi uidebant quottidie tot moriētes. O quot infātes & pueri extendentes manū ad ubera matrū & panē petentes ad pedes illaꝝ mortui deficiebāt. O quot erāt ibi flebiles uoces. quot lamenta. quot ſingultus. quot gemitus & ſuſpiria. Clauſerat eis deus & ſtrixerat uenā miſericordie ſue. Tādē poſt biēnū capta fuit ciuitas & in predā data & muri & edificia quelibet ſolo eq̄ta Et ut Ioſephus refert. decies cētena milia iudeoꝝ fame & gladio perierūt &. ix. milia uēdita fuerūt. O ſi poſſem in talē aſcēdere ſpeculā de qua omnē Italiā cernerem omneſq; meā uocē poſſent audire profecto clamarem. O Italia plange. O Italia time. O Italia caue ne ꝓpter obſtinationem tuam in te deſeuiat ira dei. Vocauit ipe te multis annis dotauit amplis beneficiis. Miſit ad te p̄dicatores ſuos. Terruit te ſignis & p̄digiis. Sēſiſti terremotus peſtilentias & tēporis ſterilē cōditionē? Comminatus ē tibi deus? Sic. Certe hoc fecit ut te induceret ad penitentiā. Et tu in dies durior efficeris in peccatis & malitia pſeuerando. Fiūt iam ubiq; uſure publice. Oia fedata ſūt ſpurciſſimis uitiis carnis & ignomi/ nioſe ſodomie. Superbia pōparū iam occupauit omnes ciuitates & terras. Blaſphemie dei piuria mēdatia iuſtitie uiolētie oppſiōes pauperū & ſimilia ſuperabundāt. O Italia decora. O regio diuicis plena. Noli cōtemnere deū. Noli exacerbare maieſtatem eius. Tertium ſignū ꝓpinquitatis ire dei dicit ꝓphetaꝝ anunciatio.

UVA. BHSC. IyR_021

Cognoſcimuſ ppinquã dei irã quãdo p ppbetaſ ſuoſ deuſ illam pronunciat. Diebuſ autem iſtiſ multa dicuntur pronũciata per ſanctam Brigidam que ſpiritu claruit prophetico per ſanctum Methiodium & per nõnulloſ alioſ Ego autem qui dicta ipſorũ etiam originaliter legi cum illa clare non intelligam non audeo quicquã temere diffinire. Hortor tamẽ omneſ populoſ ut ceſſẽt a uia ſua mala ne forte ſi in illa pſeuerauerint repente ſupuẽiat ira & indignatio dei a qua ipſe noſ liberet qui eſt benedictuſ & laudabiliſ per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Dominica tertia ĩ quadrageſima ĩfra diẽ de uitio & peccato diſcordie qđ nullo pacto ſtare põt cũ ueritate pẽitẽtie ob qđ pẽitẽtes ab illo ſibi maxĩe cauere debẽt. ¶ Sermo xxxix.

OMne regnum in ſeipſũ diuiſum deſolabitur & domuſ ſupra domum cadet. ¶ Verba ſunt redemptoriſ noſtri originaliter Luc. xi. c. & ĩ euãgelio preſentiſ dominice. Nõ potuit efficaciuſ aut clariuſ explicari q̃ pernitioſum ſit malũ aut graue diſcordia dãnata q̃ ĩ uerbiſ domini noſtri Ieſu xp̃i q dixit cõtra phariſeoſ ¶ Et licet ſua fuiſſet intentio oſtendere demoneſ concordeſ eſſe ad omnẽ malitiam hominumq; perditionẽ uerũtñ noſ intelligimuſ diſſenſiõeſ quelibet regna ualidiſſime exterminare. Ad hoc aũt aſtutuſ diaboluſ innititur ut caritate abiecta cum diſcordiſ odiſ & diſſenſionibuſ deum omnipotentem offendamuſ ¶ Eapropter pro utilitate penitẽtium in preſenti ſermõe cõtra diſcordie uitiũ ſtilum noſtrum exacuemuſ. quoniam redemptor noſter amarũ illiuſ effectum qui ẽ regnorum deſolatio aparuit in uerbiſ allegatiſ ĩ themate ĩ qbuſ de diſcordia tria myſteria erũt declarãda uidelicet ¶ Primum dicitur originatio ¶ Scđm diſtinctio ¶ Tertiũ offenſio.

¶ Quod treſ poſſũt eſſe radiceſ uel originaleſ cauſe dãnabiliſ diſcordie uana gloria ¶ Videlicet auaritia uel ſtultitia ſiue leuitaſ. ¶ Capitulum. i.

PRimum myſteriũ declarandũ de diſcordia dicit originatio in quo uidendũ eſt que ſunt diſcordie originaleſ cauſe. ¶ Et aſſignari poſſunt treſ cauſe. ¶ Prima dicitur uana gloria ¶ Secũda dicitur auaritia ¶ Tertia dicitur ſtultitia ¶ Prima cauſa diſcordie dicitur uana gloria ¶ Scđm enĩ Gregor. xxxii. mor. ¶ Diſcordia ẽ uane glorie filia. Nã ut dicit Tho. ii. ii. q. xxxvii. Diſcordia importat quandã diſgregationẽ uoluntatũ inquantũ. ſ. uolũtaſ

UVA. BHSC. IyR_021

unius stat in uno & uoluntas alterius stat in altero. q̄ autem uoluntas alicuius in proprio sistat prouenit ex hoc q̄ aliquis ea que sunt sua prefert his que sunt aliorum ¶Quod cum iordinate fit pertinet ad inanem gloriam & ad superbiam ¶Et secundum circústantias potest esse peccatú mortale aut ueniale ¶Sed aliqs posset arguere q̄ discordia non est peccatum ¶Nam act. xxiii. Paulus posuit discordiá inter phariseos & saduceos qđ nó feciſſet si fuisset peccatú ¶Item dicit act. xv ¶Facta est dissensio inter Paulum & Barnabam. Sed Tho. Rñdit ad primum. q̄ causare discordiam per quā tollitur mala concordia est laudabile. Et hoc modo fecit Paulus. Christus etiā de seipso dic. Math. x. c. Non ueni pacē mittere sed gladium ¶Ad scđm dicit Tho. q̄ discordia que fuit inter Paulum & Barnabā fuit per accidens & non p se. ¶Vterq; enī intēdebat bonum ¶Sed uni uidebatur hoc esse bonú alii aliud qđ ad humanú defectú pertiebat nec erat talis cótro/ uersia in his que sunt de necessitate salutis ¶Sed hic oritur unum dubiú ¶Vtrú auditores diuersorú magistrorú tenentiú diuersas opiniones excusentur a peccato si opiniones suoq̄ magistrorum tenent quando non sunt bone. Et rñdet Tho. in quolibet. q̄ si diuerse opiniones doctorú sacre scripture nó sunt cótra fidē uel bonos mores absq; periculo auditores utrāq; opinionē sequi pñt. sicut uaria fuit opinio inter August. & Hiero. de obseruatione legalium ante diuulgationem euangelii. In illis uero que pertinēt ad fidem uel bonos mores nullus excusatur si sequat erroneam opinionem alicuius magistri. In talibus enī ignorátia nó excusat Alioquin ímunes a peccato fuissēt qui secuti sút opinionē Arrii Hestorii & alioq̄ hereſiarchaq̄. Nec possūt excusationē habere propter simplicitatem si í talibus opinionē erroneam sequantur. In talibus nāq; dubius r ó est de facili prestáduc assēsus sed potius ut dicit August. in iii. de doctrina xp̄ana. Consulere qui debet regulam fidei quam de scripturarum planioribus locis & ecclesie auctoritate pceperit. Qui ergo assentit opiniói alicuius magistri contra manifestum scripture testimonium siue contra illud quod publice tenet scđm ecclesie auctoritatē nó potest a uitio erroris excusari. Concordat Monalduc & Hosti. Aliqua tamē sút que aliquádo fuerunt in uaria opinione doctoq̄ antequā p ecclesiā fieret determinatio ¶Et pro illo tempore potuerunt excusari q̄ unam uel contrariam tenebant ¶Sed post q̄ determinatum ē per

UVA. BHSC. IyR_021

ecclesiam & firmata altera earū hereticū esset contrariū sentire. Sicut ē exemplum de paupertate xp̄i de qua ante Iobā. xxii. Erant uarie & cōtrarie opiniones. Vtrū xp̄s cū apostolis habuit aliquid in cōmuni. Sed determinatum fuit per ipsū Iobā. xxii. imo per ecclesiā q̄ habuit ex eo q̄ Iobā. iii. dicit. Discipuli eius abierunt in ciuitatē ut cibos emerēt. Et Iobā xii. de Iuda dicit Fur erat & loculos habens ea que mittebātur portabat. Et hoc ipsum dicitur. xii. q. ii. c. Habebat. Qui ergo contrariū asserebret pertinaciter hereticus haberetur. Addit Host q̄ quādo sūt diuersa iura & opiniones. s. nec cōtra deū nec bonos mores hūani/or sententia est preferenda ceteris paribus. extra de transac. c. Si aliasi. Standum est ei que meliori innititur rationi di. xx. §. i. Et extra de feriis. c. Capellanus. Adde etiā q̄ i his que cōcernūt forū. conscientie i dubiis tutior uia ē eligēda. extra de spō. c Iuuenis. Nec tamen defacili contraria opinio est reprobanda.

Scda causa discordie dicit auaritia. Inquit Seneca in li. de. iiii. uirtutibus. Quietissime uiuerent homines super terrā si hec duo p̄noia tollerentur. meū & tuum Et Plato i phedrone. Propter pecuniarum possessionem uniuersa bella nobis fiūt. Et Salust. in Catilinario. Imperii & diuitiarum causa bella atq; certamina omnia inter mortales sunt. Et lucanus li. iii. Certamen mouistis opes. Videmus hoc per experientiam omni die quando propter auaritiā filius discordat a patre frater a fratre & āicus ab āico.

Tertia causa discordie dicitur stultitia. Sunt namq; multi stulti & leues qui omnia credunt que a susurronibus eis dicuntur. Susurratio siquidem aptissimum instrumentū ad discordias cōmūnadas p̄terea dixit sapiēs puer xxvi. Cū defecerit lingua extinguet ignis & susurrone subtracto iurgia cōquiescunt. Et ecclesiastici xxviii. c. Susurro & biliguus maledictus. Multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos cōmouit & dispersit illos de gente i gentē. Ciuitates munitas diuitum destruxit & domos magnatū effodit uirtutes populorum concidit & gentes fortes dissoluit mulieres priuatas eiecit & priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illā nō habebit requiē nec amicum in quo requiescat Flagelli plaga liuorem facit. Plaga autē lingue cōminuet ossa hec ibi. Quisnā sufficeret enumerare discordias que exorte sunt inter ciues inter uicinos inter dominos inter populos inter uxorē & uirum inter fratrem & fratrē propter susurrantes? O lingua

UVA. BHSC. IyR_021

ignita. O lingua uenenata. O lingua immanior & crudelior oí fera peſtifera ¶ Tu lingua ſuſurronum inſtrumentum eſ diaboli Tu illiuſ ſagitta uulneranſ ¶ Tu eiuſ acutiſſimuſ enſiſ Propterea ſuſurratio ponitur íter grauia peccata que execrat deuſ de qbuſ ſapienſ dicit puer. vi. c. Sex ſunt que odit dominuſ & ſeptimū deteſtatur anima eiuſ. Oculoſ ſublimeſ. Linguā mendacē. Manuſ effundenteſ innoxiū ſanguinem. Cor machināſ cogitatiōeſ peſſimaſ ¶ Pedeſ uelociſ ad currendum in malum. Proferentem mendacia ¶ Teſtem fallacem ¶ Et eum qui ſeminat inter fratreſ diſcordiam. Sed culpabileſ adhuc ſūt illi qui a ſuſurronibuſ ſibi cauere aut neſciunt aut nolunt.

¶ Quod triplex eſt diſcordia damnabiliſ. ſciſmatice prauitatiſ ciuiliſ partialitatiſ & importabiliſ ſocietatiſ. ¶ Capit. ii.

Secundum myſteriū declarandū de diſcordia dicit diſtinctio Diſtinguitur enim triplex diſcordia damnabiliſ & piculoſa. uidelicet ¶ Prima eſt ſciſmatice prauitatiſ. Secūda ciuiliſ ptialitatiſ. ¶ Tertia íportabiliſ ſocietatiſ ¶ Prima diſcordia eſt ſciſmatice prauitatiſ ¶ Eſt autem ſciſma uitium quo quiſ ſūmo pontifici ſubeſſe recuſat & mēbriſ eccleſie ſubiectiſ communicare nó uult ¶ Sciſma ſiquidem grecum eſt nomen quod latíe ſciſſuram ſonat ut dicit xxiiii. q. i. c. Sciſma. Eſt autem peccatum mortale qa cōtrariat caritati eccleſiaſtice unitatiſ. Eſt autem differentia inter hereſim & ſciſma. quia hereſiſ opponitur directe & per ſe fidei ut dicit Tho. ii. ii. q. xxxix ¶ Et ſciſma per ſe opponitur eccleſiaſtice unitatiſ caritati. Vñ Hiero. xxiiii. q. iii. c. Inter ſciſma. Inter ſciſma & hereſim hoc arbitror intereſſe q hereſiſ puerſū dogma habet. Sciſma autē ab eccleſia ſeparat ¶ Contra ſciſmaticoſ dicit in. c. i. de ſūma trini. & fide catholica ¶ Vna eſt fideliū uniuerſaliſ eccleſia. extra quā nulluſ omnino ſaluatur ¶ Et. xxiiii. q. i. c. Loquitur ¶ Cyprianuſ ait. Loquitur dominuſ ad Petrū. Ego dico tibi quia tu eſ Petruſ & ſuper hāc petrā hedificabo eccleſiā meam ¶ Super unum hedificat eccleſiam ¶ Et quamuiſ apoſtoliſ omnibuſ poſt reſurrectiōem ſuam parem poteſtatem tribuat & dicat ¶ Sicut miſit me pater & ego mitto uoſ ¶ Accipite ſpiritum ſanctum tamē ut unitatem manifeſtaret unitatiſ eiuſdē originē ab uno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit. Ad idem eſt. ca. Alienuſ. c. Omnibuſ. c. Quoniā uetuſ priuata cauſa & queſtiōe. Sed hic oritur unum dubium ¶ Quid cum duo uel plureſ ſunt in

UVA. BHSC. IyR_021

eccleſia gerẽteſ ſe ꝑ papa & quilibet horũ habet ſuam ſequelam. ¶Quiſ eorum dicetur ſciſmaticuſ cum ſuiſ ſequacibuſ. Ratio aut conſtat aut cõmuniter tenetur ꝙ quilibet eorũ intruſuſ eſt ideſt non canonice electuſ ¶Aut conſtat unum eorũ canonice & rite electum. uidelicet a duabuſ partibuſ cardinalium & ſine uiolẽtia & poſtea aliuſ ſuperinductuſ aut dubitatur quiſ illorũ ſit canõice uel rite electuſ unuſ uel alter ¶Et in primo caſu nulluſ eorum ẽ papa ſed quilibet eorũ ſciſmaticuſ cum biſ qui ſcienter ſequuntur ipſum & excõmunicati ſunt ipſo facto ¶Extra de electione. c. Licet. Et de hoc loquitur. c ¶Si duo. lxxix. di ¶Vbi dicitur ¶Si duo forte contra faſ temeritate concertantium fuerint ordinati i ſũmoſ pontificeſ nullum ex eiſ futurum ſacerdotem ideſt ſũmũ pontificem ꝓmittimuſ ¶Sed illũ ſolũ in ſede apoſtolica ꝓmãſurũ cenſemuſ quẽ ex numero dericorũ ideſt cardinaliũ noua ordiã/tione diuinum iudiciũ & uniuerſitatiſ conſenſuſ elegerint ¶Nec obſtat ꝙ hoc ſtatuit Honoriuſ Auguſt. & ad imperatorem non ſpectat ſtatuere aliquid de electiõibuſ eccleſie ſicut nec de rebuſ aliiſ eccleſiaſticiſ ut. lxxxxvi. di. c. Bene quia ut dicitur in glo. i ꝓfato. c. Si duo. Honoriuſ fecit illud rogatu eccleſie & eccleſia approbauit. Ideo ratione approbationiſ ſtatutum illud ualet ꝗſi feciſſet eccleſia ¶Quando ergo conſtat nullum eorum canonice electum ut quia nõ a cardinalibuſ ſed ab aliiſ i quo caſu loquit ca ¶Si quiſ ex epiſcopiſ. Et. ca. Si quiſ pecunia. lxxix. di ¶Vel ſi a cardinalibuſ non tamen a duabuſ partibuſ cardinalium ut in c. Licet de electione. qui talẽ adheret uere ſciſmaticuſ eſt ¶Et ꝓ concilium prouidendum eſſet cum cardinaleſ huiuſmodi eſſent. Aliaſ ſi ipſi cardinaleſ alium eligerent ille eſſet ueruſ apoſtolicuſ. Et nota ꝙ ex hoc ꝙ electio pape ſymoniace facta eſſet a cardi/nalibuſ dũmodo aliaſ rite ceſſare nõ poteſt nec tolli qn ſit ueruſ papa. Et ſimiliter quantumcumq; criminoſuſ & irregulariſ eſſet electuſ ut dicat glo. in. c ¶Si quiſ pecunia. In ſcdo caſu. ſ. cum conſtat unum canonice electum & poſtea aliuſ ſe intrudit ſicut Corneliuſ papa q Fabiano ſucceſſit & poſt eũ canõice creatũ Nouatianuſ quidam papã ſe fecit ut dicitur. vii. q. i. c. Factuſ eſt. Et. c. Nouatianuſ. Tunc primuſ eſt ueruſ papa & ſecũduſ apoſtaticuſ & ſciſmaticuſ cum ſequacibuſ ſuiſ. Sic ſub Eugonio ii. factum ẽ ſciſma tẽpore beati Bernar. Nã ipſo Eugonio rite electo aliuſ intruſuſ eſt Sed meritiſ & labore ſancti Ber. ſciſma

UVA. BHSC. IyR_021

illud ablatū fuit remanente Eugonio in apostolica sede. Deinde sub Iohā. xxii. factum est aliud scisma. Nā cum ipse declararet fore hereticos qui assererent Christum nihil habuisse in cōmuni etiam mobile. quidam fraticelli nuncupati de opinione dixerunt ipsum papam Iohā. hereticum cum successoribus & sequacibus eius & fecerūt aliū papā Pisis. Greci aūt circa annū dñi nōgēte/ simū scisma faciētes in heresim inciderūt de spiritu sācto dānatā de sūma trinitate & fide catholica. c. i. li. vi. Sed reducti fuere ad ecclesie unitatem tempore Eugenii. iiii. In tertio uero casu cū dubium est quis horum duorum sit canonice electus puta quia electio primi dicitur facta per metum q cadit in cōstantem uiū quāuis a duabus partibus cardinalitū postmodū ab eis fit electio sine uiolentia & metu quocūq; sicut accidit casus circa annos dñi M. ccc. lxxx. Nam mortuo Gregor. xi. cardinales debentes procedere ad electionem successoris ut dicitur fuerūt a romanis cōminati. q occiderentur si non eligerent Italicum aliquē. Ele/ gerūt igit archiepiscopum barensē q tūc erat Rome exp̄mētes ei q eligebant eum ad uitandū periculum seu fingebant eligere Electo igitur illo qui Vrbanus. vi. dictus est ille ut ferē dixit. q si uolebant eum eligere uoluntarie eligerent quia intendebat esse papa. Publicato igitur Vrbano papa & a cardinalibus ipis adorato & consecrato de cōsensu eorū ac principibus xp̄iānitatis ac per eos significato q canonice esset electus. Inde ad aliquot menses ipsi recesserunt ab eo Et fugiētes ad ciuitatem fundensē que est in principio regni ibi elegerunt aliū qui dictus ē Clemēs vi. qui transtulit curiam suam in Auiane. illumq; uenerata est pro papa tota francia & hyspania & cathalonia. Alteri uero. s. Vrbano adhesit Italia alamania & ungaria perseueraūtq; hoc pessimum scisma ultra. xxx. annos. Cum ergo hic esset dubiū ex ignorantia facti quia exceptis cardinalibus & paucis aliis tunc presentibus ceteri scire non poterant si talia sic processerunt uel aliter cū diuersi diuersimode referrent & partim etiā ignorantia iuris quia dubium erat apud peritissimos utrū fuerit talis metus qui cadere posset in constantem uirum uel nō. uel etiā quia post electionem habuerunt tempus ad recedendum & non fecerunt. imo per signa expressa ostenderunt uoluntarie & libere factā electionē. In illo ergo scismate illi ꝑprie erāt scismatici q sciētes factum cōtra iura uel contra conscientiam faciebāt ducti amore

UVA. BHSC. IyR_021

uel odio uel cupiditate uel ambitione. Alii uero excusabant etiã adherendo ei qui non erat ueruſ papa quẽ tamen ipſi credebant uerum. Et quamuis una parſ excõmunicaret alterã tamen qui ſimpliciter inherebant excuſari uidebantur Durante uero illo ſciſmate poſt Vrbanum ſucceſſit ex altera parte Bonifaciuſ. ix. Bonifacio ſucceſſit Innocẽ. vi. Innocẽ. Grego. xii. Ex alia pte Clementi ſucceſſit Benedictuſ. xii. Sub hiſ autem. ſ. Grego. xii. ex una parte & Benedicto ex altera factum ẽ aliud ſciſma ãno domini. M. cccc. x. Nam recedentibuſ cardinalibuſ ab utroq; papa & conuenientibuſ piſis concilium celebrãtibuſ depoſitis illiſ duobuſ. ſ. Gregor. & Benedicto ſub ea uidelicet ratione quia dicebantur ſcandalizare facto ſuo publico totam eccleſiam cũ nõ uellent conuenire inſimul in aliquo uno loco ut promiſerant & iurauerant. Demum creatuſ eſt Piſis Alex. papa qui fuit petruſ de Candia ordinis minorum cui ſucceſſit Ioban. xxiii. Bononie electuſ. Et cum pene omneſ regeſ & principeſ Chriſtianitatis dimiſſiſ Gregor. & Benedicto obedientiam dediſſent Alexan. & ſucceſſori ſuo tamen adhuc maximum dubium erat utrum cauſa propter quã creatuſ fuit Alex. uidelicet qa Greg. & Benedictuſ ſcandalizabant eccleſiam eſſet uera. nihilominuſ ex q̃cumq; triũ partium quicumq; ſimpliciter credebat ſuum uerum papã & non aliqſ motuſ conſcientie dictamine paratuſ etiam adherere alteri ſi hoc ſibi conſtaret excuſatuſ creditur a uitio ſciſmatis & ſẽtẽtiuſ eiuſ cuius ſignum eſt q; i q̃libet obedientia erant multi pitiſſimi & ſancti uiri. Nã ſub Vrbano & Bonifatio fuit ſancta Brigida & ſancta Katherina de ſenis. Sub Clemente & benedicto ex alia pte fuit beatuſ Petruſ de Luciburgo clariſ miraculiſ Sub Benedicto etiam fuit ſanctuſ Vincentiuſ de ordine predicatorũ.

¶ Tandem cõgregato concilio conſtantie Gregor. prefatuſ ſpõte renunciauit per Carolum de malateſtis ſuum i hoc procuratorẽ Iohã. xxiii. fugam arripuit ſed captuſ per imperatorem reduc & tandẽ depoſituſ fuit. Benedictuſ etiã q nec uenire nec mittere uoluit depoſituſ fuit ubi creatuſ fuit dominuſ Oddo de columna cardinalis qui fuit Martinuſ papa. v

¶ Scda eſt diſcordia ciuiliſ partialitatis. quãdo ciues relicto amore cõmũis boni cõuertẽteſq; omnia ad proprium cõmodum diſcordant adinuicẽ. Nã ut iquit Ariſt. ii. Pollitice. Ciuilitas quedam cõmunicatio eſt. Et ibidẽ. pollitica eſt ordo quidam inhabitantium ciuitatẽ

¶ Quãdo ergo

UVA. BHSC. IyR_021

ciues non regũtur secundum ordinem nec sunt cõmunicatiui ad dissensiões ueniũt ¶Tales sunt hodie quasi in omnibus ciuitatibus italie tyranni quidam de quibus dici potest q̃ sapiens ait ꝓuer. xxix. Omnes homines pestilentes dissipant ciuitatem. Et ut idẽ ait. xi. c ¶In benedictione iustorum exaltabitur ciuitas & ore impiorum subuertetur Impii equidem & partiales non reipublice sed ꝓprie utilitati semper iuigilant. Cõtra quos ait Cassiodorus li. iii. Epistolarũ. Hobilissimi ciuis ẽ patrie sue augmẽta cogitare Et Tullius in primo de officiis ¶Omnino qui reipublice presunt seruent duo precepta Platonis ¶Vnum ut utilitatem ciuium sic tueãtur ut quecũq; agunt ad eã referant obliti cõmodoꝝ suoꝝ Alterum ut totum corpus rei publice curent ne dum ptẽ aliquã tueãtur reliquas deserant ¶Vt enĩ tutela sit ꝓcuratio reipublice ad eorum utilitatem qui cõmissi sunt non ad eorũ q̃bus cõmissa est gerenda est ¶Qui autem parti ciuium consulunt ptẽ negligũt rem perniciosissimam ĩ ciuitatem inducũt seditionem atq; discordiam Hinc apud athenienses magne discordie orte & in nostra re publica non solum seditiones sed etiam pestifera bella ciuilia. que grauis & fortis ciuis in republica dignus principatu fugiet atq; oderit tradetq; se totũ reipublice neq; opes aut potentiam consectabitur totamq; eam sic tuebitur ut omnibus consulat necnõ criminibus falsis ĩ odium aut iudiam uocabit omnioq; ita iustitie honestatiq; adheresset ut ea conseruet quãuis grauiter offendat mortemq; appetat potius q̃ desiderat illa que dixi ¶Miseria oĩo est ambitio honorumq; contẽtio de qua preclare est apud eũdẽ Platonem. hec ille. Nã & antiqui romani etiam ꝓpter rẽpublicã domesticas iniurias dissimulabãt Vnde Valerius maximus. li. iiii. rubrica de moderatione ¶Stagippus tociates hortantibus amicis ut grauem in administratiõe reipublice & emulũ sibi uehemẽter aduersarium sed alioquin probum & ornatum uirum qualibet ratione uel tolleret uel submoueret negauit se facturũ ne quem in tutelam patrie bonus ciuis locum obtineret malus & ĩprobus occuparet seq; uehementi aduersario urgeri q̃ patriam egregio aduocato carere preoptauit ¶In eodẽ li. Valerius rubrica Qui ex inimicis iuncti sunt amicitia aliud refert exemplum ¶Emilius inquit. Lepidus bis consul & pontifex maximus splẽdoreq; hoꝝ par uite grauitate diutinas inimicitias cum fuluio flacco eiusdem amplitudinis uiro gessit quas simul ut censores renunciati sunt in

UVA. BHSC. IyR_021

campo depoſuit exiſtimãſ eoſ non oportere priuatiſ inimicitiſ diſſidere qui publice ſũma tuncti eſſent poteſtate. O damnoſum uirus in ciuibus italie a diabolo diſſeminatum ¶Iamiam ubiq; p/ tialitates abundant propter quoſ omne bonum publicũ penituſ deſtructum eſt & euerſum oiſq; iuſticia cõculcata eſt & abiecta. ¶Tertia eſt diſcordia ſportabiliſ ſocietatiſ eoz q inſimul conuẽiũt aut i una domo aut i uicinia aut in religiõe aut in aula pricipiſ aut in quocumq; collegio qui diſcordant nec unuſ alium recto oculo reſpicere ualent eo q neſciunt ſeruare regulã Pauli dñiſ ad Eph. iiii ¶Cum omni humilitate & manſuetudine cũ paciẽcia ſupportantes inuicẽ in caritate ſolliciti ſeruare unitatẽ ſpirituſ in uinculo pacis ¶O infelix temporis huius conditio in qua ad modicum tolerare ſotiuſ neſcit ſocium. frater fratrem proximuſ proximum ſuum. Vix domuſ repitur in qua nõ regnet diaboluſ diſcordie. uix etiam ut ſic dicam aliqua congregatio eorum qui uocantur iuſti ¶Vbiq; ſecte. ubiq;. diſſenſiones. ubiq;. uolũtatũ & animorum contrarietates. O quantoſ decipit pſumptio ppria & ſui ipſius elata opinio qui dũ ſuaſ diſcordias imo & odia ignita conſiderant formant ſibi conſcientiã dñiq; zelo & caritate odire ac diſcordare ¶Taceo quod ſcio quod uidi quodue quottidie de multis qui ſancti reputantur expior ¶Vnum dico. q ubi cõcor/ dia non eſt non habitat ipſe Chriſtuſ ¶Dixit enim Math. viii. ¶Vbi fuerint duo uel treſ congregati in nomine meo in medio eorum ſum ¶Et eccleſiaſtici. xxv. Sapienſ notabiliter ẽ locutuſ In tribus inquit beneplacitum eſt ſpiritui meo que ſunt grata coram deo & hominibus. Amor fratrum. Concordia proximorũ ¶Vir & uxor bene ſibi conſentientes.

¶Quod diſcordia offendit omne bonum hominiſ. Spirituale ſcilicet Corporale & Temporale. ¶Capitulũ. iii.

CErtum myſterium declarandum de diſcordia dicit offẽſio offendit nãq; diſcordia tria deſiderata bona ¶Primum bonũ ſpirituale ¶Secundum bonum corporale ¶Tertium bonum tpale ¶Primum bonum qđ offendit diſcordia dicitur ſpirituale bonum .ſ. anime ¶Nam nullum eſt peccatum adeo graue quod non fiat diſcordantibus facile ¶Ex illa ſiquidem prouenerũt ire rixe odia inimicitie & liteſ cõtentiones mendacia periria blaſphemie homi/ cidia obſtinationes & contemptuſ ſacramentoz eccleſie. Propter illam pleriq; per ãnoſ & ãnoſ nec cõfiteri nec cõmunicari curãt

UVA. BHSC. IyR_021

¶Propterea figurata eſt diſcordia per beſtiam de qua Iohã. Apo. xiii. ait ¶Vidi de mari ideſt de amaro corde diſcordãtiũ beſtiam aſcendentem ideſt diſcordiam habẽtem capita ſeptem. id eſt ſeptẽ capitalia uitia & cornua decẽ. ideſt tranſgreſſionẽ decẽ p̃ceptoꝝ. Et ſuper cornua eius diademata decem. ideſt gloriam de malo. quoniam diſcordantes & partiales letantur in malis ſuis ¶Secundũ bonum quod offendit diſcordia dicitur corporale ¶Facit nanq; diſcordia cor diſcordantium triſte ¶Et ut dicitur puer. xvii. Animus gaudens etatem floridam facit ¶Spiritus triſtis exiccat oſſa ¶Et Eccleſiaſtici. xxix. Iocunditas cordis hec eſt uita hois & iterum ibi. Ante tempus ſenectam adducit cogitatus ¶Tertium bonum quod offendit diſcordia dicitur tẽporale ¶Vt ent Saluſt. ait in Iugurtino. Concordia parue res creſcunt diſcordia maxie dilabunt̃ur ¶Et Tullius de amicitia ¶Que domus tã ſtabilis. que ciuitas tã firma ẽ que nõ odii & diſſidii ſunditus poſſit euerti? Patet hoc p̃ experientiam in romane reipublice deſolatione ¶Cur deſtructa? Cur deſolata? Cur ad nihilum deducta romanorum gloria atq; potentia? Fatua certe falſaq; fuit opinio eorum qui dixerunt Romam defeciſſe eo q̃ ibi acceptatus ſit cultus Chriſti ob quod indignati ipſorum dii ciuitatem ipſam odio graui ſunt perſecuti. Et licet Auguſt. ſatis copioſe cõtra ſic dicentes diſputet in li. de ci. dei ¶Tamen non deſunt poete & hiſtoriographi qui dicunt romanorum regnum ampliſſimum fore deperditũ p̃pter ciuilia bella. Propterea Lucanus in principio primi ſui libri ſic cãtat. Bella per emathios pluſq; ciuilia campos Iuſq; datũ ſceleri canimus populumq; potentem In ſua uictrici conuerſum uiſcera dextra Cognataſq; acies & rupto federe regni ¶Certatum totis cõcuſſi uiribus orbis In cõmune nefas infeſtis obuia ſignis Signa pares aquilas & pila minantia pilis ¶Quis furor o ciues? que tãta lumina ferri? Gentibus inuiſis latium prebere cruorem? Cunq; ſuperba foret babylon ſpolianda tropheis Auſonius. unbraq; erraret craſſus ſulca. Bella geri placuit nullos habitura triumphos Heu quantum terre potuit pelagiq; parari ¶Hoc quem ciuiles hauſerunt ſanguine dextre. Vnde uenit titan & nox ubi ſidera fundit. q̃q; dies medius flagrantibus eſtuat horis ¶Et qua bruma rigens & neſcia uere remitti. Aſtringit ſcythicum glaciali frigore pontum Subiuga iam ſeries iam barbarus iſſet araſſet ¶Et i ſcdo li. idem ait Summũ brute nefas ciuilia bella fatemur. Quid igitur

UVA. BHSC. IyR_021

consideraꝛ romane urbis interitum. De qua dicitur. Roma q̃nta fuit ipsa ruina docet. Facile cognoscere poterit q̃nta sit discor/die uis ad nocendum ad perdẽdum ad destruendũ & ãnihilãdũ omne regnum ¶Sed adhuc nobis se offerunt exempla tot florẽ/tissimarum Ciuitatum Italie: in quibus uidentur palatiorum ruine desolationes uiarum & platearum paucitas populorum & pristine dignitatis ac felicitatis antiq; omnimoda diminutio ¶O Bononia studiorum mater ¶O Ianua regina maris ¶O Parma. ¶O Esculum ¶O Placentia. O Assisium ¶O Viterbium ¶O alie ciuitates & terre que discordiis & partialitatibus locum dediſtis. ¶Vbi est gloria uestra ¶Vbi populi multitudo ¶Vbi ãtique diuitie? O discordia maligna ¶O discordia detestanda propter illã nempe ciuis insurrexit in ciuem frater in fratrẽ. amicus in amicũ & platee ciuitatũ humano sanguine sunt madefacte atq; indies ciuitatum conditiones deteriorate eo q̃ omne regnum ut dictũ est in principio in seipsum diuisum desolabitur. a qua desolatiõe liberet nos Christus Iesus deus dei filius qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat per infinita seculorum secula. Amen.

¶Feria secunda tertie ebdomade in quadragesima de diuitiis a quarum cupiditate amoreq; inordinato retrahendi sunt penitentes qui cupiunt eternas & celestes diuitias possidere

¶Sermo. xl.

EIecerunt illum extra ciuitatem. Scribunt hec uerba originaliter Luc. iii. c. & in euangelio hodierno. Horribile satis est audire q̃ nazareni eiecerunt Christum foras materiale ciuitatem. sed multomagis detestabile est q̃ Christiani ipsum de suo corde repellant Et licet multa sint uitia atq; peccata ꝓpter que Christus a multis contemnitur uerumtamen unum est satis generale auaritia. s. propter quã pauci sunt hodie qui Christũ uelint habere ¶Vt enim dicitur Hiero. ii. c. A maiore usq; ad minorem omnes studẽt auaritie & a propheta usq; ad sacerdotẽ cuncti faciunt dolum. Est aũt auaritia ímoderatus amor pecũie ut dicit August. per pecuniam intelligendo quecũq; temporalia bona que possideri possunt. Nã. i. q. iii. c. Totũ dicit. Quicquid homines habent in terra omnia quorum domini sunt pecunia ẽ propterea ut homines ad uerã penitentiã per diuitias q̃ cõtẽptũ prouenient in presenti sermõe de diuitiis erimus locuturi in quo tria mysteria erunt declaranda ¶Primum dicitur dãnatio ¶Scdm

UVA. BHSC. IyR_021

conditio. Tertium malignatio.

Quod amor inordinatus diuitiarum reprehendit & dānat uerbo & exemplo tā a sanctis q̄ a philosophis moralibus.

Capitulum primum.

PRimum mysterium declarandum de diuitis dicitur danatio Dāmnatur siqdē nō solū a sanctis uerum etiā a gentilibus & moralibus philosophis. Et ut id clarius habeatur queritē. Vtr diuites diuitias habētes aut habere uolētes possint eternā salutē acquirere Et q̄ nō arguitur Primo per testimonia scripturaꝝ sanctarum. Deinde per dicta & exemplā philosophorum. Inqt sapiens Eccle. iii. c Si diues fueris nō eris īmunis a delicto. Et prouer. xxviii. Qui festinat ditari nō erit innocens. Et Dauid psal. xxxiii. Diuites eguerunt & esurierunt Et. i. Thi. vi. Qui uolunt diuites fieri incidūt in temptationē & in laqueos diaboli & desideria multa stulta & noxia que demergūt homines ī iteritū & perditionem. Et Iac. v. c. Agite nunc diuites plorate ululātes in miseriis uestris que aduenient uobis. Diuitie uestre putrefacte sunt & uestimenta uestra a tineis comesta sunt. Aurū & argētū uestrum eruginauit & erugo eorum ī testimonium uobis erit & manducabit carnes uestras sicut ignis. Et August. in. li. lxxxiii. questionū Cupiditis uenenū est spes adipiscendorum. Et Hier. ad Eustochium diuinis euangelium uocibus intonat. Nemo pōt duobus dominis seruire Et audeat quisq̄ Christum mendacem facere deo & mamone seruiēdo? Vociferatur ille sepe Qui uult uenire post me abneget semetipsum & tollat crucē suā & sequatur me. Et ego onustus auro arbitror me Christū sequi. Et idem ad Iulianum ait. Diuitem purpuratum gehenne suscepit flamma. Lazarus paup plenus ulceribus cuius carnes putridas lābebant canes & uix de micis mense diuitis miseram sustinebat animam in sinu Abrahe recipitur & tanto patriarcha parente letat Difficile imo impossibile est ut presentibus quis & futuris fruat bōis & hic uentrem & illic mentem impleat ut de diuitis transeat ad diuitias ut ī utroq; seculo primus sit ut & ī celo & in terra appareat glorioſus. hec ille. At sanctus sanctorum Christus Luc. vi. c. ait. Vbe uobis diuitibus qui habetis consolationem uestrā. Et idem Math. v. Beati inquit pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Et Math. xvi. Facilius est camelū ītrare per foramen acus q̄ diuitem intrare in regnū celorum. Genitrix

UVA. BHSC. LyR_021

uero eius uirgo sanctissima Luc. ii. c. Sic cecinit Esurientes i/
pleuit bonis & diuites dimisit inanes Satis etiam damnabiles fore
diuitias christus & sancti exẽplo pariter & opere demonstrarũt
Pauper siqdem christus ex paupe matre natus usq; ad patibulũ
crucis pauperẽ uitã duxit Vnde Bernhardus. in sermone quodã
ait. Omnium bonorum eterna in celis affluentia suppetebat sed
pauperras non inueniebatur in eis hãc itaq; dei filius cõcupiscẽs
descendit ut eam sibi assũmeret & sua estimatione illam faceret
preciosam de paupertate aũt xpi dixi in sermone de natiuitate
Paupes adhuc ipse uoluit esse apostolos suos p quibus dicit Criso.
super Math. Si bonum esset aurum hoc utiq; dedisset apostolis
Christus qui eis ineffabilia contulit bona Nunc autem nõ solũ
non dedit sed etiam habere phibuit. Vnde & Petrus i pauptate
gloriatur dicens. Aurum & argentum non est mihi. Philosophi
insuper atq; gentiles suo modo dãnabiles & piculosas esse pdicãt
diuitias temporales & illas fatentur noxias. Vnde Tullius i pmo
de officis ait. Pecunie fugienda cupiditas est Hibil enim est tã
angusti animi tãq; parui q̃ amare diuitias nibil honestius mag/
nificentiusq; q̃ pecuniam contemnere. Et Seneca Ad Lucillũ
Aude hospes contẽnere opes & te quoq; dignũ finge deo. Nemo
aliusẽ deo dignior q̃ q opes contẽpsit. Et idem in li. de trãqlitate
animi inducit exemplũ & uerba Zenonis. Zeno inquit noster
cum oĩa sua audisset submersa. Iubet me dixit fortũa expedi/
tius philosophari. Et Valerius maximus de Anaxagora dicit q̃
cum post longam peregrinatiõem redusset in patriam omniaq;
sua dissipata uidisset retulit. Non essem ego saluus nisi ista pusset
Et de Crate thebano dicit Hier. ad Paulinũ & ponitur xii. q.
ii. c. Crates prope. c. Multi. Crates ille thebanus homo quondã
ditissimus cum ad philosophandum athenas pergeret magnum
auri põdus abiecit nec putauit se posse & uirtutes simul & diui/
tias possidere. Et contra Iouinianum idem sic loquitur. Legũt
plurimi philosophorum diuitias non tantũ contempsisse sed etiã
abiecisse quasi ipedimentũ sapiẽtie & uirtutis fecit hoc Socrates
quem omnium philosophorum secte tanq̃ sapientie & uirtutis
unicum fontem uenerantur Et Lact. li. i. di. institu. ait. Nã &
abiecisse quosdam res familiares suas & renunciasse uniuersis
uoluptatibus cõstat ut solam nudamq; uirtutem nudi expeditiq;
sequerentur. Concludimus ergo per omnia dicta. q̃ diuites cum

UVA. BHSC. IyR_021

quibuſ uirtuteſ ſtare non poſſunt eternã ſalutem nó habebunt
Sed contra obiici poteſt. Dicitur enim prouer. xiii. Redẽptio
anime uiri diuitie proprie. Et prouer. xxvii. Propter inopiam
multi deliquerũt. Et Saluſtiuſ in catelinario Semper in ciuitate
quibuſ opeſ nulle ſunt bonis inuidẽt malos extollũt uetera odere
noua exoptant odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent Et
Ariſt. iii. ethicorum. Diuitie ſunt utilium. Et. ii. rethoricorum
Vnum aliquid neceſſariorum eſt ſubſtantia. Et ibidem Omniſ
idigentia mala eſt Et. i. pollitice. Reſ poſſeſſa organũ ẽ ad uitã
Et. ii. pollitice. Confert multitudo ſubſtantie. Et in euãgelio
Luc. xix. de Zacheo diuite & principe publicanorum Chriſtuſ
dixit Hodie huic domui ſaluſ a deo facta eſt. Et Math. viii.
c. Cẽturionem ſub ſe militeſ habentem non damnauit ſed potiuſ
approbauit fidem eiuſ. d. Non inueni tantam fidem in iſrahel.
Reſpondeo ad hanc queſtionem q diuitie poſſunt haberi cum
peccato & abſq peccato. Cum peccato habentur triplici ratione
Prima dicitur inordinate affectioniſ Scda impie iuſtificatióiſ.
Tertia indebite diſpenſationiſ Prima ratio quare dãnabileſ ſũt
diuitie dicitur inordinate affectioniſ cum quiſ ad illaſ iordinate
afficitur conſtituens in eis beatitudiniſ finem. Et ſic intelligunt
omneſ auctoritateſ que uidentur cõcludere q diuiteſ ſaluari nó
poſſunt. ſ. quãdo diuitiaſ diligũt tãq ſũmum bonum puipẽdẽteſ
deum Vnde in pſal Diuitie ſi affluant nolite cor apponere.
Et Seneca ad Lucillum Diuitiarũ tibi poſſeſſionẽ nó iterdico
ſed efficere uolo ut illaſ itrepide poſſideaſ. Quod uno cõſequeriſ
modo ſi te etiã ſine illiſ beate uicturum pſuaſeriſ tibi. Propterea
Auguſt. li. i. de ci. dei. c. x. ait. Cum apoſtoluſ dicit Qui uolũt
diuiteſ fieri incidunt in temptationẽ etc. pfecto in diuitiſ cupi/
ditatem reprehendit non facultatem quam precipit alibi dicens.
Precipe diuitibuſ huiuſ mundi nó ſuperbe ſapere neq ſperare i
iterto diuitiarum ſed in deo uiuo qui preſtat nobiſ oia abũdãter
ad fruẽdum Et Hiero. ad Saluinam de Nebridio & uiduitate
Nec diuiti obſunt opeſ ſi eis bene utatur nec pauperem egeſtaſ
cõmẽdabiliorẽ facit ſi inter ſordeſ & iopiam peccata non caueat
Vtrũq nobiſ teſtimõium & Abrahã patriarcha & quotidiana
exempla ſuppeditant quoꝝ alter in ſũmiſ diuitiis amicuſ dei fuit
Alii quotidie in celeribuſ deprehenſi penaſ legibuſ ſoluunt. de
Abrahã iſuper idem ad Palmachiũ ita ſcribit. Diueſ erat Abraã

UVA. BHSC. IyR_021

auro argento pecore possessione multāq; familiam habebat ita ut ad subitum nunciū armare posset exercitū iuuenibus electis Et quatuor reges qui fugerant in belan secutus occiderat tamē post crebrū hospitalitatis officiū dū homines non recusat suscipere meruit deum. hec ille. Dānatur ergo non diuitiarū possessio sed illarum nimius superfluusq; amor Sunt autem hec amoris uicios tria principalia signa Primū cum quis sine rerū indigentia plus debito in diuitus acquirendis se occupat & affligit de quo dicitur Ecclesiastes. iiii. c¶ Vnus est & secundū non habet non fratrē non filium & tamen laborare non cessat nec satiantur oculi eius diuitus nec recogitat. d. Cui laboro & fraudo animam meā bonis In quocūq; uanitas est & afflictio pessima. Scd̄m signum q̄ quis inordinate diligit diuitias est cum illas quibus ipse nō eget p̄pter deū pauperibus dispēsare recusat. Et de hoc diffusius loquemur in sermone de elesima¶ Tertium signum est cum quis se diuitiarū seruum facit. Nam sunt nō nulli q diuitias etiam ad proprium cōmodum necessitate urgente exponere nolunt. Noui & ego Iohannē fusco uenerabilis ecclesie sāc̄te marie maioris de urbe canonicū ditissimum q̄ plura beneficia habentē eratq; ei substātia multa abūdabat uino frumento armētis & pecunis. Remāserāt etiam ei argentea uascula indumenta panni & libri & alia bona plurima quondam fratris eius cardinalis sancti Marci Ipse tamē miser & miserior ceteris auaritia uictus panem & aquam sepius cōmedebat¶ Mulam cui insedebat ne famulum precio detineret ipse solus gubernabat. Ad dormiendum sine lumine accedebat. Calciatus in cultum lectū intrabat. Dum infirmabatur uix post multos dies cum mori iam timere inciperet medicum aduocabat. Vestes ātiquas & laceratas deferebat nec caloribus aut frigore a labore poterat detineri pro uno denario pauperes suffocabat Semp discurrebat sēp circuibat anxius & sitibūdus ad thesauri/ sandū. Crudelis alius crudelior sibi inimicissimus deo¶ O reꝑbāda conditio. O feralis natura. O deniq; reprehensibile malū amare plus diuitias q̄ deum q̄ proximum q̄ propriā animam q̄ etiam & corporalem uitam¶ Propterea Seneca in li. de beata uita ait. Diuitie apud sapientem uirum in seruitute sunt apud stultum in imperio Scd̄a ratio quare damnabiles sunt diuitie dicitur impie iniustificationis q̄ aut iniuste acquirūt aut iniuste possidētur Tertia ratio dicitur indebite dispensationis quādo dispensantur

UVA. BHSC. IyR_021

aut his quibus dispensari non debent. Et de hoc dicemus i sermõe de elemosina aut quãdo expendunẽ prodigaliter in his in qbus expendi nõ debent ut in supfluis hedificijs cõuiuijs & indumẽtis & similibus absq; peccato habentur diuitie cum retinentur i usũ nec propter aliãs offenditur deus aut proximus sed habentur aut per iusta lucra acquisite aut per hereditariam successionem illisq; homo utitur moderate non constituendo in eis finẽ ultimũ. ¶ Quod diuitie affligunt eos qui illas imoderate amãt labore timore atq; dolore quare potius sũt contẽnende q̃ diligẽde.

¶ Capitulum. ii.

SEcũdum mysterium de diuitijs declarandum dicitẽ cõditio. Reperiuntur siquidem in diuitijs cum plus debito diligunẽ tres pessime conditiones ¶ Prima dicitur laboris ¶ Secunda dicitur timoris ¶ Tertia dicitur doloris ¶ Prima conditio dicitur laboris. Affligunt enim diuitie se diligentes triplici labore ¶ Primus dicitẽ mentalis. Scãs corporalis ¶ Tertius conscientialis ¶ Primus dicitur labor mentalis quia mens eorum qui diuitias amant nunq̃ potest esse quieta eo q̃ cum in diuitijs satietatem querant illam in eis nunquam inueniunt ¶ Propterea dicit sapiẽs eccle. v. Auarus nõ implebitẽ pecunia ¶ Et Hier. ad Demetriadẽ uirginẽ. Diuitiarũ amor insatiabilis est Et Ambr.. xlvii. di. c ¶ Sicut hi Nec satietas unquam nec finis adheret cupiditati. Et Boecius in. ii. Si quãtas rapidi flatibus incitus pontus uersat arenas. Aut quot stelliferis edita noctibus celo sidera fulgẽt ¶ Tãtas fũdat opes nec retrahat manum pleno copia cornu. humanum miseras haud ideo genus cessat flere querelas. Et Seneca ad Lucillum ¶ Vidisti aliquãdo canẽ missa a domino frusta panis aut carnis aperto ore captãtẽ? ¶ Quicquid excipit protinus integrum deuorat & ad spem uẽturi hyat ¶ Idem euenit nobis quicquid expectantibus fortuna proicit id sine ulla uoluptate dimittimus stati ad rapinã alterius attonit & erecti. Et idem ad eundem ¶ Congerantẽ in te quicquid multi locupletes possident & ultra priuatum pecunie modum fortuna te ꝓuehat auro tegat purpura uestiat ¶ Et ad hoc modus diliti/arum & opum te perducat ut terram marmoribus abscondas nõ tm̃ trahere sed calcare diuitias liceat. Accedant statue & picture & quicquid ars ulla luxurie elaborauerit maiora cupere ab his discas ¶ Naturalia enim desideria infinita sunt & falsa opinione nascentia ubi desinant non habent. Et Iuuenalis. Crescit amor

UVA. BHSC. IyR_021

númi quantum ipſa pecunia creſcit ¶ Quid igitur prodeſt ei qui multas habet diuitias ſi non quieſcit uel cótentatur? Inquit enim Cicero in padoxis. Contentum eſſe ſuis rebus maxime ſunt certiſſimeq; diuitie. Propterea magis diues eſt qui ſcit contentari in paucis q̃ qui in multis ſemper animo anguſtiatur & eget ¶ Vnde Seneca ad Lucillú Breuiſſima ad diuitias p contemptú diuitiaꝝ uia eſt. Et iterum ad eundú ¶ Qui cum pauptate bene conuenit diues eſt. Et iterum ibi de contemptu pecunie. Multa dicunt & longiſſimis orationibus hoc percipitur ut homines in animo nó in patrimonio putẽt eſſe diuitias eúq; locupletẽ eſſe q pauptati ſue coaptatus eſt. Et iterum ibi ¶ Quid miraris? Quid ſtupes? pompa eſt. Oſtendunt iſte res nó poſſidẽtur. Ad ueras potius te conuerte diuitias. Diſce puo eſſe contentus & illã uocẽ magnus atq; animoſus exclama. Habeamus aquã habeamus polentam. ¶ Secundus labor quo diuitie ſe diligentes affligunt eſt corpalis propterea ait. Oratius. Impiger extremos mercator currit ad indos Per mare pauperiem fugiens per ſaxa per ignes. Et ſapiẽs Eccleſiaſtes. ii. capitul. Cuncti dies eius pleni ſunt laboribus & erumnis ¶ Tertius labor dicitur conſcientialis. de quo Auguſt. in ſermone de innocentibus. Lucrum inquit in arcba damnum in conſcientia. Quiſnam explicet quot peccatis oneratur auarorum cõſcientia miſera? Ob cupiditatẽ náq; fiũt rapine furta ſymõie uiolentie depredationes uſure fraudes proditiones iniuſtitie & ut ſic dicam oía mala atq; facinora ¶ Vnde Virgilius in. i. Eneidos ait. Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames? q̃ſi dicat ad omnia mala. O uoratrix animarum auaritia ¶ O ardẽs ignis cupiditatis. O peſtiferú uenenú ſalutis. Magna ſiqdẽ incredibilisq; multitudo gentium propter auaritiam demergit i infernú. ¶ Scda conditio peſſima diuitiarú dicitur timoris. Cruciát nẽpe ſe diligentes timore continuo Nam qui nimis ad diuitias afficit ſemper eſt pauidus. timet inimicos non minus formidat amicos non cõfidit in uxore nó in filiis nec in fortiſſimis ſeris. Abſcódit ſepe aut in terram aut intra muros pre timore pecunias ¶ Terret ad ſonitum uenti ad motum feneſtre ad ſaltum muris ſuſpicádo ſemp omnia latrones eſſe. In itineribus et arború umbre terrorẽ incutiunt. & ubiq; ſemper uiuit ſuſpectus ¶ Propterea exclamat Boecius in. ii. de conſolatione dicens ¶ O preclara opú mortaliú beatitudo quã cú adeptus fueris ſecurus eſſe deſistis. Et Iuuẽalis

UVA. BHSC. IyR_021

dicebat. Cantabit uacuus coram latrone uiator. ꝓpterea beatus Francis. paupertatem cõplexus latrones non timuit dũ irruerũt in eũ quando ibat in principio conuersionis sue de Assisio uersus Eugubiũ. Propterea de illo dñs Bonis. sic dicit in responsorio. Dũ seminudo corpe laudes decãtat gallice zelator noue legis. latro/ nibus ĩ nemore respondet sic prophetice. preco sum magni regis. Audit ĩ niuis frigore ꝓiectus iace rustice futurus pastor gregis. Tertia conditio diuitiarum dicitur dolor. Afficiũt nẽpe dolore incredibili se diligentes cum dimittunt aut relinquunt ĩ morte. Nam morientes nihil de illis secum ferre possunt. Vnde dauid in psal. Dormierunt somnum suum & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Et Iob. xxvii. c. Diues cũ dormierit nihil secũ affert aperiet oculos suos & nihil ĩueniet. Apphẽdet eũ quasi aqua inopia. Et ut Greg. inquit. iii. mor. Nunquam sine dolore pditur quot cũ amore possidetur. propterea qui diuitias estimant sicut debent si illas aut uiuentes perdant aut moriẽtes deserant nõ contristantur. Propterea Tullius in paradoxis ait de Biante penneo necnon illum laudo sepe sapientem qui notat ut opinor inter septem cuius cum patriã prienne cepisset hostis ceteriq; ita fugerent ut multa de suis rebus secum asportarent cũ esset admonitus a quodam ut idem ipse faceret. Ego ĩquit facio. Nam omnia mea mecum porto. Ille hec ludibria fortune nec sua putauit que nos etiam bona appellamus.

¶ Quod maligni sunt diuitiarum amatores eo ꝙ subiciunt se terre uilissime & deuiãt a regula oĩs creature efficiũtq; similes idolatris. ¶ Capitulum. iii.

Tertium mysterium declarãdum de diuitiis dicit malignatio. Est quidẽ peccatum malignum diuitias ordinate diligere quia auaritia ab auri cupiditate nuncupatur. Grauitas aũt eius apparet ex triplici ratione. Primo ratione subiectionis. Secũdo ratione deordinatiõis. Tertio ratiõe idolatriãtiõis. Primo appet grauitas auaritie ratione subiectionis. Vnde enim inquit Tho. ii. ii. q. c. xviii. Omne peccatũ ex hoc ipso ꝙ ẽ malum in aliq̃ corruptione seu priuatione alicuius boni consistit. Inquantũ aũt est uoluntariũ consistit in appetitu alicuius boni dupliciter ergo ordo peccatorum potest attendi. Vno modo ex pte boni quod per peccatum contemnitur uel corrumpit quod quanto maius est tanto peccatũ grauius est. Et scd̃m hoc peccatum qd̃ ẽ cõtra

UVA. BHSC. IyR_021

deum eſt grauiſſimum. Alio modo pót attẽdi grauitaſ peccatoꝝ ex parte boni cui inordinate ſubditur humanuſ appetituſ. quod quanto minuſ eſt ac uiliuſ tanto peccatum deformiuſ Inter oía autem bona exteriora minimum eſt & infimum quod ſpectat ad temporaleſ diuitiaſ. Nam ſi recte conſideremuſ quid ſit argẽtũ quid aurum quid gẽme quid tocalia quelibet preciola qd domuſ quid alta palatia quid famulorũ turba quid gregeſ quid armẽta quid deniq; omnia que diuitie uocari ſolent ꝓuecto inueniẽuſ non aliud eſſe preter terram. Tertia autem in ordine creaturaꝝ infimum habet locũ atq; uiliſſimum eãq; calcandam deuſ pedibuſ hominum dedit. Vnde Hier. ad Demetriadem uirginem ait. In actibuſ apoſtolorũ quando domini noſtri Ieſu Chriſti feruebat cruor & recenſ erat in credẽtibuſ fideſ uendebãt oẽſ poſſeſſióeſ ſuaſ & ponebant pretia ad pedeſ apoſtolorũ ut docerẽt pecuniaſ eſſe calcandaſ ꝓpter hoc inſuper Seneca ad Lucillũ ait. Nihil natura quo auaritiam noſtrã irritaret poſuit ĩ aperto pedibuſ aurum calcandum ac premendum dedit & quicquid eſt propter qd̃ calcamur ac premimur. Illa ulteriuſ noſtroſ erexit ad ſupoſ & quicquid magificum mirumq; fecerat uideri a ſuſpicientibuſ uoluit orruſ occaſuſq; & properãtiſ mũdi uolubilẽ curſũ tardoſ ſyderũ inceſſuſ ſi cõpareſ toti citatiſſimoſ ſi cogiteſ quãta ſpatia nũquam intermiſſa uelocitate circũeant. Alia deincepſ digna miratu ſiue per ordinem ſubeunt ſiue ſubitiſ cauſiſ mota ꝓſiliunt ut nocturni ignium tractuſ celi pateſcenteſ columnaſ ac trabeſ defectuſ ſoliſ ac lune mutuẽ obſtantiũ hec ſupra noſ ĩtura diſpoſuit. Aurum quidem & argẽtum quaſi male nobiſ cõmitterẽtur abſcondit. Noſ fortune mala noſtra tradidimuſ noſ in lucẽ per que pugnaremuſ extuliſuſ nec erubeſcimuſ ſũma apud noſ habent que fuerunt ima terrarũ. hec ille. Scd̃o apparet grauitaſ auaritie ratione deordinationiſ. Deordinat ſiquidem auaritia hominẽſ ut ꝓpoſ fiãt q̃libet alia creatura. Nam ut dicit Aug. Iudicium maximũ dñe bõitatiſ ẽ q; quelibet creatura cogit̃ dare ſeipſã. Auari uero oía uellent apropriare ſibi cõtra quorũ paritatẽ & crudelitatẽ ad ꝓximoſ dicemuſ in ſermõe de elemoſina. Tertio apparet grauitaſ auaritie ratione idolatrationiſ. Vnde Paulus eph. v. dicit q; auaritia eſt idolorum ſeruituſ. Quod ſecundum Nicolaum de lira intelligendum eſt per quãdam conformitatẽ qa ita ſe habet auaruſ ad nũmũ ſicut ad idola idolatra ꝓpterea

UVA. BHSC. IyR_021

quia auari omnem spem suam & confidentiam ponunt in diuitiis. hec ē itaq; illa auaritia nequissima perditiōis mater pietatis inimica corruptrix animarum esca diaboli & materia omnis peccati quā qui sequitur eiicit a se Christū qui nobis sit propitius ut ualeāus sua gratia terrena oia conculcare atq; ad regna ꝓperare celestia ubi sanctis associati benedicimus Christū gloriosum & laudabilē per infinita seculorum secula. Amen.

¶ Feria tertia tertie ebdomade in q̄dragesima de execrādo & periculosissimo peccato symonie propter quod non parū damnificatur atq; cōfunditur ordo ecclesiastice hierarchie.

¶ Sermo. xli.

QVecūq; soluerit sup terrā erunt soluta & in celo. Verba sunt redemptoris nostri originaliter Math. xviii. c. & in euangelio hodierno. Contulit saluator noster ministris ecclesie & sacerdotibus suis inestimabilem dignitatem cū fecit eos spūaliū dispensatores ¶ Ideo tanto grauius estimatur si quando peccant eorum delictum quanto plura donorum dei incrementa sūpserūt. Maxime autem damnatur in illis uitiū symonie qđ ex auaritia procedere noscitur ¶ Illud siquidem est causa multorum malorū & confusionis damnosissime i ecclesiastica hierarchia ob eā causā i presenti sermone contra uitiū symonie nō nulla erimus dissep/ taturi de quo contēplabimur tria mysteria principalia ¶ Primū dicitur diffinitio ¶ Secundum inductio ¶ Tertium punitio.

¶ Quid sit symonia & unde denominatur & q̄re est peccatum graue & quid intelligitur per spirituale aut spiritualibus annexum. ¶ Capitulum. i.

PRimum mystertum contemplandum de symonia dicitur diffinitio. Et Ric. in. iiii. di. xxv. Et Tho. ii. ii. diffinitūr illam sic. Symonia est studiosa uoluntas emēdi uel uēdendi aliqd spirituale uel spūali annexū. Que diffinitio cōtinetur implicite in. c. ¶ Qui studēt. i. q. i. Pro clariore aūt declaratiōe notabius tria ¶ Primo denoiationē ¶ Scđo rationē ¶ Tertio determinationē. ¶ Primo consideremus denominationem ¶ Nam symonia denoiat a Symone de quo habetur actuū. viii. c. q cū uidisset quia per impositionem manus apostolorum daret spiritus sanctus obtulit ei pecuniam. dī ¶ Date mihi hanc potestatem ut cuicūq; iposuero manus accipiat spiritum sanctum ¶ Petrus autem dixit ad eum. Pecunia tua tecum sit in perditione etc ¶ Sed non uidetur q sit

UVA. BHSC. IyR_021

conuenienſ iſta denomiatio eo q̄ ſymon noluit uendere ſpūalia ſed emere. Et ut habetur. iiii. Reg. v. c. Gyezi ſpūalia uēdidit Naamā ſyro. ¶Ergo non magiſ debet dici ſymonia q̄ Gyezia. Reſpondet Ric. ubi ſupra. q̄ conuenientiuſ nominatur ſymonia q̄ Giezia quia uitium tam emptioniſ q̄ uenditioniſ quantum ad uoluntatem fuit in Symone mago. Ad hoc enim uoluit emere pecunia donū ſpiritus ſācti ut poſtea aliſ uēderet. Si tñ diſtincte loqui uolumuſ poſſumuſ uēdenteſ ſpiritualia appellare Giezitaſ & ementeſ ſymoniacoſ. ¶Scđo conſideremuſ rationē quare ſpiritualiū emptio ſiue uēditio ſit illicita. Prima eſt ex pte uēdentiſ. ¶Scđa ex parte ementiſ. ¶Tertia ex parte uenditioniſ. ¶Prima rō ex parte uendentiſ quia ille qui uendit ſpiritualia non eſt illoꝝ dominuſ ſed diſpenſator. ¶Vnde. i. Cor. iii. c. Apoſtoluſ dixit Sic noſ exiſtimet homo ut miniſtroſ xp̄i & diſpenſatoreſ miſteriorū dei. ¶Scđa ratio eſt ex parte ementiſ. Ille qui emit rem multo minore pretio q̄ ualeat iniuſte emit. ¶Sed ſpiritualia ſunt tante nobilitatiſ & perfectioniſ & per conſequenſ ualoriſ q̄ nulli p̄tio temporaliū rerum poſſent adequari. ¶Vnde & de ſapientia que eſt reſ ſpiritualiſ dicit ſapientie. viii. Preciosior ē cūctiſ opibuſ & omnia que deſiderantur huic non ualent comparari. ¶Tertia ratio eſt ex parte uenditioniſ qa qui utitur aliquo actu ad illud ſeu alio modo q̄ ordinauerit deuſ iniquē facit & tāto peiuſ q̄nto illud eſt in ſe dignius. ¶Ordinauit autem deuſ ſpiritualia gratiſ conferri debere hominibuſ per miniſtroſ ſuoſ. qđ xp̄ſ declarauit dicens Math. x. c. Gratiſ accipiſtiſ gratiſ date. ſ. ſacramenta & alia ſpiritualia. Vnde in cōcilio toletano. i. q. i. c. Quicqd dicit. Quicquid inuiſibiliſ gratie conſolatione tribuit nūq̄ queſtibuſ uel quibuſlibet premiſ uenūdari penituſ debet dicente domino Gratiſ accepiſtiſ gratiſ date. ¶Et ſic colligitur q̄ ſymonia ꝓpter dicta peccatum eſt mortale. ¶Et ſupadditur ratio q̄ nulluſ debet excōmunicari niſi pro mortali peccato ut dictum eſt in ſermone de inobedientia. ¶Sed ꝓ ſymonia debet quiſ excōmunicari. ¶Vñ i. q. i. c. Qui ſacroſ dicitur. ¶Anathema dantī ideſt fiat ſecundum gloſam Anathema accipienti ſymonia. ¶Tertio conſideremuſ determiationem. Quid intelligitur per ſpiritualia aut ꝓ ſpūalibuſ annexa. Et ſecūdum doctoreſ ſpiritualia dicuntur ſacramenta ſ. Baptiſmuſ. Chriſma. Euchariſtia. Ordo. Penitētia. Extrema unctio. Et benedictio nuptiarum pro quibuſ dare pecuniā uel

UVA. BHSC. IyR_021

recipere ut pretiú eorum eſt prohibitú quia ſymonia. Annexa uero ſpiritualibuſ dicuntur. Dedicatio eccleſiarú. Conſecratio uirginum & aliarú rerum pertinentium ad cultú diuinú. Bene/dictio abbatum. Abſolutio ab excõmunicatione uel aliſ cẽſuriſ eccleſiaſticiſ. Electio prelatorum eccleſiaſticorum. Cõfirmatio eorum. Renunciatio. Viſitatio ipſorum prelatorum. Correctio criminú uel deſiſtere a correctióe in iuditio eccleſie. Cura aiaꝝ. Ingreſſuſ religionis ſeu monaſterii. Eccleſia ſeu beneficiú ſiplex uel curatum. p̃benda. dignitaſ eccleſiaſtica ut Archidiaconatuſ Prepoſitura. Epiſcopatuſ & huiuſmodi. Offitium ſepulture uel locuſ eccleſie conſecratuſ ad ſepulturã uel ubi iã ſepultuſ ẽ aliqſ. Capelle. Iuſ patronatuſ. Iuſ p̃cipiẽdi decias. Offitia eccleſiaſtica ubi eſt aliqd iuriſdictionis ſpiritualiſ ut Iconimuſ ¶ Vicedomiuſ & huiuſmodi Ferre ſententiam in iuditio eccleſiaſtico. p̃mutatio dignitatiſ eccleſiaſtice uel beneficii & ſimilia. paciſci ergo pro hiſ ſymonia eſt ¶ Vnde dicitur. 1. q. ii. c. Quam pia. Ceſſet oĩſ pactio ceſſet oĩſ conuentio ſcilicet emptionis aut uenditionis. Notãdú. tamen q̃ ſiquiſ ſine pactione expreſſa uel exactione conferat aliquid ſpũale ſpũaliter hac intentione ut propter illud recipiat temporale. puta audit confeſſionem uel dicit miſſam uel confert ordinem ſiue beneficium & ſimilia principaliter qa ſperat p̃pter hoc ſe habiturum pecuniam uel aliud pretiú. Et ſimiliter qui dat temporale principaliter ut recipiat ſpirituale. puta euchariſtiam ordinem ſacramentú beneficium & huiuſmodi ſymoniam cõmittit mentalem que mortale eſt ſecundum Ric. Tho. Ray. Hoſti. Innocentium ¶ Sed taliſ ſymonia mentaliſ tollitur p̃ penitentiã extra de ſymonia. c. Mandato ¶ Vbi autem non fit pactio uel exactio uel principaliſ intentio ad tpalia in collatione ſpũaliú uel receptióe ſed gratiſ & elemoſinaliter det aliquid & accipiat ad ſubſtentationem nature uel reuerentiam ſacramentorum uel ad ſeruandú laudabilem conſuetudinẽ licite & ſine ſymonia dari & accipi poteſt Vnde Gregoriuſ. 1. q. ii. c. Sicut epiſcopum ait. Eiuſ oblatio nullam culpe maculam ingerit que non exambitiſ petitione proceſſit. Nec Symoniaci ſunt tantum qui ſpiritualia uendunt uel emunt ſed etiam illi qui in hiſ mediatoreſ ſunt quoſ eccleſia grauiter punit ſicut patet. 1. q. ii. c. Sicut epiſcopum.

¶ Quod pecunia eſt materia inductiua peccati ſymonie & quomõ pecunia accipit multiplicater & multiplici múnere.

UVA. BHSC. IyR_021

¶Capitulum.ii.

SEcundum mysterium contemplandum de symonia dicitur inductio. Est nãq; huius sceleris materia inductiua pecunia sumendo pecuniam large ut in sermone precedẽti dictum ẽ pro omni eo quod potest temporaliter possideri ¶Potest etiã pecúia dici quicquid pretio temporali seu extimari potest seu mensurari. Non solum pecunia numerata in monetis auri argenti & eris uel ea que coiter cósueuerunt emi uendi ut uasa aurea uel argẽtea animalia agri & huiusmodi sed etiam preces ex quibus acquiritẽ fauor populares & obsequia temporaliter prestita ¶Vnde dicit Gregorius.i.q.i.c. Sunt nonnulli. Cum utrum iustum propheta describeret ait. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere Quia aliud est munus ab obsequio aliud a manu aliud a lingua. Munus ab obsequio est seruitus indebite impensa. Munus a manu pecunia est. Munus a lingua fauor scilicet mundanus. Et per quodlibet horum munerum cum interuenit in spũalibus cõmittitẽ symonia ut ibidẽ Gregorius dicit Et ad idẽ.i.q.iii.c. Saluator Vrbanus ait. Quicúq; res ecclesiasticas idest spiritualia que dei dona sunt non ad hoc q̃ institute sunt sed ad ꝓpria lucra mũere lingue uel indebiti obsequii uel pecunie largitur uel adipiscitur symoniacus est. Et quantum ad munus a lingua ¶Sciendum q̃ si quis prelatus confert beneficium ecclesiasticum seu dignitatem ecclesiasticam uel aliquod sacramentum ad preces alicuius hac intentione principali ut eius precibus conferenti laus uel fama acquiratur uel ut contrarium euitetẽ symoniã cõmittit. Et si p̃ces porriguntur ab alio pro indigno de beneficio curato uel sipliciter & ille qui porrigit & qui exaudit symoniam cõmittit si ad p̃ces factas principaliter mouetur. Si autem preces porriguntur pro digno & ad idoneitatẽ respicitur non ad preces principaliter nec roganti nec conferenti male facit nec symoniam cõmittit. Si uero quis pro se preces porrigant de beneficio simplici non reputatur symonia si alias est dignus. Nam si indignus symoniacus reputatẽ Et similiter symonia inducunt preces pro se porrecte de bñficio curato etiã si aliasſit dignus qa ratiõe ambitionis & presũptiõis reputatur eo ipso indignus scd̃m beatum Tho. in iiii.di.xxv. &.ii.ii.q.cẽtesima. Et Ray. in súma sua. Quantum ad munus ab obsequio reputatẽ symonia quando quis seruiret alicui p̃lato obsequio ĩhonesto. Sed quo ad obsequia honesta uidelicet ordiata

UVA BHSC. IyR_021

ad utilitatem ecclesie uel prelati rationabilem non reputatur sy/
monia ita tñ q nó principaliter seruiēs faciat p illud cōsequēdū
Vnde Greg.ait. Ecclesiasticis utilitatibus deseruiētē ecclesiastica
oportet remuneratióe gaudere. xii.q.ii.c.Ecclasiasticis. Munus
a manu est cum datur pecunia & huiusmodi ¶Vbi tamē notādū.
q pecunia potest dari & recipi licite p spirituali & sine symónia
quinque rationibus ¶Primo ratione permutationis ¶Scdo ratione
substentationis ¶Tertio ratione prouocationis ¶Quarto ratione
punitionis ¶Quinto ratione uitande uexationis ¶Primo ratione
permutationis. probatur sic ¶Qui uult remissionem peccatorum
consequi debet si potest elemosinas facere ¶Vnde Danielis. iiii.
Peccata tua elemosinis redime. Et Ambrosius de penitentia. di.
i.c. Medicina ¶Peccatis tuis uenun datus es. redime te pecunia
tua Debet etiam quis pro adeptione eterne uite tpalia cuncta
dare iuxta illud Math.vi. Facite uobis amicos de mamona ini/
quitatis ¶Scdo potest dari pecunia ratione substentationis sicut
sacerdos pro missa quam dicit accipit pecuniam uel prebendā nó
q illam accipiat pro consecratione eucharistie uel p oratiónibus
& huiusmodi quasi pretium sed ut stipendium sue substētationis
Vnde Augustinus. i.q.i.in.c.Iudices. ait Accipiant necessitatis
substentationem a populo mercedem ministrationis a deo sic &
prophete antiqui testamenti si aliquando recipiebant aliquid in
ppbetisando accipiebant i modum elemosine ad substentationē
nó ad pretium ppbetie ¶Tertio potest dari pecunia & accipi rōe
prouocationis Et sic dantur elemosine pauperibus ad inducendū
eos & excitandum ut orent pro benefactoribus suis nó loco ptii
quia oratio spiritualis est & apretiari nó potest ¶Quarto ratione
punitionis ¶Exigit quandoq; ab eo qui absoluit ab excoicatióe
pecunia non pro ipsa absolutione quia hoc esset symonia sed in
punitione ¶Quinto ratione redimende uexationis. Nam anteq̄
ius acquiratur alicui in benefitio uel dignitate non licet dare ad
redimendā uexationē suam quia esset symonia sed postq̄ fuerit
adeptus & ius sibi acquisitum uexationem sibi iniuste factā sup
beneficio uel dignitate licet pecunia redimere sed non iustam
uexationem ut si iuste accusaretur & huiusmodi.

¶ Qualiter puniuntur symoniaci. tum per priuationē gratie
diuine. tū per suspensionē ordinis & beneficii symoniace
susceptorum. tum etiā per obligationem ad restituendū.

UVA. BHSC. IyR_021

¶Capitulum.iii.

QVartū myſteriū contemplandū de ſymonia dicitur punitio. ¶Punitur etenim hoc peccatum multiplici pena ¶Prima dicit gratie dei perditio ¶Secūda iuſta ſuſpenſio ¶Tertia reſtitutiōis obligatio ¶Prima pena dicitur gratie dei perditio. Vnde.i.q.i.c. Qui ſtudet Gregorius nazanzenus ait. Iudas omniū redēptorē uendidit mox laqueo ſuſpenſus eandem redemptionis gratiā nō obtinuit & merito quia nemo pōt retinere qđ uendidit. Symon etiā magus cū eandē gratiā ſpūs ſancti emere uellet dānationis ſue ſententiam audiuit a Petro. Dicit etiam Auguſtinus. i.q.i. cap. Sicut. Quot ignis ſacrificii qui per.lxx.annos Babylonice captiuitatis ſub aqua uixerat extinctus eſt Anthioco Iaſoni uendente ſacerdotium qui ſignificauit ignem ideſt gratiā ſpūs ſancti non lucere in ſymoniacis ſacramentis ¶Secunda pena qua puniunt ſymoniaci ē iuſta ſuſpenſio. Sūt enī notarii ſymoniaci ſuſpenſi ab ordinibus & beneficiis ſymoniace ſuſceptis ut. i.q.i. c. Statuimus. Et.c. Quiſquis. Et hanc ſuſpenſionē uidet Ambro. uocare excōmunicationem in.c ¶Reperiuntur. i.q.i. ſecundū glo. Et tales ſcilicet conferentes ordines uel beneficia & officia eccleſiaſtica & iſta etiam recipientes per ſymoniam ſi ſunt clerici debent deponi & priuari omni officio & beneficio ſimpliciter ſi conuincant de hoc in iuditio eccleſie. Si ſunt laici ut mediatores ſymonie debent excōmunicari. i.q.ii.c. Siquis ¶Efficiunt etiā infames & quilibet criminoſus admittitur ad accuſationem eorum extra de ſymonia.c ¶Tanta. Et.c. Si dominus ¶Tertia pena ſymoniacorum eſt reſtitutionis obligatio. Nam ſecundum Tho. Pecunia recepta per ſymoniam retineri non poteſt ſed reſtitui debet non conferenti quia turpiter dedit ſed debet pauperibus erogari uel illi eccleſie in cuius iniuriā data eſt applicari Et hoc in omni ſymonia. Et ſcđm Tho. & Inno. & Ray. ſymōiacus quo ad beneficia ſimplicia uel curata p ſymoniam recepta pdit fructus qa non poteſt illos recipere & receptos tenet reſtituere deductis expenſis factis in utilitatem eccleſie & gratia fructuum colligendoꝝ. Et hoc qa fur eſt & latro in illo iudicio ¶In ueteri autem teſtamento ut habetur. iii. Reg. v.c. Giezi propter ſymoniam quam commiſit accipiendo pecuniam a Naamā ſyro quem Helyſeus prophēta curauerat lepra percuſſus eſt cū oībus poſteris eius. Sed quid dicam? Quo me uertam? Qualiter uerba

UVA. BHSC. 1yR_021

concludam? Audiuimus ex his que dicta sunt q̃ graue sit uitium symonie. Et tamen hodie ubiq; regnat. ubiq; sua tela proiecit. O ecclesia dei. O sponsa decora agni imaculati xp̃i Iesu. Quis in te prefecit tot ignaros indoctos inabiles ad curam animarum Quis ordines dignitates & beneficia tua tã multis idignis tribuit? Audeo dicere q̃ pessima illa & truculenta bellua symonia mala hec omnia fecerit. Et ne descẽdimus ad particularia tantũ unũ tenere firmiter possumus q̃ si symonia cessaret a ministris ecclesie cuncta bene optimeq; disponerent & aias in peccatis alligatas absoluerent ac de diaboli laqueis liberarẽt se uero nõ illaquearẽt sed potius uelut mistri digni adipiscerẽtur i hoc seculo dei gratiã & in futuro sempiternam gloriã in qua Christus uiuit regnatq; per infinita secula Amen.

Feria quarta tertie ebdomade i q̃dragesima de cogitati/onibus malis & uitiosis uitandis propter quas solas & absq; effectu operum exteriorum posset homo damnari.

Sermo. xlii.

EX corde enim exeũt cogitatiões male. Verba sũt redẽptoris nostri originaliter Math. xv. c. & in euãgelio hodierno. Extat apud nonnullos opinio quidem satis falsa & piculosa q̃m non arbitrãtur esse peccata que p opera extrinseca nõ ppetrãt cum tamen secundum rei ueritatem multo plura sint mala que latent in corde in die iudicii manifesta fiẽda q̃ ea que núc appẽt forinsecus & uidentur hoc autem euidenter satis aperuit omniũ doctor Iesus xp̃us dei filius in lectione sancti euangelii. Quapp̃ter ut qui uerã penitentiã agere uolunt totaliter mũdentur & quelibet expellãt facinora in presẽti sermõe de cogitatiõibus disseremus de q̃bus tria mysteria declarabo. Primũ dicit cogni/tio. Secundum offensio. Tertium remediatio.

Quod cogitationes cordium certitudinaliter cognosci non possunt nec a demonibus neq; ab angelis beatis sed bene a solo deo quem nullum latet secretum. Capitulum. i.

PRimum mysterium declarandum de cogitationibus dicitur cognitio. In quo uidendum erit q̃liter cogitationes nostrorũ cordiũ cognosci p̃nt. Et hoc tripliciter. Primo respectu demõis. Scdo respectu angeli. Tertio respectu dei. Primo uidendum ẽ qualiter cogitationes hominum cognoscuntur respectu demõis. De quo dubium esse potest. utrum cognoscat secreta conscientie

UVA. BHSC. IyR_021

Et uidetur ꝙ sic Primo qa officium demonum est accusare. Vñ apoc. xii. Proiectus est accusator fratrum nostrorum ¶Ergo si in iuditio argueremur de secretissimis cogitatiõibus uidetur ꝙ he non lateant accusatorem nostrum. Secundo arguitur quia dicit Augus. xii. sup Gen. ad litterã Mali angeli cogitatiões nouerũt quia multa predicunt que non predicerent si cogitationes non nouissent ¶Tertio arguitur ex dictis Aris. ii. de anima. Notior est operatio q̃ potentia & potẽtia q̃ substantia qa ꝑ cognitionẽ opationis & potentie peruenitur in cognitionem substantie Sed substantia anime nõ potest latere diabolũ. ergo nec eius opatio nec uirtus ergo si cogitatio & affectio sunt passiões anime ergo nõ possunt latere diabolũ ¶Sed contra arguitur ex dicto Aug. d. in li. de ecclesiasticis dogmatibus. Internas anime cogitationes diabolũ non uidere certi sumus. Respõdet Boñ. & Ric. di. viii. ii. li. ꝙ duplex ẽ cognitio ¶Prima certitudialis. Et tali cognitiõe demones non possunt conscientiarum secreta rimari ¶Secunda est cognitio coniecturalis que est per aliquos motus seu ꝑ aliqua signa. Et quoniam pauca sunt ita secreta quin prodeãt in opa exteriora uel appareant per signa exteriora faciei uel ꝑ signa corporis qd̃ diuersimode mouẽt secundũ diuersitatẽ affectionũ hinc est ꝙ multe cogitationes nostre deprehẽdi possũt a malig/ nis spiritibus nisi arceantur uirtute diuina. hec autem cognitio potius est coniecture q̃ certe scientie. Ad primum argumentum dicit Boñ. ꝙ in die iuditii non solũ demon erit accusator imo etiã & cor nostrũ ¶Vñ de exterioribus accusabit diabolus de secretis uero conscientia propria ¶Ad secundum patet responsio per. di. iam factam de duplici cognitione ¶Ad tertium uero. s. ꝙ notior est opatio q̃ substantia dicit Boñ ¶ꝙ uerum est de opatione ex/ trinseca De intrinseca aũt aia nõ habet semper ueritatẽ: Multe enim res sunt nobis note quarum uirtutes & opationes nos latẽt. ¶Vel dicendum ꝙ illud habet locum in opatione naturali non in opatione uoluntaria. Operatio enim naturalis scd̃m ꝙ naturalis est ita se naturaliter nata est representare nec se occultare põt sicut nec substantia imo per ipsam manifestatur substantia dum plus habet de ratione actualitatis ac per hoc manifestationis & lucis. In opatione autẽ uolũtaria secus est. Nam cum substantia naturaliter se representet sicut naturaliter est & se occultare nõ possit opatio uolũtaria sicut uolũtarie exiit esse ita & uolũtarie

UVA. BHSC. IyR_021

manifestaē & ita occultari potest imo nō manifestaē nisi homo uelit. Talia autem sunt que latent in secreto nostre cōscientie. Ideo quāuis diabolus uidere possit animā propria uirtute nō tñ pōt illā cōspicere. Et sic concluditur ꝙ certitudinaliter demō est archana pectoris nostri scire non ualent. ¶Scd̄o uidendum est q̄liter cogitatiōes cognoscūt respectu angeli. Et licet Hermes li. quē fecit de quatuor materiis & quidā alii contēdāt ꝓbare non latere ipsos angelos cogitationes nostras uerumtamē in hac parte therebo doctrine sancti Tho. Colligo itaq; ex eius dictis in prima parte sūme. q. lvii. Et in. ii. scripto Sen. di. viii. ar. v. ea que pro solutiōe huius dubii facit. Dico ergo ꝙ cogitatiōes pñt dupliciter cōsiderari. ¶Vno mō prout sunt in sua futuritiōe Alio mō prout sunt in sua presentialitate. ¶Primo modo. s. ꝓut cogitationes sūt future naturaliter cognosci uel uideri ab āgelo nec ab homine pñt. Cuius ratio est quia futura nō cognoscunt nisi scd̄m ꝙ habēt esse determinatū in sua causa. Sed cogitatiōes cordis non habent determinatū esse in uoluntate quia uoluntas se habet ad utrumlibet & ideo non pñt cognosci. Secundo modo cogitationes cordis pñt considerari prout sunt in sua pñtialitate. ¶Et hoc duobus modis. Vel prout sūt in suo principio. Vel ꝓut sunt in signo. Primo modo prout cogitationes sunt solum in suo principio. s. cogitationes in intellectu & affectiones in affectu uel uolūtate ita ꝙ ex cogitationibus nō resultat aliqd̄ exterius signū puta aliquis effectus uel motus in corde. Et sic solus deus cogitatiōes cognoscit. Primo ratione causalitatis. Quia ille solus cogitationes cognoscit cui soli subiacet intellectus & uoluntas creature rationalis & qui solus potest operari in eam & est eius principale obiectū & finis ultimus. Sed hoc ꝓprium est dei. ergo nec angelo nec homini conuenit sed soli deo. ¶Scd̄o hoc ꝓbatur ratiōe entitatis. ¶Nam quanto aliquid minus habet de entitate minus habet de cognoscibilitate. Sed cogitationes minimū habēt de entitate ergo & minimū de cognoscibilitate. Additur & alia ratio. s. intimitatis. ¶Nam quāto aliquid est magis secretum uel absconditum tanto minus cognosci pōt. Sed cogitationes cordis ipsi menti & intellectui & uolūtati sūt ualde intime eo ꝙ sunt a principio intrinseco. s. intellectu & uolūtate. Quod patet quia cogitare dicit actionem intrinsecā & ideo ille solus cogitatiōes cordis pōt cognoscere q ipsi menti potest se intimare. Talis autē

UVA. BHSC. IyR_021

est solus deus. Scdo cogitatiões considerari possunt prout sũt in exteriori signo & sic cognosci pñt & ab angelo & a demone ut dictũ est & ab ipso homine. Tertio uidendũ est & concludendũ ex premissis. q cogitationes cognoscuntur ab ipso deo. Ipi nihil est absconditũ nihil occultũ cognoscit & quicqd patet & qdquid latet. Vnde Iob. xlii. c. ait. Scio quia omnia potes & nulla te latet cogitatio. Et eccle. vii. Nõ te iustifices ante deũ quoniã agnitor cordis ipse est. Et psal. lxxxxiii. Dñs scit cogitationes hominum. Et. i. palip. penultimo. Omnia corda scrutatur dñs & uniuersas mentiũ cogitationes intelligit. Et heb. iiii. Omnia nuda & aperta sũt oculis dei. Et Io. i. canonice. c. iii. Maior ẽ deus corde nostro & nouit omnia. Et. xxxii. di. c. Erubescant Secretorum cogitator & iudex deus est. Et seneca ad Lucillũ. Quid prodest aliquid ab homine esse secretum nihil deo clausum est Ipse cogitationibus nostris interuenit. Sic interuenit dico ut nũq̃ aliquando inde discedat. Ex quibus deprehendimus quãta sit illoꝝ fatuitas qui gaudẽt delinquẽtes ab hoibus non uideri nec cogitãt deũ omniũ secretorũ omniũq; cordium esse inspectorem. Vnde & poeta Ouidius li. xiii. methamorphoseos ait. Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.

Qualiter i cogitatiõe põt esse peccatũ & q alia est cogitatio nature alia gratie & alia culpe. Capitulum. ii.

Secundũ mysterium declarãdum de cogitationibus dicitur offensio in quo disputandũ uenit. Vtrũ i cogitatiõe possit hõ peccare & offendere deũ. Et arguitur p una parte q non. Nã omne peccatum aut est in uoluntate aut in actu uolũtatis Sed cogitatio est actus interius. ergo in cogitatione non potest esse peccatũ. Sed in contrariũ ẽ auctoritas Iesu xpi i euãgelio presenti & iterũ in scripturis sepius confirmatur. Vnde Eccle. xv. Abhominatio dñi cogitationes male. Et sapientie. i. puerse cogitatiões sepant a deo. Et puer. vi. Deus odit cor machinãs cogitationes pessias. Et Isa. i. Auferte malũ cogitationũ uestrarum ab oculis meis &. lv. c. Derelinquat impius uias suas & uir iniquus cogitationes suas. Et Hier. iiii. c. Vsq; quo morabunt i te cogitatiões noxie? Et Zacha. i. Cõuertimini de uis uestris malis & cogitationibus uestris pessimis. Et Math. ix. Cũ quidam de scribis dicerent intra se de xpo. hic blasphemat cum uidisset Iesus cogitationes eorũ dixit. Quid cogitatis mala in cordibus

UVA. BHSC. IyR_021

ueſtriſ. Reſpondeo itaq; ad hãc queſtionem Ex dictiſ Alex. in
ii. ſúme & ſancti Tho. di. xxxix. ii. li. ar. ii. diſtiguẽdo triplicẽ
cogitationem. Prima eſt nature. Secunda gratie. Tertia culpe.
Prima eſt cogitatio nature qñ qſ cogitat ea ad que naturaliter
inclinatur ut ſiquiſ ſitiens cogitat de potu. ſiquiſ grauatuſ ſomno
cogitat de dormitione & huiuſmodi. Et in talibuſ cogitatiõibuſ
non eſt peccatũ quiã ex hiſ que inſunt a natura nec laudamur
nec uituperamur ut dicit. ii. ethicoꝝ. Secunda cogitatio dicitur
gratie. cum quiſ cogitat bene facere. Nam ut diximuſ in primo
huiuſ operiſ ſermone Non poteſt quiſ a ſeipſo cogitare bonum
Quia ut inquit Auguſtinuſ in li. de predeſtinatione ſanctorum
priuſ eſt cogitare bonũ q̃ credere & ipſũ cogitare bonũ ex deo
eſt. Notandũ tamẽ ꝙ nõ oĩs cogitatio boni a gratia eſt ĩſpirãte.
Nã cũ duplex ſit bonũ. ſ. quoddã de neceſſitate precepti qd̃dã
deſuperogatiõis pfectionis licet primũ bonum ſemper ſit homini
inſpiratũ a deo non tamẽ ſemp ſecundũ. Quinimo poſſet & qñq;
diaboluſ permittẽte deo talia bona ſuggerere ut ſub illorũ ſpecie
ĩduceret ad grauiora mala. puta poſſet tẽptare aliquẽ ut pnĩam
faceret quã fecit beatuſ Frã. ut ſub illa ſpecie aut faceret illum
de ſe multũ preſũmere aut ad facilitatẽ puenire ꝓpterea laudo
ut cũ ſimileſ cogitationeſ aſcendũt in corde uelit hõ recurrere
ad diuinũ conſiliũ pariter & auxiliũ & petere bonorũ & ſãctoꝝ
uirorũ iuditiũ. Tertia eſt cogitatio culpe quãdo quiſ cogitat de
peccato aliquo. Et hec cogitatio poteſt eſſe. aliquãdo meritoria
aliquando uenialiſ. aliquando mortaliſ. Poteſt eſſe cogitatio de
peccatiſ meritoria cum quiſ cogitat uel ut doleat uel cõteratur.
Sicut dicebat Ezechiaſ Iſa. xxxviii. c. Recogitabo tibi o. a.
m. in. a. a. mee. Vel cogitat quiſ peccata ut illa cognoſcat ſicut
qui habet confeſſioneſ audire uaria peccata recogitat qualiter
illa poſſit deteſtari ſiue puniri. Quandoq; cogitatio de peccatiſ
poteſt eſſe uenialiſ. ſ. cũ quiſ illa cogitat cũ aliquali delectatiõe
non tamẽ ex propoſito nec ex deliberatione ſed potiuſ ex q̃dã
ſubreptione. Quãdoq; inſuper cogitatio de peccatiſ ẽ peccatum
mortale quãdo uidelicet quiſ cogitat illa cum ſenſu deliberato ex
delectatioõe & cõplacẽtia peccati mortaliſ. Et quãuiſ nõ ſeq̃tur
actuſ exterior tamẽ uolũtaſ deprauatur & maculatur interiuſ
propterea graue piculũ imminet hiſ qui nullã ſibi cõſciẽtiã facilẽ
de cogitationibuſ turpibuſ & imundiſ. Idcirco ſeruãda eſt Hier.

UVA. BHSC. IyR_021

regula ad Demedriadē uirginē.d. Omniū operū & cogitationū tuarū ſpeculatorē tuū deū crede. Ideo caue ne quid loquaris aut cogites quod oculos diuine maieſtatis offēdat. hec ille.

¶ Quod uitari poſſunt peccata cogitationum per exercitum orationis lectionis operationis & p̄ euitationem locutiōis & auditionis ociosorū uerborꝫ & nutritiōis ipſarꝫ cogitationū & per amaritudinem. ¶ Capitulum. iii.

GErtium myſterium declarandum de cogitationibus dicitur remediatia. In quo notabimus tria pricipalia remedia qbus cogitationū peccata declinare poſſit. ¶ Primū ē exercitatio. ¶ Scām euitatio. Tertiū amaricatio. ¶ Primum remedium eſt exercitatio. Aut in lectione. Aut in oratione. Aut i corporali occupatione Et de hoc ita dicit Hier. ad Saluinam de nebridio & uiduitate Semper in manibus tuis diuina ſit lectio & tam crebre orationes ut omniū cogitationū ſagitte quibus adoleſcentia percuti ſolet huiuſcemodi clipeo repellantur. ¶ Et idē ad Ruſticum monachū & de conſecra. di. v. c. ¶ Nūq̄ Facito aliquid operis ut diabolus te ſemper ſueniat occupatū. Et idē ad Demedriadē uirginē. Nec ideo tibi ab ope ceſſandū eſt quia deo propitio nulla re indiges. ſed ideo cū omnibus laborādum ut per occaſionē operis nil aliud cogites niſi qđ ad domini ptinet ſeruitutē. ꝓpterea eccle. xxxiii. dicitur. ¶ Multā malitiam docuit otioſitas. ¶ Secundum remedium dicit euitatio. ¶ Qui uult cogitatiōes malas aut fugere aut uicere euitet tria. ¶ Primo malā locutionē. ſ. ociosorum uerborū. ¶ Quia ut inquit apoſtolus. i. Cor. xv. Corrūpunt bonos mores colloqa mala. ¶ Et Ariſto. vii. politicorum. ¶ Ex dicere defacili quodcūq; turpium fit et ipsū facere. Et Hiero. in epitaphio ſancte Paule Immunditia & turpe uerbū atq; laſciuū nūq̄ eſt de ore uirgineo proferendū quibus ſignis libidinoſus animus oſtenditur. ¶ Secundo euitet auditionē ut non ſolū non loquatur uerū etiā non audiat que ſordida ſunt & uana. Et cū uiderit quoſq; de ſimilibus collo/quētes uelut de ſerpētibus diſcedat ab eis. ¶ Tertio euitet nutritionē ut ſi cogitationes irruant non nutriat illas non retineat non in delectationē illorum conſentiat ſed conet eis repugnare ipſasq; a ſe repellere quantū poteſt. ¶ Vnde Hiero. ad Euſtochiū inquit Nolo ſinas cogitationes creſcere nihil in te babylonicū uel cō/fuſionis adoleſcat. dū paruus eſt hoſtis interfice. nequitia elidat in femine. ¶ Quia enī impoſſibile eſt in ſenſu hominis non irruere

UVA. BHSC. IyR_021

motū medularum calore ille laudatur ille predicatur beatus qui statim ut ceperit cogitatus interfecit & allidit eos ad petrā petra autē erat Christus ¶ Tertiū remediū dicitur amaricationis. Sicut matres cum a dulcedine lactis filios paruulos uolentes retrabere super mamillas amara quedā apponere solent ut illorum gustu cesset ubera sugere Sic amaritudo mentis cogitationibus īmūdis admixta eas amaras & insipidas reddit Est autē triplex amara memoria ¶ Prima mortis de qua sapiēs eccle. xli. O mors q̄ amara est memoria tua ¶ Secunda amara memoria est ultimi iudicii de quo ecclesia cātat ꝓphetico illud. Dies illa dies ire dies calāitatis & miserie dies magna & amara ualde ¶ Tertia memoria ē amara domini nostri Iesu xp̄i passio. Cum ergo quis stimulat̄ aculeis cogitationum malarū si diligenter recogitat se moriturū aut in dei iudicio rationē se redditurū aut uideat Christū pro se ī cruce patientē facile uictor euadet. Ergo retineamus corda nostra ne impleantur malitia malarū cogitationū ut sic ualeamus adipisci in hoc seculo dei gratiā & in futuro gloriam. Amen.

¶ Feria quinta tertie ebdomade in q̄dragesima de religiosa uotorū emissióe illorūq; ob seruantia a qua multi deficiūt quia post impetratas gratias uota promissa non soluūt.

¶ Sermo. xliii.

IMpauit febri & dimisit illā. Scribūt̄ hec uerba origialiter Luc. iiii. c. & in euangelio hodierno. Subuenit deus uirtute sua infinita necessitatibus hominū si tamen ipsi religiosa pietate ad eius auxilium confluant sicut patet in lectione euangelica in qua narratur benigna condescensio Christi ad sonandū socrum Symonis a magnis febribus fecit tamen illud rogatus a suis ¶ Sic & quottidie curātur infirmi a uariis lāguoribus quibus humanū presidium succurrere minime ualet. dei tamē adiutorio salutem recipiunt. Id autem ut plurimum impetratur non solū p deuotas orationes sed etiā p fideliū uotorum emissionē Facto nāq; uoto deo & sanctis eius q̄plurimi incolumitatis beneficium sunt adepti ¶ Quia uero magna ē īgratitudo ēittere uota & illa nō exoluere propterea in hoc sermone de uoto aliqua necessaria penitētibus percurramus ¶ Nam deutro. xxiii. dicitur. Cum uotum uoueris domino deo tuo non tardabis reddere qa requiret illud dominus deus tuus. Et in psal. xlix. Redde altissimo uota tua. Et. lxxv. Vouete & reddite dño deo uestro. De uoto itaq; tria mysteria

UVA. BHSC. IyR_021

principalia erunt declaranda ¶Primum dicitur diffinitio ¶Scd'm prohibitio ¶Tertium dispensatio.

¶Quid sit uotum & de septem conditionibus que requirunt ad hoc ut habeat rationem uirtutis. ¶Capt. i.

PRimum mysteriú declarandú de uoto dicitur diffinitio. In quo quid sit uotum uideamus ¶Et ex dictis sancti Tho. ii. ii. q. lxxxviii. Et Ric. di. xxxviii. q̃rti sumo hãc diffinitionẽ Votum est conceptio melioris propositi aí deliberatione firmata ¶Ex qua diffinitione colligũtur septem conditiones que reqrũt in uoto ut debite fiat uidelicet ¶Prima dicitur deliberatio ¶Scda ꝓmissio ¶Tertia suprogatio ¶Quarta ordiatio ¶Quíta fornicatio ¶Sexta honestatio ¶Septía distíctio ¶Prima cõditio que reqrit in uoto dicitur deliberatio ut. s. fiat ex uolũtate deliberata. Nã ut dicit Ric. ubi supra ¶Votum dicitur a uolendo ¶Vnde sicut in nobis est duplex uelle. s. plenum quod est uelle deliberatiuum & semiplenum quod est uelle ex subreptione sic dico ꝙ ẽ duplex uotum. s. uotum quod habet plenam rationẽ uoti ¶Et de ratióe talis uoti est ꝙ sit factum ex deliberatione quia ut dicitur. xx. q. iii. c. Pñs clericus. Nullum bonum nisi uoluntarium. Et. xv. q. i. c. Non est. Voluntarium sibi militem elegit Christus. Et est aliud uotum quod non habet plenã rationem uoti eo ꝙ non fit cum deliberatione sed ex quadã subreptione & ideo nõ obligat Sed in hoc oritur dubium. An teneant uota que fiũt i angustis utputa a mulieribus tempore partus & a nauigantibus tempore tempestatis ab infirmis tempore infirmitatis & similia ¶Et quidã absolute & male respondent ꝙ nõ contra quos dicit. Vu. ꝙ est distiguendũ qa aut uota predicta fiunt ex intentione deliberata & sic tenent & obligant ut patet in. c ¶Sunt qui opes. xv. q. iii. Si uero fiant ex subreptione non tenent in angustis tamen magis subripitur mens q̃ in pace & quiete eo ꝙ scd'm Augustinũ in li. lxxxiii. q. passiones tristabiles plus habent alterare usum rationis q̃ passiones delectabiles ¶Secunda conditio que requirit in uoto dicitur promissio ¶Secũdum enim Ric. & Tho. ubi supra Propositum solũ ad faciendũ aliquod bonum nõ facit uotum sed propositũ firmatum promissione. Et si fiat corde etiam sine oris expressione adhuc tenet & ligat in foro conscientie ¶Expressio enim uoti per uocem refertur ad interiorem deliberationem. Sed hic occurrit unum dubium disputandum. Verum omne publicũ

UVA. BHSC. IyR_021

per expreſſionem uocis factum coram aliꝗ ſit uotum ſolemne. Et Reſpondet Ric. ꝙ differentia eſt inter uotum publicum & ſollemne quia quodlibet uotum coram multis & in publico factū publicum dici poteſt. Sed non quodlibet tale poteſt dici ſolemne ¶ Non enim dicitur uotum ſolemne niſi quod in ſe habet aliquid annexum ut in publicū debeat uenire & per quod uouens pōt̄ ſub alterius hominis poteſtate ¶ Et tale eſt uotum in ſuſceptione ſacri ordinis per quem ſuſcipiens conſtituitur miniſter eccleſie a deo publice ſeruiendum & ponitur ſub epiſcopi poteſtate. Vñ tale uotum eſt ſollemne etiam ſi predictum ordinem a epiſcopo reciperet in ſecreto ¶ Profeſſio etiam in religione facta in manu eius qui eam poteſt recipere habet in ſe aliquid annexum quo debeat in publicum uenire ¶ Vnde talis profeſſio ſolēnizat uotū etiam ſi fiat in occulto. Sollemnizatur ergo uotū per ꝓfeſſionē in religione & per ſacri ordinis ſuſceptionem ut patet extra qui clerici uel uouentes. c. Rurſus in glo. & .c. ꝙ uotum ¶ Notandū tñ ut dicitur in glo. xxvii q. i. c. Mulieres & extra de cōuerſa. coniugatorū. c ¶ Exparte. ꝙ in propria domo uti ueſtibus monachalibus & uotum facere nō ſollēnizat uotū ¶ Tertia cōditio que requiritur i uoto dicitur ſupererogatio. Debet fieri uotum de bono ſupererogationis & non de bono neceſſario quia ad bonū neceſſarium homo tenetur etiam ſine uoto ¶ Sed magiſter Sen. di. xxxviii. quarti dicit. ꝙ uotorum aliud eſt commune aliud ſingulare. Commune eſt quod omnes in baptiſmo faciunt cum ſpondēt renunciare diabolo ut habetur de conſe. di. iii. c. Prima igitur & .c ¶ Primum interrogetur ¶ Et tale uotum fit de his que ſunt neceſſaria ad ſalutem. Ibi tamen diminute inuenitur ratio uoti. Singulare uotū eſt cū aliquis ſponte promittit ſe ſeruaturꝰ aliquod bonum ad quod non tenetur quāuis teneatur poſt uotū Hinc dicitur. xvii. q i. c ¶ Sunt quedam. Sunt quedam que etiā non uouēres debemus quedā etiā que niſi uoueriſus nō debemus Sed poſt q̄ ea deo promittimus neceſſario reddere conſtringimur Sed hic emergit unum dubium ¶ Vtrum uota que fiūt ſub aliqua conditione conditione illa ceſſante ſint obligatoria. Et reſpōdet Ray. in ſūma. ꝙ duplex eſt cōditio ¶ Vna generalis ut ſi uixero ſi potero ſi deus uoluerit que ſemper intelliguntur etiam ſi non apponant ut patet xxvii. q. ii. c. Beata Maria. Alia eſt cōditio ſpecialis puta cum quis uouendo dicit promitto facere tale bonū

UVA. BHSC. IyR_021

si impetrauero sanitatem. si conditio deficiat uotum nō obligat. Facit ad hoc qđ scribitur. xxxii. q. viii. c. Non solū. Et extra de conditione apposita in dispensatione. c. Verum. Et de resti. spolia. c. Olim ¶ Quarta conditio que requiritur in uoto dicitur ordinatio. Debet uotum fieri ipsi deo quia cum uouere sit actus latrie soli deo debetur ¶ Sed dubitatur circa hoc quia uota fieri solent etiam sanctis. Sed dicit Ric. ꝙ uota que fiunt sanctis nō plene habent rationem uoti per comparationem ad sanctos sed ad deum. Qui enī uouet sācto Ia. eius ecclesiā uisitare. Locutio siue mentalis siue uocalis qua dicit se uisitaturum sanctū Iacobū fit sācto Iacobo ¶ Sed obligatio ad implendum illud quod dicit proprie & simpliciter loquendo non fit nisi deo ¶ Vnde quod est materiale in illo uoto fit sācto & qđ est formale fit deo ¶ Quīta conditio que requiritur in uoto dicitur formatio. Hec nāq; est forma uoti ut fiat deo de re bona ad bonū finē propterea dicit Ric. ꝙ uotum factum propter malum finem non tenet ¶ Nam magis dependet uotum a suo fine q̄ a sua materia quia secūdum philosophū. ii. meta. Finis est causa causarū. Sed uotū factum de materia mala propter finem bonum nō tenet ¶ Idcirco uouēs se facturum aliquid quod est absolute bonum non tamen ꝓpter hoc intendens nisi finem malū grauiter peccat & non tenet uotū quia talis aut intendit per illud uotum se posse consequi finē illū aut non ¶ Si non iam nō obligat se propter finem illū quia sicut dicit philosophus. iii. ethico. Electio non est impossibilium ergo a simili non est alicuius impossibilis ad cōsequendum. Si sic errat quia secundū Augusti. in li. lxxxiii. q. Deo uolente & auctore non fit homo deterior ¶ Deterior autē fit homo ꝓ consecutionē finis mali. Sexta conditio que requiritur in uoto dicit honesta/ tio. Debet uotum fieri de re honesta & materia bona propterea dicitur. xxii. q. c. In malis ¶ In malis promissis rescinde fidem in turpi uoto muta decretum quod incaute uouisti ne facias ¶ Sed dubitatur hic de Lepthe de quo habetur Iudic. xi. ꝙ interfecit filiam suam sicut uouerat ¶ Et tamen ad heb. xi. numerat inter illos qui per fidem uicerunt regna. ergo uidetur ꝙ possit fieri uotum de re mala & inutili ¶ Respondet Ric. ꝙ uotum Lepte non fuit obligatorīū uisi ad imolandū animal occurrens imola/ latitium. Et quo ad hoc fuit licitum & placens deo quod ostēdit victoria subsecuta ¶ Vnde in occidendo filiam suam fuit fatuus

UVA. BHSC. IyR_021

& impius de qua impietate postea penituit. Septima cõditio que requiritur in uoto dicit discretio. Debet nãq; fieri uotũ discrete prudenter & moderate. Nã sicut prohibita est indiscreta pnia ita prohibetur & uotum eius. Sed qd de uotis stultis ut sunt uota illorum qui uouẽt nõ cõedere caput aut nõ comedere pedes aut nõ cõedere colũbos uel nõ lauare mãus & similia? Rñdet Tho. q talia uota deridẽda sũt potius q̃ seruãda. Accipimus ergo ex dictis quãta in uno quoq; debet esse maturitas in uouẽdo quãta insuper diligẽtia in cõplẽdo qd uoto ꝓmissũ ẽ. Ideo dicit Ric. q oẽ uotũ licitũ obligat uouentẽ ad illud qd uouit ad implendũ nisi in q̃tuor casibus. Vnus ẽ ꝓpter impotẽtiã adimplẽdi. Scds ꝓpter auctoritatẽ supioris dispẽsandi. Tertius ꝓpter defectum conditionis apposite ut dictũ ẽ supius. Quartus qñ illud qd tpe uoti facti fuit licitũ postea fit illicitum.

Quod uouere interdicitur septẽ generibus psonarũ i qbus ẽ limitata rationabiliter facultas uouẽdi. Capit. ii.

SEcundũ mysterium principale de uoto declarãdum dicitur ꝓhibitio. Nã prohibent septẽ gradus personaq; uouere. Primi sũt episcopi. Scdi clerici. Tertii religiosi. Quarti pueri. Quinti filifamilias. Sexti serui. Septimi uxores. Primi qui non possũt uouere sũt episcopi. Ipsi enim nõ possũt facere uotũ quo dissoluat uinculum ecclesie sine licentia domini pape. Extra de renunciatione. c. Nisi cum pridẽ. Est enim episcopus ecclesie sue sponsus ut dicitur in. c. Inter corpalia extra de trãslatione epi & electi. Idcirco non pót emittere uota que essent in ꝓiuditium sue cure extra de uoto & uoti redemptione. c. Magna. Scdi qui nõ possunt uouere sunt clerici beneficiati qui nõ possunt uouere pegrinationẽ aut aliud ꝓpter quod habeant relinquere ecclesiã sine licentia prelati sui de cõ. di. v. c. Non oportet. Excepto q possũt uouere & uotum implere etiam episcopo contradicente de intrando religionẽ ut patet. xix. q. ii. c. Due sũt. Et similiter de accipiẽdo crucẽ ut habetur extra de uoto & uo. re. c. Ex multa. Tertii sũt religiosi. Proquibus dicitur. xx. q. iii. c. Monacho. Monacho nõ licet uotũ uouere sine cõsensu abbatis sui si autem uouerit frãgendũ erit. Ratio aũt potissima scdm Ric. q̃re religiosus nihil uouere potest est quia pensata humana infirmitate & religionis onere nõ posset se ad aliquid ultra suã ꝓfessionem obligare qd non posset implere sine q̃licũq; ꝓuiditu uel ꝓuidtu

UVA. BHSC. IyR_021

piculo obseruatiõis cuiuslibet eoꝝ ad que ex sua ꝓfessiõe tenet & absq; piculo reddẽdi se interdum onerosũ plato suo uel alicui seu aliqbus fratꝝ suoꝝ ꝓpter sollicitudines & modos singulares quos interdũ haberẽt illi q essẽt ad plura q̃ alii obligati ꝓpterea tante est altitudinis religiõis uotũ ꝙ omnia alia ĩ ipm cõmutari pñt. Et iõ ecclesia considerãs huius uoti altitudinẽ & hũane na/ture ĩfirmitatẽ uoluit auctoritate dei uoto religiõis nullũ posse uotũ aliud supaddi ꝓpter piculũ trãsgressiõis uitãdũ. Glo. i. ñ sup dicto. c. Monacho dicit mõachũ nõ posse uouere eẽ ĩtelligẽdũ de uoto abstinẽtie p quod alii scãdalizant. ¶ Quarti sũt pueri añ annos pubertatis qa p illo tpe nõ hñt expeditũ usũ rõnis & liberi arbitrii. Et ut dicit extra de regu. & trãseũtibus ad religionẽ. c. Sicut tenor. Carẽs usu liberi arbitrii uouere nõ põt qa nõ põt cõsẽtire. Quĩti sũt filiifamilias. Nã filiusfamilias qa subest patri in his que ad regimẽ domus & familie ptinẽt nõ põt de illis uotũ facere seu de ptinẽtibus ad illa sine patris auctoritate. Sexti sũt serui q non pñt uouere aliquid eoꝝ que ipos impediãt a seruitio dñoꝝ suoꝝ sine ipoꝝ auctoritate & uolũtate sicut patet. liiii. di. c. ¶ Ex ãtiqs &. c. Si seruus. Septĩ sũt uxores. p qbus notãdũ ꝙ uir & uxor sibi sũt mutuo debitores ĩ reddẽdo debitũ carnale. iõ qlibet eoꝝ ꝓhibet uouere de nõ reddẽdo sine lĩa alterius. Sed qa ĩ dispẽsatiõe domus & regimĩe fãlie mulier ẽ subiecta uiro & nõ ecõuerso ¶ Iõ de ptinẽtibus ad illa mulier nõ põt emittere uotũ sñ lĩa uiri sicut patet. xxxiii. q. v. c. mãifestũ. ⁊. ex pmissis &. c. noluit. iõ nũeri. xxx. c. dixit deus. Si uouerit uxor & iura/mẽto se cõstrixerit p ieiuniũ uel ceteraꝝ reꝝ abstinẽtiã affligat aiã suã ñ arbitrio uiri erit ut faciat siue ñ faciat. & forte hec ẽ cã eo ꝙ mulieres magis ad uouẽdũ ꝓne sũt q̃ uiri nec rephendius eas qa uouẽt sed qa ĩdiscrete uota facere solẽt. sũt & sepe ĩcõsi/derate ac leues & uota emittũt irrõnabilia & stulta p qbus ñ ex/pedit ut sacerdotẽ p absolutiõe reqrẽt. uir ĩ hoc caũ auctoritatẽ hẽt ñ ex ui clauiũ que ĩ ipo ñ ẽ sed auctoritate psidentie quã in uxorẽ hẽt. & cũ uxor obedire nollet uiro dicẽti uiro sibi nolle eã sua uota cõplere põt uerbis supaddere uerbera ita tñ ut ĩ oĩbus modestiã gerat ¶ Volui sic hec pauca dixisse qa noui mulierum importunitatẽ que uiros qñq; affligũt & uexant ut sub uotorum occasione licẽtiã eis largiantur uagandi discurrendi ac expẽdẽdi pecunias domus cum damno & detrimento familie.

UVA. BHSC. IyR_021

¶ De dispensatione uotorum ad declarationē dubiorū que sup illa possent oriri. ¶ Capitulum .iii.

QVartū mysteriū de uoto declarādū dicit dispensatio ¶ Pro cuius plenıore declaratıōe septē dubia sūt disputāda ¶ Pri/mum utrum expediat homini uouere ¶ Secundum utrum sit magis laudabile & meritoriū aliqd facere cū uoto uel sine uoto ¶ Tertiū utrum expediat inducere iuuenes ut uoto se obligent ad religiōis ingressum ¶ Quartum utrum uotum possit coniecturari ¶ Quintum utrum quodlibet uotum commutari possit in uotum religionis. ¶ Sextum utrum omne uotum sit dispēsabile ¶ Septimum utrū solus papa possit in uotis dispensare ¶ Primum dubium utrum expediat homini uouere ¶ Et arguitur ꝙ non ¶ Primo quia nullus debet se priuare magno dono dei ¶ Sed libertas hominis est magnum donū dei qua in parte priuat per uotum. ergo nō debet homo uouere. ¶ Secūdo arguitur quia nullus debet se exponere periculo alicuius transgressiōis ¶ Sed uouēs expōit se periculo cui nō erat expositus ante uotū. ergo non expedit uouere ¶ Tertio arguitur quia nullus debet aliquid facere quo suum aggrauetur peccatū si peccat ¶ Sed religiosus si peccat grauius peccatum cōmittit q̄ secularis sicut dicit Ansel. in libro de similitudinibus. ergo nō expedit uouere relgiōis ingressū & multo fortius nec quodcūq; aliud bonū ¶ In contrariū est omnis scriptura & laudabilis usus fidelium ¶ Respondet Ric. ꝙ uouere cū discretione expedit homini per hoc ꝙ firmat amplius uoluntatem suam in bono & pro magna parte excludit a se male faciendi libertatem & facit actum uirtutis latrie & ideo uouendo meret̄. Ad prmū argumentū respōdet Ansel. i libro de ſilitudinibus ¶ Quod obligatio ad bonum non repugnat libertati simpliciter ut etiam plene dictū est in sermone de obia dei. Ad secundū dicendū. ¶ Quod uouens discrete non exponit se periculo transgressiōis nisi per accidens. Ad tertium dicendum ¶ Quod licet religiosus grauius peccet q̄ secularis tamē de peccato penitens maiorem misericordiā consequitur q̄ secularis ¶ Secundū dubiū ¶ Vtrū magis sit laudabile & meritoriū facere aliquid cum uoto q̄ sine uoto. Respōdet Ric. & Tho. ꝙ sic. Quod declarant triplici ratione & una similitudine. Prima ratio ē ꝙ opus inferioris uirtutis magis ē meritoriū ıpratū a superiori uirtute q̄ non imperatum ¶ Sed latria superior uirtus ē p̄ abstinentia & opus abstinētie ad quod mouetur homo ex uoto est ıperatū ab ea ¶ Vouere enī actus ē latrie ergo magis meritoriū

UVA. BHSC. IyR_021

eſt opuſ abſtinẽtie ad quod mouetur homo ex uoto ¶ Secunda rõ ẽ hec ¶ Quãto opuſ procedit a uoluntate magiſ firmata in bono tanto eſt uirtuoſiuſ et ex conſequenti eſt magiſ meritorium. Ad operari enĩ uirtuoſe requiritur firmiter & immobiliter operari ut dicit philoſophuſ. ii. ethi. c. iiii ¶ Sed ceteriſ ꝑibuſ uolũtaſ firmior ẽ in bono cũ uoto q̃ ſine uoto ¶ Tertia ratio ẽ hec. Deuſ cũ acceptet opuſ propter operantem tanto magiſ acceptat illud quanto eſt ab homine ad ſuum ſeruitium ſpecialiuſ deputato ¶ Sed ceteriſ paribuſ homo ſpecialiuſ deputatur & dedicatur ad dei ſeruitium cum uoto q̃ ſine uoto. Ad idem etiam eſt ſimilitudo quam ponit Anſhel. in libro de ſimilitudinibuſ in qua comparat ſecularem facientẽ bonũ opuſ illi q dño dat de fructu arboriſſue quãtũ uult : & religioſũ illi qui domino dat totam arborem cum fructu qui magiſ eſt dño acceptuſ q̃ primuſ ¶ Tertiũ dubiũ utrũ expediat inducere iuuenẽſ ut uoto ſe obligent ad religiõiſ ingreſſũ. Et reſpõdet notabiliter Ric. ꝙ ſic ſi adſint debite condictiõeſ ex parte iuuenis & ex parte inductiõiſ & ex parte obligationiſ ¶ Qui enĩ uult inducere iuuenẽ aliquem ad obligationem predictam debet diligenter conſiderare ꝙ iuuenis debitam habeat etatem pro ingreſſu religionis que ad minuſ complectitur tempuſ. xiiii. annorum. extra de regularibuſ c. i. &c. Significatum eſt. Et ꝙ pro ut patitur etaſ illa in ꝓpoſitis ſuiſ licitiſ & honeſtiſ habeat ſtabilitatem. Et ꝙ ad conſiderandum qd illa religio põderet & obligatio habeat diſcretionẽ ſufficiẽtẽ. In ĩductione etiã debet eſſe diligens aſperitaſ religionis ad cuius obligationẽ inducitur explicatio & omniſ ſuggeſtioniſ & falſitatis excluſio. Nec debet eẽ nimiſ importuna perſuaſio. Aſperitatiſ enĩ religionis celatio & paucitatiſ ſuggeſtio operantur deceptionem deceptio autem ratione ignorantie diminuit de ratiõe uoluntarii. ¶ Tunc enim nimiſ eſt importuna perſuaſio quando fit cum rerum temporalium promiſſiõe uel cum in debita cõminatione uel cũ nĩa ſollicitudine. Debet autẽ inducẽſ cauere a tali importuna ꝓſuaſiõe quia taliſ ꝓſuaſio operatur in iuuene uel ipſũ inclinat ad obligãdũ ſe ex ſubreptiõe. Et ꝓdicta obligatio fieri nõ debet niſi ex plena uoluntate & deliberatione ¶ Ex parte etiam obligatiõiſ tria ſunt obſeruanda. ſ. ut fiat preuia deliberatione & ſtabilitatiſ propoſiti examinatione. Et ꝙ fiat cum diſcretione. ut. ſ. obliganſ obliget ſe ad ingrediendũ ut eam experiatur ¶ Et ſi deuſ dederit ſibi gratiam remanendi & religioni placuerit remaneat. Aut ſi propoſitũ ſira

UVA. BHSC. IyR_021

annū mutatū fuerit libere poſſit exire abſq; hoc ꝙ teneatur aliā religionē intrare. Debēt etiam obſeruare ꝙ fiat cum deuotiōe & debēt obſeruari predicta quia obligatiōeſ facte ſine deliberatiōe diſcretione & deuotione frequenter maloſ exituſ habent. Quartū dubium Vtrum uotum poſſit commutari. Et reſondetur ꝙ ſic ut habetur ī. c. Magne. de uoto & de uoti redēp. Ratio ē ſecūdum Ric. quia ſecundum Bern. in libro de precepto & diſpenſatione. Iniquū proculdubio foret ſi ea que ſunt pro ſola caritate ſtituta contra caritatem tenerētur. Votum autē fieri debet ex caritate & ꝓ caritate. Vnde eiuſ obligatio tenere nō debet cōtra caritatē. Teneret autem contra caritatem ſi non liceret illud commutare in melius. Votū ergo poteſt in melius bonum commutari non tamē hoc auctoritate propria fieri debet ſed auctoritate ſuperioriſ qa nulluſ fieri debet iudex in ſua cauſa. Quintū dubiū. Vtrū qd libet uotum cōmutari poſſit in uotū religioniſ Reſpondet Ric. Quod uolenſ facere profeſſionē ī religione ſi actualiter uel habitualiter uult remanere obligatuſ ad uota que ī ſeculo fecerat nō cōmutāt in uotum religioniſ tamen poſtq̄ deuenerit ad noticiam prelati ſui hoc factū poterit ipſū ab illiſ uotiſ abſoluere maxīe ſi ignorabat ipſū eſſe ligatū ipſiſ uotiſ tempore profeſſioniſ. Si autē actualiter ſeu habitualiter intēdit ampliuſ illiſ uotiſ non teneri ſed ſolī uoto religiōiſ ſue ab illiſ abſoluit per religioniſ uotū propter religiōiſ uoti altitudinem & perfectionē. Vnde extra de uo. & uo. redēp. c. Scripture dicitur. Reuſ facti uoti aliquatenuſ non habet qui temperale obſequiū in perpetuā religioniſ obſeruantiā noſcitur cōmutaſſe. Et de pe. di. 1. c. Mēſuram. ſ. hiſ auctoritatibuſ. Nō eſt neceſſaria certa ſatiſfactio peccati cuiuſ totū uite tēpuſ ī pen/ditur ſui ſeruitio conditoriſ. Et tamen ſi rex unuſ uel imperator uouerit ꝙ uſq; ad triēnium uel ſeptennīū militabit in terra ſancta & tenebit ſecum duo uel tria milia militum uel unuſ aliuſ dux uel comeſ exiſtenſ dux totiuſ exercituſ cruce ſignatorum & de cuiuſ abſentia deſolaretur uellet religionem intrare in hoc caſu uidet mihi ſummuſ pontifex conſulenduſ. Certum tamen eſt. ꝙ perſona mediocriſ a uoto tranſmarino abſolueretur per religioniſ īgreſſū. Sextum dubium. Vtrum omne uotum ſit diſpēſabile. Et arguit ꝙ non. Primo quia ſoluere promiſſum eſt de iure nature. Sed ea que ſunt de iure nature ſūt indiſpenſabilia. ergo nullum uotū eſt diſpēſabile. Secūdo arguit quia q nō facit quod promittit mēdē

UVA. BHSC. IyR_021

ſed nullus poteſt in mendatio diſpenſare. quia ſecūdū philoſophū
iii. etbi. Mendatium ſecūdū ſeipſum prauum eſt & fugiēdum Cū
ergo omne uotū ſit promiſſio nullum uotū eſt diſpēſabile ¶ Tertio
arguitur quia extra de ſtatu monachorū. c ¶ Cum ad monaſteriū
dicitur. Abrenūtiatio proprietatis ita monachali regule eſt ānexa
ut nec contra illum ſummus pontifex ualeat diſpenſare. ergo non
omne uotum eſt diſpenſabile. Quarto arguitur quia nullū uotum
eſt diſpenſabile quod in meliuſ commutari non poteſt ¶ Sed uotū
religionis non poteſt in meliuſ commutari cum omnia alia uota in
ipſum commutari poſſint. ergo non omne uotum eſt diſpenſabile
Ad hanc queſtionem licet multi multa dicant. tamen Ric. in iii. &
Tho. ibidem quantus aliter dicat. ii. ii. Iohannes neapolitanus in
quolibetis Innoc. & Hoſti. & cōmuniter oīes doc. tenēt ¶ Quod
omne uotū quod eſt de his que ſūt ſupererogatōis eſt diſpēſabile
quia diſpenſationis in quolibet tali uoto poteſt cauſa rationabilis
inueniri. ſ. p̄fectus maioris boi uel mali euitatio ſiue p̄ cōpatiōm
ad rem publicam ſiue per comperationē ad uouētē ¶ Reformatio
.n. pacis ſter regna maiusbonū ē cōitati q̄ cōtinētia uniuſ pſōe. in
tali etiā caſu ſi pſona que cōtinētiā uouerat nubat p̄ p̄ceptum dñi
pape ſua obīa magis meritoria ē ſibi q̄cōtinentia quantū ad p̄miū
ſubſtantiale ¶ Vnde Aug. i. etbi. Amabile eſt bonum uni ſoli meliuſ
uero & diutiuſ genti & ciuitatibuſ ¶ Vitatio etiā cōis mali ut uita/
tio diſcordie inter regna que ſūt in pace & probabilis tranſgreſſio
uoti ſi probabilitas ſit uehemēs poſſet eſſe rationabilis cā diſpēſādi
in quocūq; ſuperogationis uoto. Recta enim ratio dictare uidet
eſſe aliquem in eccleſia loco dei qui periculis cōitatum & pſonaq;
penſatis infirmitatibuſ utilitatibuſ & dānis poſſit rationabiliter
obuiare ¶ Ad primum argumentum dicendum ¶ Quod obligatio in
uotis nō ē de iure nature abſolute ſed ſub hac cōditiōe. ſ. quouſq;
per ſuperiorem ex cauſa rationabili fuerit relaxata ¶ Ad ſecundū
dicendum. Quod qui non ſoluit quod promiſit mentitur ſi ſibi nō
remittatur obligatio & ſoluere poſſit. Sed obligatione remiſſa nō
mentitur quia ampliuſ debitor non eſt ¶ Ad tertium dicendum q̄
quantus ſummus pontifex non poſſit facere q̄ ſit monachus abſq;
abrenūtiatione proprietatatis quia hoc eſſet facere cōtradictoria
ſimul tamen poteſt eſſe de monacho facere non monachū ſi cauſa
rationabilis affuerit. Ad quartum dicendum ¶ Quod q̄nuſ uotum
religionis commutari non poſſit in meliuſ bonum priuatum poteſt

UVA. BHSC. LyR_021

tamen cõmutari in melius bonum cõe. ¶ Talis etiã conditiõis posset esse ille qui uouit quod illud bonum siue uotum commutari posset in aliud bonum magis expediens sibi q̃us non posset commutari i maius bonum simpliciter. ¶ Septimum dubium. ¶ Vtrum solus papa possit in uotis dispensare. Et respõdent doc. q̃ in uotis maioribus sicut sunt uotũ continentie religionis & crucis solus papa dispẽsare potest quia in uotis istis non est dispensandũ nisi propter ecclesie cõem utilitatem uel aliquam magnam necessitatem Et ideo ipsoz̃ dispensatio merito reseruare debuit illi: ad quem pertinet totius ecclesie cura. ¶ Secundum uero morem curie uota peregrinatiõis ad uisitanda apostolorũ limina & sancti Iacobi in cõpostella uidenẽ rõano põtifici reseruata. In õnibus autẽ aliis uotis que respectu predictorum domini uota minora possunt eẽdem dispẽsare ut habet extra de uoto & uoti redemp. c. i. Inferiores autem eẽdem in nullo uoto dispẽsare possũt nisi eis fuerit specialiter cõmissũ ex p̃cepto prelatis religiosis qui dispensare possunt in uotis suorum subditorũ Religiose itaq̃ curare debẽt omnes circa uota sua se gerere ut illa discrete emittant emissa compleant aut si complere non possunt a superioribus dispẽsationẽ procurẽt ut sic mereantur in hoc seculo habere dei gratiam & i futuro sempiternam gloriam in qua uiuit & regnat deus p infinita seculoz̃ secula. Amen.

¶ Feria sexta tertie ebdomade in quadragesima de misericordia ad p̃ximũ habẽda & pia largitiõe elimosinaz̃. ¶ Sermo. xliii.

DIcit ei Iesus. Da mihi bibere. ¶ Scribũtur hec uerba Iohãnis .iiii. c. & in euangelio hodierno. Censenda sũt duriora saxis pectora eorum que xp̃o Iesu pietatem exhibere nolũt. Contulit quidem ipse nobis innumerabilia bona & quandoq̃ de illis a nobis petit ut sic ampliora superaddat. ¶ Petebat nanq̃ hodie bibere a samaritana ut illam faciaret aqua admirabili & suauissima gratie sue. Sic & sepe ab hominibus exigit misericordiam & clementiam pro suo amore proximis exhibẽdã q̃tenus largiatur eis copiosius premia eterne uite. ¶ Quia uero hoc maxime decet penitentes ut p elemosinarum largitiones satisfaciant pro peccatis suis idcirco in p̃senti sermõe de elemosina aliq̃ percurremus quã xp̃s a samaritana poscebat. d. Da mihi bibere. De ipsa itaq̃ elemosina tria mysteria p̃cipalia erũt declarãda. ¶ Primũ dicitur inductio. ¶ Secũdũ cõditio. ¶ Tertium distinctio.

¶ Quod septem sunt illa quibus inducimur ad misericordiam

UVA. BHSC. IyR_021

proximis exhibendam & ad prompte elimosinas largiendum

¶Capitulum. I.

PRimum mysterii de elemosia declarãdum dicitur ¶ductio In quo uidere debemus atq; notare septem rationes p̃cipuas q̃re unusq;q; ꝓmptus esse debet ad elemosias liberaliter largiẽdũ ¶Prima dicitur auctoritas ¶Secunda conformitas ¶Tertia exemplaritas ¶Quarta propetas ¶Quinta societas ¶Sexta gratiositas. ¶Septima felicitas ¶Prima rõ inducens oñes ad elemosias liberaliter largiendũ dicitur auctoritas. Omnis enim auctoritas scripturaꝝ hoc dicit hoc clamat hoc predicat. Vnde Dauid psal. xl. Beatus q intel. super ege. & pauperẽ in di. ma. li. e. dominus. Et Thobie. iiii. Noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita enim fiet ut nõ auertatur a te facies domini. Et. xii. c. Bona est oratio cũ ieiunio & elemosina. Et Ecclesie. iii. c. Ignem ardentem extinguit aqua & elemosina resistit peccatis Et vii. c. Facere elemosinã ne despicias. Et. xxix. c. Pone thesaurꝰ tuũ in preceptis altissi & ꝓderit tibi magis q̃ aurum. Conclude elemosinam in sinu pauperis & hic orabit pro te & liberabit ab õni malo ¶Et prouer. xix. Fenerat domino qui miseretur pauperis & uicissitudinẽ suam reddet ei. Et Isaie. lviii. Frange esurienti panem tuum & e. u. q; induc in do. t. cũ ui. nuo. o. e. & car. t. ne despexeris. Et iohannes. i. canõica. iii. c ¶Qui habuerit substantiam huius mundi & uiderit fratrem suum necessitatem habentẽ & clauserit uiscera sua ab eo quõ caritas dei manet i illo? Et Hieronimus. lxxxvi. di. c. Qui clemẽtiã. Qui clementiam non habet nec indutus est uiscera misericordie et lacrimarum q̃uis spiritualis sit non adimplet legem xp̃i. Et Amb. in libro de officiis. Natura ius cõe genera uit usurpatio uero ius ꝓuatum fecit ¶Vnde sunt multi qui nullam habent in agris aut in uineis portionem horum inopie de copia quam dedit dñs diuitibus est consulẽdũ ut & ipsi deo pro terre fecunditate bñdicãt nobiscũ quos ideo sub diuersis meloꝛtus laborare permittit dei sapientia ut tt miseros ꝓ pacientia misericordes uero coronet pro benuolẽtia Et idem. xlvii. di. c. Sicut hi. Neq; enim minus est criminis q̃ bñti tollere cum possis & habendas indigentibus denegare ¶Esurientiũ panis ẽ quem tu detines nudorum indumentum est quod reclusis miseroꝝ redẽptio est & absolutio pecunia quam tu i terra defodis. Et idem. lxxxvi. di. c. In singulis. Misericordia cõis est usus ideo preceptum cõe omnibus officius omnibus etatibus necessaria & ab

UVA. BHSC. IyR_021

omnibus deferenda ¶Non publicanus non miles excipitur non agricola non urbanus diues & pauper omnes in cõe admonentur ut conferant non habenti. Et xp̃s in euangelio Luce. xi. Date elemosinã & omnia mũda sunt uobis. Et. c. xii. Vendite que possidetis & date elemosinam. Hoc ipsum colligitur ex dictis moralium philosopborũ. Hinc est q̃ Tullius. i. de officiis ait. Quicquid sine detrimento commodari potest id tribuatur cuiq; uel ignoto. Et ouidius libro de punto. Regia crede mihi res est succurrere lapsis. Cõuenies homi est hominẽ seruare uoluptas. Et Plato in thimeo Bonos uiros decet cõmodos esse. Theologi insuper elemosinã laudant. d. supra. d. xv. quarti libri. Quod ipsa est tertia pars satisfactõis. Assignat nãq; magister in textu tres partes satisfactõis ¶Prima est ieiunium. Secũda oratio ¶Tertia elemosina. Que secũdũ Ric. sufficienter enumerantur tam ex parte bonorum. per que satisfaciendum est q̃ ex parte causarum peccati q̃ etiam ex parte eorum contra quos peccatum cõmittitur. De bonis enim nostris debemus satisfacere Et secundũ Aris. i. ethi. c. xx ¶Tria habemus bona. s. bona fortune bona corporis & bona anime. De bonis exterioribus seu fortune satisfacimus per elemosinã sub q̃ cõpbẽdit totum quod expenditur in proximorũ utilitatẽ. De bonis corpis satisfacimus per ieiunium sub quo conprehenditur quicquid pertinet ad corporis afflictionem. De bonis anime satisfacimus p orationẽ sub qua cõprehẽditur quicquid deo exhibetur per latrie uirtutẽ. ¶Secundo sufficienter enumerantur satisfactionis partes ex parte causarũ peccati. Nã secundũ iob. i. ca. ii. c. Tres sunt peccatorũ cause. s. cõcupia carnis que prout possibile ẽ excidit̃ p ieiunium & concupia oculorum contra quam ordinatur elemosina & supbia uite cõtra quã ordinat̃ oratio ¶Tertio sufficiẽter enũerant̃ satisfactõis partes ex parte eorũ cõtra quos peccat homo cõtra deũ. Et contra hoc ordinatur oratio ¶Peccat contra se ipsũ & contra hoc ordinatur ieiunium ¶peccat cõtra proximũ & contra hoc ordinat̃ elemosina. Et sic undiq; resonant elemosine laudes ¶Secunda ratio quare unusquisq; prõptus debet esse ad elemosinas liberaliter largiendum dicitur conformitas. Sumus nanq; conformes & inuicem mẽbra. Ro. ii. c. Et ut. dicitur. i. Cor. xii. c. Si quid patitur unũ mẽbrorũ compatiũtur ei omnia alia mẽbra ¶Propterea ait sapiẽs Eccle. xvii. c ¶Vnicuiq; mandauit deus de proximo suo. Et hoc suo mõ. Seneca ad Lucillum explicauit. d. Non potest quisquã

UVA. BHSC. IyR_021

OEmoniū habeſ. Iudeoꝝ blaſphemantiū xp̄m uerba ſunt iſta originaliter Io. viii. c. & in euan. hodierno. Cōtremeſcūt uiſcera mea & cor meū fit gelidūtotum cum cōſidero deteſtabilem horribilemq; xp̄ianorū abuſum qui preſūpſerūt iā publice relaxe linguaſ ſuaſ ad maledictiōeſ & ad blaſphemiaſ dei & ſanctoꝝ celi. Eſt autē hoc malum adeo cōmune adeo generale adeoq; antiquū atq; inueteratū ut ꝓpterea uideat pleriſq; aut puum aut ſatiſ leue peccatum uel certe nullū. quo fit ut tam in uiciſ in plateiſ in domo in foro ī ciuitate in agro reſonet contumelia dei ſūmi & benedicte matriſ eiuſ & aliorum ſanctorum. Et licet nōnulli confiteantur &

UVA. BHSC. IyR_021

accuſent ſe maledñdo & blaſphemãdo peccaſſe nihilominuſ nolũt credere peccati hutuſ grauitatem. Eapropter in preſenti ſermone de peccato maledictionis ſub quo & blaſphemiam intercludemuſ aliqua neceſſaria ſtudebimuſ declarare ut ſic qui ad penitẽtiã uerã uoluerint redire intelligant quantũ ipſis cauendum ſit a maledictis Nam & iudei peſſimi domino Ieſu Chriſto maledicẽtes merito uidentur abhorrendi. multo fortiuſ & ipſi xp̃iani qui fidem eiuſ p̃fitent̃. Diſtinguemuſ ergo triplicẽ maledictionẽ. Prima eſt facture irrõnalis. Scda creature intellectualis. Tertia nature diuinalis.

¶ Quod non debẽt xp̃iani maledicere creaturis irrõnabilibuſ eo q̃ ordinãtur ad hominẽ per ſubuentionem ſignificationẽ & per modum continentis. ¶ Capitulũ primũ.

PRima maledictio eſt facture irrõnalis cum. ſ. quis maledicit terre lapidibuſ arboribuſ aĩalibuſ pluuie uentis ſoli & lune ac ſimilibuſ. Et de hac maledictione ſanctus Tho. ii. ii. q. lxxvi. ĩqt Maledicere rebuſ irrõnabilibuſ ĩquãtũ ſunt creature dei ẽ pctm̃ blaſphemie maledicere autem eis ſcd̃m ſe cõſideratis eſt otioſum & uanum & p conſequẽs illicitũ. Sed poſſet aliquis arguere oñdendo non eſſe illicitũ maledicere creaturis irrõnabilibuſ. Primo quia ut habetur. ii. Reg. i. Audita Dauid morte Saulis & Ionathe maledixit montibuſ gelboe. Secũdo quia xp̃s ut habet̃ Math. xxi. & Marci. xi. Maledixit ficulnee ĩ qua non inuenit niſi folia. Tertio quia Iob ut dicit̃ eiuſdem. iii. maledixit diei ſuo & dicebat. Pereat dies in qua natus ſum & nox in qua dictũ eſt conceptus eſt homo dies ille uertat̃ in tenebras ¶ Rñdet Tho. ubi ſupra q̃ benedictio & maledictio ꝓprie poteſt ptinere ad illam rem cui poteſt bonũ aut malum cõtingere. ſ. rationali creature. Ipſis ergo irrõnabilibuſ dicitur contingere bonum aut malum ĩ ordine ad creaturam rõnalem ꝓpter quã ſunt. Ordinãtur autem creature irrõnales ad hominẽ tripliciter ¶ Primo p modũ ſubuentionis inquantum ex eis ſubuenit̃ humane neceſſitati. & hoc mõ a deo. Gen̄. iii. poſt pctm̃ primoꝝ parentum maledicta eſt terra ut. ſ. p eius ſterilitatem hõ puniret̃. Et de utero. xxviii. Deus dixit Si audire nolueris uocẽ domini dei tui ut cuſtodias & facias oĩa mãdata eius & cerimonias quas ego precipio tibi hodie. uenient ſup te omnes maledictiones iſte & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate. maledictus ĩ agro. maledictũ horreũ tuũ & maledicte reliquie tue. maledictus fructus uẽtris tui & fructus terre tue. armẽta boũ tuoꝝ & greges

UVA. BHSC. LyR_021

ouiū tuaꝝ ¶Scdo ordinantē creature irrōnales ad hominē p modū
significationis. & sic xp̄s maledixit ficulnee i significationē synago/
ge & iudaice gentis que non habebat nisi folia. uerba. s. legis sine
fructu. et ꝓpterea merito debebat arescere & auferri ab ea regnū
dei quod significatū fuit i ficulnea a xp̄o maledicta ¶Tertio ordi/
nantē creature irrōnales ad ipm hominē ꝓpter modū continentis
aut tēporis aut loci. Et sic Iob maledixit diei in q̄ natus erat ꝓpter
culpam originalē quam nascendo contraxerat. Ita ꝙ maledictio
illa nō arguit in eo aliquā impatientiam sed tm̄ arguit & explicat
ꝙ die qua natus est & conceptus contraxit originalem culpā que
radix est omniū passionū quas patimur in hac uita. Dauid insuper
maledixit montibus gelboe ad explicādum cedem que in eis facta
fuerat. ꝓpterea dicebat cum fletu & lacrimis. Montes gelboe nec
ros nec pluuia ueniat super uos in quibus ceciderunt inclyti Israhel
Saul & Ionathas amabiles & decori aq̄lis uelociores leonibus for/
tiores. Eilu Israhel super Saul flete. Et ego doleo super te frater
mi Ionatha. quare non est trahendū in consequētiam ut unusq̄sq;
pro suo libitu facturis irrationalibus maledicat.

¶ Quod hō non debet maledicere creaturis intellectualibus. s.
creature ifernali creature terrestri & celesti. ¶ Ca. ii.

SEcūda maledictio est creature itellectualis que adhuc tri/
plex est ¶Prima creatura itellectualis infernalis qui est dia/
bolus cui inquātum creatura dei est non licet maledicere Vnde in
Epistola Iude ¶Cum altricaretur Michabel cum diabolo de cor/
pore Moysi non fuit ausus in eum iudiciū inferre blasphemie. Al/
tricatio autem illa ut dicit glosa erat quia diabolus uolebat ueniri
corpus Moysi quod post mortem ut habetur deutero. deo uolente
ubi sit ignoratur. & diabolus uolebat ut sciret ut sic traberet po/
pulum ad idolatriam Sed angelus prohibebat & tamē cū diabolo
cōtendens nolebat blasphemare eum Idcirco Hieronymus. xxiii.
q. iii. c. Si igitur ait. Si igitur Michabel non fuit ausus diabolo
& certe maledictionis dignissimo iudiciū inferre blasphemie. q̄nto
magis nos ab omni maledicto puri esse debemus Merebatur diabo/
lus maledictum sed per os archangeli blasphemia exire non debuit
¶ Secunda creatura intellectualis dici potest terrestris. s. homo cui
potest quis tripliciter maledicere ¶Primo ex conformatione dei &
amore iusticie. Et de hac dicitur. xxiii. q. iii. c. Cum sancti uiri.
Cum sancti uiri maledictionis sententiam proferunt non in hanc

UVA. BHSC. LyR_021

ex uoto ultionis sed ex iusticie amore prorumpunt. Sic Genesis ix. dicit Noe. maledictus Cham seruus sit fratrum suorum. Sic actuū viii. Petrus maledixit Simoni dicens Pecunia tua tecum sit in p/ditione. Secundo potest quis homini maledicere ex quadā leuitate uel subreptione sicut solent multi facere licet ociose & bestialiter qui nesciunt loqui cum socio sine maledictione dicētes sis suspēsus per gulas. nascatur tibi uermis canis et similia. Tertio potest qs homi maledicere ex liuore odio et animo malo. et hoc cū sit con/tra caritatem peccatum est mortale. Tertia creatura intellectu/alis dicitur celestialis cui nullo pacto maledicere licet. Sed heu qd referam? Nam tanta est corruptela christianorum ut pro nihilo ducant blasphemare sanctos & gloriosam uirginem Mariam. Et sicut hi qui boni sunt deuotionem habent ad uirginem & ultra illā suum patronum & aduocatum fecerunt sanctum Anthoniū. Aliq sanctum Franciscum. aliqui sanctum Nicolaum. aliqui sanctam Katherinam & huiusmodi. ita pessimi & maligni blasphematores blasphemant uirginem beatam & pro sua deuotione aliqui sanctū Anthonium. aliqui Franciscum. Claram & huiusmodi. O ingra/tissimi peccatores. O furētes animi. O uenenosa & amarissima li/gua. O deniq; proditissimi hostes. Ecquid mali fecere uobis sancti? In quo nocuerunt uobis? An non assidue pro uestra salute inter/cedunt ad dominū? Nōne & uirgo illa pissima mater gratie fons misericordie pro uobis indefessa est aduocata? Quid ergo blasphe/matis illam & reliquos sanctos? Sed reuera si seruarēt illud quod dicitur in. c. Statuimus extra de malefic. s. q; publice blasphemā/tes deum uel uirginem sanctissimā uel aliquem sanctorum publica penitentia per septem ebdomadas punirentur in quarum scilicet qualibet sexta feria in pane & aqua ieiunarēt facerentq; alia que continentur ibi profecto non ita de leui prorumperēt in blasphe/mias. & licet penitentie sint arbitrarie ut tactum est ī preceden/tibus tamen laudo ut hi qui audiunt confessiones ipsos blasphemos non ita de leui absoluant quia facilitas uenie tribuit incentiuum delinquendi. propterea arguent illos aspere increpent dure & pe/nitentiam iniungant salutiferam & fructuosam. Quisnā nō uidet quanta diligentia opus sit ad blasphemos & maledicos emendatos? Difficile est utiq; malam cōsuetudinē derelinquere. O uere mala consuetudo qua homines christiani iniuriantur deo & sanctis eius In hac soli christiani demersi sunt quoniā non ē aliqua natio neq

UVA. BHSC. IyR_021

iudeoꝝ neq; gentilium & paganorum ſ qua tot ſint blaſphemie & maledictioneſ ſicut in populo chriſtiano.

¶Quod peccatū maledictioniſ & blaſphemie dei ē graue. tū ratione abhominationiſ. tum ratione ſuperationiſ. tū etiam ratione contrariationiſ. ¶Cā. iii.

TErtia maledictio eſt nature diuinaliſ. cū ſcilicet quiſ de deo male loquitur conuitia & contumeliaſ maieſtati ſue ſferendo Et de hoc dicit. Ric. de ſancto Victore. Sceleratiſſimum genuſ peccati eſt quando quiſ in dei uituperium delectatur. Et gloſa ſup illo uerbo Iſa. xviii. c. Ad populum terribilem etc. O mē peccatū blaſphemie comparatum leuiuſ eſt. Et iterum ibi. Nihil eſt horribiliuſ blaſphemia que ponit oſ ſuum ſ celum. quantum uero graue ſit peccatum maledictioniſ & blaſphemie colligi poteſt ex triplici ratione ¶Prima dicit abhominationiſ ¶Secunda ſupationiſ Tertia cōtrariationiſ ¶Prima dicit ratio abhominationiſ. In ueteri ſiqdē teſtamento abhominabantur patreſ antiqui uſq; adeo peccatum blaſphemie q̄ ex mandato dei de blaſphemia cōiunctū lapidabāt ¶Vnde leuit. xxiiii. dixit dominuſ. Educ blaſphemū extra caſtra & ponāt omneſ qui audierūt manuſ ſuaſ ſuper caput eiuſ & lapidet eum omniſ populuſ. Inſuper prioreſ illi patreſ audire deteſtabanē eoſ qui blaſphemabant. Ideo actuum. ix. Arbitranteſ licet falſo Stephanū blaſphemare cum dixit. Video celoſ appertoſ etc. Cōtinuerunt aureſ ſuaſ ne ſcilicet ſcd̄m gloſam audirēt blaſphemātem. & non ſolū audire ſed etiam nominare nō audebāt uocabulū maledictioniſ ¶Vnde cum accuſarent Naboth ut habet. iii. Reg. xxii. Benedixit deo & regi. i. maledixit Et Iob ut habet eiuſdē .i. Offerebat holocauſta pro filiiſ ſuiſ. Dicebat. n. Ne forte peccauerint filii mei & benedixerint deo .i. maledixerint. Similiter & temporibuſ hiſ abhominabiliſ eſt blaſphemia apud infideleſ. Nam quicunq; blaſphemaret deum in terriſ turchorum aut ſarracenorū grauiter puniretur. Ob quod aut nunq̄ aut ſatiſ raro ſentiuntur ibi uerba blaſphemie & maledictioniſ ¶O chriſtiani principeſ. O poteſtateſ ſeculareſ ¶O cuiuſlibet rei publice patreſ curate & uoſ legibuſ honeſtiſ punire blaſphemoſ ne deterioreſ infidelibuſ habeamini ¶Secunda ratio oſtendenſ grauitatem maledictioniſ & blaſphemie dei dicit ſuperationiſ ¶Supat enī tria peccata grauiſſima & execranda ¶Primum eſt peccatum paganorum ſeu infidelium qa ut ait Thomaſ. ii. ſecunde. q. xiii. Infideliſ ea de deo dicit & loqt

UVA. BHSC. IyR_021

que licet falsa sint tamen credit esse uerba. Christianus uero blas/
phemans loquitur contra ueritatem quam credit ¶Secundum est
peccatum homicidarum. ut enim dicit Thomas ibidem quantū ad
nocumentum maius peccatum est homicidium q̄ blasphemia eo q̄
magis nocet homicida homini interfecto q̄ blasphemus deo blas/
phemato ¶Sed quantū ad obiectum maius peccatū est blasphemia
q̄ homicidium quia homicida licet interficiendo hominē offendat
deum tamen principaliter intendit offendere hominem. Sed blas/
phemus & maledictus intendit principaliter & directe offendere
ipm deum ¶Tertium est peccatum iudeorum crucifigentiū Xp̄m
¶Vnde Augustinus ait Magis peccāt blasphemātes deū triūphātē
in celis q̄ qui crucifixerunt eū ambulantem in terris Ratio huius
est scd̄m Alex. in .ii. summe. tū quia iudei non cognouerunt ipm
esse deum ¶Vnde Apostulus ait. Si cognouissent nūq̄ deum glorie
crucifixissent ¶Sed qui deum blasphemant cognoscunt illum esse
deum. tum etiam quia iudei non promiserunt ei fidem in baptismo
sicut christiani. tum quia fit maior iniuria ratione maioris status.
¶Tertia ratio ostendēs grauitatē peccati maledictionis & blasphe/
mie dicitur contrariationis. Cōtrariatur nāq; blasphemia & male/
dictio dei ¶Primo nature ¶Secundo scripture ¶Tertio creature.
¶Primo contrariatur nature que dictat benefactorem suum esse
cognoscendum. nā & suo modo hoc faciūt aues celi & pisces maris
& bestie terre quātomagis ad id obligat homo rationalis & tamē
inter omnia beneficia que magna & multa sunt a bono deo boni
collata beneficium lingue est unū singulare prestātissimū & egre/
giū. O blasphemator ingrate. O feralis mens. O impudica lingua
¶Cur non solum deo tuo gratias non agis sed quod peius est illum
crudeliter maledicis? Cur nō solū benefactori tuo laudes impēdis
sed illum potius turpiter uilipendis? Cur tantum benefactorē non
solum non recognoscis. sed potius ita inhoneste blasphemas? Dedit
tibi ipse linguam ut tu cum illa laudares eum & benedicerēs nomē
sanctū eius. Secūdo blasphemia contrariatur scripture. Ipsa utiq;
admonet & hortatur nos ut benedicamus deum. Vnde Tobie. iii.
.c. scribitur. Omni tempore benedic deum, Et ecc. xxxix. Bene/
dicite dominum in omnibus operibus suis ¶Et Dauid psalmo. xv.
¶Benedicam dominū qui tribuit mihi intellectū. Et psalmo. xxxiii.
Benedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo
Et psalmo. cxliii ¶Per singulos dies. b. t. & l. n. t. i. e. & i. f. s. Et

UVA. BHSC. LyR_021

Ro. xii. Benedicite & nolite maledicere. ¶ Tertio blaſphemia con/
trariatur creature. omíſ enim creatura laudat & benedicit deum
¶ Vnde Auguſtinuſ in ſermone uniuſ martiriſ inquit. O ía quecũq;
fecit deuſ laudant deum. Audiſtiſ in benedictionibuſ & audiſtiſ in
omni ſollẽnitate quando leguntur quoniam omnia laudant deum
celeſtia terreſtria ãgeli homineſ luminaria celi arboreſ terre flu/
mina maria quicquid deuſ creauit ſiue in celo ſiue in terra ſiue in
mari laudant deum. hec ille. & ſancta mater eccleſia in matutiniſ
cantat hymnum trium puerorũ in camino igniſ omneſ creaturaſ
inuitãtium ad laudeſ & benedictionem dei. Quid reſpondetiſ igiẽ
O blaſphemi ad uoceſ omnium creaturarum? angeli celi laudãt &
dicunt clamãteſ. benedictuſ deuſ. Sol luna ſtelle & omnia celeſtia
corpora dicunt benedictuſ deuſ. ¶ Terra aqua aer igniſ & cuncta
que in eiſ ſunt dicunt benedictuſ deuſ. Boni & recti uiri dicunt be/
nedictuſ deuſ. & uoſ contra morem omnium aliarum rerum male/
dicitiſ niſi forte dixeritiſ q̃ exẽplũ ſumitiſ ab biſ qui ſunt damnati
in inferno de quibuſ dicitur apoca. xvi. Blaſphemauerunt deum
celi pre doloribuſ & uulneribuſ ſuiſ. O ergo infernaleſ homineſ.
O blaſphemi diabolici qui non niſi cum damnatiſ blaſphemando &
maledicendo conformatiſ & concordatiſ. Idcirco apparet q̃ graue
ſit peccatum ueſtrum. propterea clamabat Iſa. i. c. Ve genti pec/
catrici populo graui iniquitatiſ ſemini nequã filiuſ ſceleratiſ. blaſ/
phemauerunt deum Iſrahel abalienati ſunt retrorſum. & merito
propheta coíatur blaſphemãtibuſ & maledicentibuſ quia propter
blaphemiaſ & maledictioneſ ídignatuſ deuſ etiã í preſenti ſeculo
blaſphematoreſ flagellat & exterminat. Eſt de hoc exemplũ. iii.
Re. xix. de Senacherib ob cuiuſ blaſphemiã angeluſ una nocte
exercitum illiuſ aggredienſ centum. lxxxv. milia hominũ inter/
emit ipſo tandem Senacherib a propriſ filiuſ interempto. Refert
inſuper Gregoriuſ in. iii. dia. li. q̃ Rome puer. v. annorum blaſ/
phemuſ í brachiſ patriſ exiſtẽſ iuſto iudicio dei a diabolo ſuffo/
catuſ eſt propter hoc peccatum etiam deuſ mittit peſtilẽtiaſ famẽ
& guerraſ ut dicitur. xxxvii. q. ii. c. Flagitia in gloſa & in aut.
ut non luxurient cõtra naturam. & ut ego uidi diebuſ meiſ Italia
ſepiuſ flagellata ẽ multiſ tribulationibuſ & peſtilentiſ puto ꝓpter
fetorem ſodomie & impietatem blaſphemie. nã licet multa ſint alia
peccata que committuntur. hec tamen duo contaminauere quaſi
omnem carnem. & ut de blaſphemia dicam. non ſunt ab ea mũdi

UVA. BHSC. IyR_021

Rōnabiliter nanq; unuſquiſq; magiſ diligere debet ſeipm q̄ alioſ & cōmune bonū & multorum q̄ pticulare uel uniuſ. Sic letabāt de malo Pharaonis filii Iſrabel qui exodi. xv. dicebāt. Cātemuſ domio glorioſe enim honorificatuſ eſt equū & aſſeſſorem ꝓiecit i mare. & dum erant in captiuitate in manu eiuſ dolebant de proſperitate illiuſ. Idipm fecerūt de proſperitate & aduerſitate Holofernis aliorūq; qui populum dei uexare preſumpſerūt. Secūdo poteſt prouenire dolor de alteriuſ bono ex defectu. cū ſcilicet qſ dolet nō q̄ proximuſ bonū illud habeat ſed quia ſibi illud deficit. & ſi quiſ dolet ex defectu boni quod nō eſt uere bonū male agit ſic dolendo ut ſi quiſ doleat quia nō fornicatur ſicut multi faciūt & ſimilia Si uero doleat quia non habet bonū quod ē uere bonū & honeſtum recte agit & cum dolor taliſ circa honeſta uerſatur ſcd̄m Ariſtotelem. iii. rhetoricorum uocatur zeluſ. de hoc dicebat Pauluſ. ii. cor. xiii. c. Emulam in ſpiritualia. Et Hieronymuſ ad Letam de inſtitutione filie. habeat ſociaſ cū quibuſ addiſcat qbuſ inuideat quaꝝ laudibuſ moderat. Tertio poteſt prouenire dolor de alteriuſ bono ex malignitate & iniquitate qñ diſplicet multiſ abſq; ipoꝝ cōmodo uel incōmodo q̄ alii habeant bonum. & hoc ut plurimum euenire ſolet ex inani gloria. Vnde Gregoriuſ. xi. moraliū ait. Prima nanq; ſoboleſ inaniſ glorie eſt que dū oppſſam mentem corrumpit inuidiam mox gignit quia dum uani nominiſ potentiam appetit ne quiſ hanc aliuſ adipiſci ualeat tabeſcit. & ex hoc ē q̄ inuidia ſolet eſſe inter pareſ quia unuſquiſq; appetit alioſ i gloria ſcd̄m ſuum ſtatum aut gradum ſuperare. Vnde nūq̄ ruſticuſ aut agricola inuidebit doctori de ſciētia nec mulier inuidebit militi de ſtrenuitate uel fortitudie nec mercator aut ciuiſ religioſo de fama ſanctitatiſ & ſic de aliiſ. Sed unuſqſq; inuidet alteri de biſ bonis que uel ipſe habet uel habere intendit. Et tamen ſi hoc fiat animo deliberato cum ſit contra caritatem peccatum eſt mortale. Caritaſ inquit apoſtoluſ. i. cor. xiii. c. non emulatur.

¶ Quod maligna beſtia inuidie ſemper offendit uirtuoſoſ & ſanctoſ uiroſ ut ex multis patet exemplis. ¶ Ca. ii.

Secundum myſterium declarandum de inuidia dicit offenſio hec enī beſtia maligna offendit ſemper uirtuoſoſ & ſanctoſ uiroſ. Vnde Valeriuſ li. iii. de amore & dilectione ait. Nulla tā moleſta facilitaſ ē que malignitatiſ dēteſ uitare poſſit. Et Seneca de conſolatione ad Paulinū. Inimica ē ſemper alieniſ profectibuſ

UVA. BHSC. IyR_021

inuidia. Et Ouidius .i. de re. amoris. Súma petit liuor pflant al/
tissima uēti Súma petút dextera fulmía missa Iouis. Et Oratius
Sepius uentis agitat ingens pinus & celse grauiore casu. Decidunt
turres. feriuntq; súmos fulgura montes. Et Hieronymus i epita/
phio sancte Paule. Semp uirtutes persequitur inuidia. Feriútq;
summos fulgura montes. Etenim omnes sancti emulos habuerunt
In paradiso quoq; serpens fuit cuius inuidia mors intrauit in orbē
terrarum. Ipse quoq; dominus noster Iesus Christus zelo est crucifixus. hec ille. Hec enim est illa inuidia de qua dicitur sapientie. ii.
quod ¶ auctoritate Hieronymi est iam dictum q̄ scilicet per illā
mors intrauit in mundum. Hec est illa fera pessima propter quā
fratres Ioseph eum interficere temptauerút. & tandē uendiderút
hismaelitis dicentes patri. q̄ fera pessima deuorasset eum ¶ Hec est
propter quam Saul odio graui cómotus fuit cótra Dauid tēptās
sepius illum perimere quod & fecisset nisi Ionathas p̄monuisset eū
ut habetur. i. Regum. xviii. Inuidebat autem ei Saul quia post
interfectum Goliath & debellatos philisteos ad eum puelle can/
tabant. Saul percussit mille & Dauid decem milia. Quid dicam de
ātiquis romanis q̄ toto orbe clarissimi & sue reipublice zelatores
fuere p̄cipui? Nóne iuidie morsibus laniati extitere? Patet hoc in
Furio camillo de quo scribit Horosius & Titus liuius. q̄ cú Ro/
mānus exercitus p. x. cótinuos ānos magnas clades accepisset creatus
dictator cú capanētibus & falisciś maxía cú p̄speritate cóflixit &
uictis duobus populis p̄dam iter militeś p̄tulit est. Deiñ Veientiú
ciuitatē obsedit quā tādem cepit. Ista uictoria fuit cú tanta gloria
Romanoz. q̄ dictator sublatis ad celum manibus precatus est q̄ si
cui deoz Romana felicitas nimia uideret eius inuidia sub aliquo
suo incómodo sauciaretur atq; inter preces subito lapsu decidit.
¶ Quod omen scd̄m Valeriú ad sui damnationē qua postea p̄ssus ē
pertinuisse traditur. Nam post q̄ ad urbē triūphans redit tribuni
multiq; ciues camilli uirtute emuli diffamabāt gloriam eius con/
tendentes hostilem predam non equo iure fuisse diuisam. Et ista
pendente inuidia falisciorum. ciuitatem Romano subegit imperio
Post quod. A. L. Apulegio tribuno plebis accíctus p̄pter iequā
Veientiú prede distributionē ítercurrente illis diebus adolescētis
sui filii morte ut hinc publico & inde priuato cruciaret ícómodo
in exiliú pellit̄ damnatus. xv. milibus eris. Camillus uero ab urbe
discedēs humiliter deos precatus ē ut si hoc iniuste pateretur q̄p̄mú

UVA. BHSC. IyR_021

se ciuibus & ingrate patrie necessariũ fieri uellẽt. Quod subsecutũ est. Nã gallisenones obsessam urbẽ preter capitoliũ cepere. Quare missum est ad Camillũ pro auxilio qui mox ueniens ingratam patriam ab hostibus liberauit ut dicit Augustinus libro quinto de ciuitate dei. c. xviii. De Scipione insuper Africano dicit Valerius maximus q̃ cum post plurimos triũphos uocaretur ad reddendum computum de pecunie quantitate tanq̃ indignatus tale fertur dedisse responsum. Cũ frater meus totã uobis subiugauit Asiã & ego totam Africam nec opes asiane fratrem meum nec africane me diuitem fecerũt sed ĩuidia fecit utrũq; glorioſũ. Et ut scribit Liuius Tanta fuit inuidia ciuium cõtra Scipionem q̃ cum accusaretur a tribunis plebis nil aliud ad obiecta respondit sed dixit. O quirites hoc die uici Carthaginem magna sperantẽ & accipe leges nostras iussi. Recordor enim hunc diem ãniuersarium illum esse quo ante aliquot annos uici Hanibalẽ. Et ut scribit Valerius de fiducia sui Lauream suam capiti suo imposuit. & subiunxit. Equũ est diẽ hũc litibus & iniuriis semper immunem esse. Me ergo in capitolium ad Iouem optimum & Mineruam ceterosq; deos qui capitolio & arci president cõferam salutandos eo q̃ ĩ die isto & spe ac feliciter pro re publica dimicaui. Vosq; oẽs hortor uenire mecũ orareq; deos ut uobis mei similes duces omni tempore largiantẽ. His dictis & senatum totum & uniuersum equestrem ordinem & cunctam plebẽ comitem habuit. de eo q̃ pauciſſimi cum tribunis remanserunt. qui tandem ut inquit Valerius dolore anxii atq; inuidia tabescentes & pudore obruti se turbis immiscuere & cum ceteris prosecuti sunt reum. Scipio autem non modo capitoliũ sed p̃ totã urbem omnia deorũ templa cum populo Romano circuiuit non minore honore reus triũphans de inuidis quã uictor olim triũphauit de hostibus. Et cum uideret necesse esse aut succumbere emulis ulcisci neutrum experiri decreuit sed potius uoluntarium sibi elegit auxiliũ abiitq; ĩternum suam uillulam asperam solitariã & incultam haud ꝓcul a Cumis ciuitate campanie. O igit̃ inuidia rapacissima. O uirtutũ emula. O pestilentissima omniũ uirtuosorum inimica. Ex dictis utiq; clarum est qualiter ipsa uirtuosis & sanctis quietem aut pacẽ habere nec sinit nec patitur.

¶ De triplici mala conditione ĩuidie. s. propria flagellatione charitatiua oppositiõe & diabolica assimilatione. ¶ Ca. iii.

UVA. BHSC. IyR_021

Certum misterium declarandum de inuidia dicitur conditio. Est utiq; triplex mala cõditio propter quam iuidia ẽ abhominanda. Prima dicitur propria flagellatio. Secunda charitatiua oppositio. Tertia diabolica assimilatio. Prima mala conditio iuidie dicitur propria flagellatio. Est utiq; officium eius flagellare & affligere proprium subiectum. propterea Isidorus in libro differentiarũ ait . inuidus animo medullitus estuans a semetipso suoris proprii semp exigit penas. Et Hieronymus ad Asellã de fictis amicis exclamat dicẽs. O inuidia primũ tui mordax. Et Socrates dicebat. Vtinã inuidi i omnibus ciuitatibus oculos & aures haberẽt ut de omnibus profectibus torquerentur. Quot enĩ sunt hominũ felicium gaudia tot sunt inuidorum gemitus. Et Oratius. Inuidia siculi non inuenere tyranni maius tormentum. Secunda mala cõditio inuidie dicitur charitatiua oppositio. Opponitur siquidem charitati proximi. Illam tamen charitatẽ docẽt nos sancti & ipe sanctus sanctorum Christus Iesus. Vnde Paulus .i. cor. xiii. ait Sectamini charitatem. Et. xvi. c. ait. Omnia opera uestra fiant i charitate. Et ephe. iii. c. In charitate radicati & fũdati. Et. iiii. c. In charitate resistimus . Et. v. c. Estote imitatores dei sicut filii charissimi & ambulate i dilectione sicut & Christus dilexit nos. Et ad colo. iii. c. Super omnia charitatem habentes. Et Iohañ. i. cano. iii. c. Qui nõ diligit fratrem suũ i tenebris manet. Et Christus Iesus Iohannis. xiiii. Mandatum nouum do uobis ut diligatis inuicem. Et. xiii. c. In hoc cognoscẽt hoies quia mei discipuli estis si dilectionem habueritis ad inuicem. Aduertent igitur spirituales considerẽt hi qui p penitentiam se affligunt . cogitent religiosi qui seculum derelinquũt ut deo seruiant quãtum malũ sit inuidia que cum charitate stare non potest. Ipsa ecquidem sola uenenum est cuiuscunq; alterius boni. quia ut iquit Augustinus super Iohãne Dilectio sola discernit inter filios dei & filios diaboli. Signẽt se oẽs signo crucis baptizent omnes cantent alleluia intrent ecclesias impleant parietes basilicarum non discernuntur filii dei a filius diaboli nisi charitate. Magnũ idiciũ magna discretio. Quicqd uis habeas si nõ habes charitatẽ nihil hẽs. Alias uirtutes si nõ habes hanc habe & legem implesti. hec Augustinus. Tertia mala conditio inuidie dicitur diabolica assimilatio. Ipsa siquidem assimilat homines maligni spiritibus. Nam quid aliud est alterius inuidere felicitati q̃ diaboli officiũ exercere? Iõ xp̃s iuidis phariseis. Iohãnis. viii. c.

UVA. BHSC. IyR_021

ait. Vos ex patre diabolo estis. Nos uero curemus eē filii dei om/
nem inuidiam a cordibus nostris expellentes ut sic ualemus in hoc
seculo acquirere dei gratiam & in futuro sempiternam gloriam in
qua uiuit & regnat ipse benedictus deus per infinita secula secu/
lorum. Amen.

¶ Feria tertia quinte ebdomade in quadragesima de peccato
detractionis a quo abstinere debent qui ueram penitentiam
deoq; acceptam agere uolunt ¶ Sermo. lvii.

QVidam enim dicebāt quia bonus est alii autē nō sed seducit
turbas. Scribuntur hec uerba Iohannis. vii. c. & in euāge/
lio hodierno. Loquitur unusquisq; de altero scd̄m q̄ ei afficitur. i.
ita q̄ qui diligit non saturatur laudibus. qui uero inuidet aut odit
libenter detrahit & uituperat. propterea pharisei inuidentes xp̄o
sequacesq; sui causa detractionū morsibus lacerabant. Nec potuit
piissimus Iesus uitare oblocutorum dentes quinimo ut patet in ho/
dierno euāgelio publice a multis accusatus est & notatus peccator
& malus. Ista nāq; solet esse pessima inuidorum conditio ut omnia
in malam partem interpretent & trahāt ac de omnibus maledicāt
Venit iquit Christus Luc. vii. Iob. baptista non manducās neq;
bibens & dicunt demonium habet. Venit filius hominis manducās
& bibens & dicunt potator uini est. Cum uero detractio apud q̄/
plures mīmum peccatum esse reputet. ideo in hoc sermone de ipa
aliquid differamus ostendentes quantum expediat penitentibus a
tali uitio penitus abstinere de quo tria misteria principalia erunt
declaranda ¶ Primum dicitur malignatio. Secundum modificatio.
¶ Tertium offensio.

¶ Quod maligna sit detractio. tum respectu contrarietatis. tū
respectu generalitatis. tū etiā respectu crudelitatis. ¶ Ca. i.

PRimum misterium declarandum de detractione dicitur ma/
lignatio. Est siquidem peccatū hoc satis malignum & graue
triplici ratione ¶ Primo ratione cōtrarietatis ¶ Secūdo ratione ge/
neralitatis ¶ Tertio ratione crudelitatis ¶ Primo ratione contrarie/
tatis. Contrariatur siquidem fame que ut inquit Alex. in. ii. summe
¶ Preciosissima est omnium bonorum temporaliū. Et hoc exp̄ssius
dixit sapiens prouerbiorum. xxi. Melius est nomen bonum q̄ di/
uicie multe. Et Eccles. xli. Curam habe de bono nomine. Et Au/
gustinus id persuadebat. xii. q. i. in. c. Nolo dicens ¶ Qui fidens
conscientie famā suam negligit crudelis est. Est ergo fama p̄ciosa

UVA. BHSC. IyR_021

corona omnium hominum siue maiorū siue minoꝝ siue dominorū siue ciuium siue prelatorū siue subditorū siue secularium siue religiosorū siue uirorū siue mulierum fame itaq; graduſ omneſ nitore ſuo uenuſtat atq; decorat. Cum ergo detractio hanc ꝑpugnet nō debet peccatum leue cenſeri propterea ab Alex. ſic diffinit. Detractio eſt aliene fame per occulta uerba denigratio. Notandum tamen ꝙ differentia eſt inter cōtumeliam cōuitium improperium ſuſurrationē & detractionē. Cōtumelia ſcd̄m Tho. ii. ii. q. lxxii. Eſt expreſſio defectuſ alterius coram eo ꝑ uerba ad ipm̄ debonorandū. Et ſi fiat animo corrigendi nullum eſt peccatum quia etiā & ſancti hoc fecerūt. Vnde Luc. xxiiii. Chriſtuſ dixit diſcipulis euntibuſ in Emauſ O ſtulti & tardi corde ad credendum etc. Et Matb. xv. dixit phariſeis. Hypocrite bñ prophetizauit de uobis Iſa. Et Paulus ad Gal. ii. O inſenſati galathe quis uos faſcinauit Si uero contumelia fiat animo ſolaciandi aut nullum peccatū aut ueniale ē dūmodo fiat diſcrete qa luduſ noxius ē i culpa. ii. q. vii. c. Qualis. Si autem contumelia fiat animo iniuriandi quia cōtra caritatem eſt peccatū eſt mortale. Ex hoc Matb. v. Chriſtuſ dixit. Qui dixerit fratri ſuo fatue reus erit gehenne ignis. Eſt ergo cōtumelia cum refertur defectuſ culpe ſiue defectuſ ille ſit ſcd̄m ueritatem ſiue non in uituperiū alicuius. Cōuitium eſt cum refertur defectuſ nature uel pene. ut qui diceret ceco O cece. & ſurdo O ſurde. & claudo O claude anio iniuriandi. Et ſic. i. Regum. i. Fenenna que multos habebat filios amiſit illos qa ꝓperabat Anne que ſterilis erat. Improperiū etiam eſt cum referē alicui bñficium ſibi collatū ad ipſum confundendum. Et de hoc ſapiens eccleſ. xli. ait. Cum dederis ne improperes ſed initeris deum. Et. xx. c. Datū inſipientis nō erit tibi utile. nā oculi eius ſeptēpliceſ ſunt. Exigua dabit multa imꝑperabit. Idcirco Seneca li. ii. de beneficiis ait. Qui dedit beneficium taceat narret qui accepit. Iſta tamen quandoq; ſumuntur unum pro alio Suſurratio eſt cum refertur malum de alio in eius abſentia ut ponatur i diſcordia cum proximis ſuis. Et de hac plene dictum eſt in ſermone de diſcordia. Detractio uero ē cum dicitur malum de alio i abſentia eius ut ſua fama denigretur. Et ut inquit Thomaſ. ii. ii. q. lxxiiii. Suſurratio & detractio conueniunt in materia & forma Sed differunt in fine quia materia tam ſuſurrationis q̄ detractionis eſt malum proximi. Forma uero eſt dicere illud in abſentia eius. Sed finis ſuſurrationis eſt diſcordia

UVA. BHSC. IyR_021

finiſ uero detractioniſ ẽ ifamia. O quot docti ꝓpter detractiõeſ credunt̃ indocti. Quot uirgineſ creduntur corrupte. Quot uidue continenteſ & caſte luxurioſe creduntur & uane. Quot penitẽteſ hypocrite. Quot domi iuſticie amatoreſ tyrãni. Quot deniq; boni reputantur mali. Ideo ait Ambroſiuſ. Tolerabilioreſ ſunt fureſ q diripiunt bona noſtra q̃ detractoreſ qui lacerant famam noſtram.

Secunda ratio oſtendenſ malignitatem detractioniſ uocatur generalitaſ. Sunt nãq; multa peccata que & ſi committantur non tñ in omnibuſ locis nec omni tempore nec ab omibuſ ꝑſonis. Vitium autem detractioniſ nullum excipit locum nullum tempuſ nullamq; perſonã. Hinc eſt q̃ gloſa ſuper biſ uerbiſ prouerbiorũ. xxiii. c. Cum detrahentibuſ ne commiſcearis ait propter hoc uitiũ ꝑditat̃ fere totum genuſ humanũ. Et Hieronymuſ ad Celantiam. Raro inueniet̃ qui ita irreprehẽſibilem uelit exhibere uitam ſuã ut non libenter reprehendat alienã. Tertia ratio oſtendenſ malignitatem detractioniſ dicitur crudelitaſ. Eſt enim peccatũ hoc ſatis crudele propterea dicitur. vi. q. i. c. Summa iniquitaſ. Sũma ẽ iniquitaſ fratreſ detrahere & accuſare. quia omniſ q̃ detrahit fratri ſuo homicida eſt. Quod intelligẽdum eſt per quandam ſimilitudinẽ quia ſicut homicida extinguit proximi corpuſ ita & famam detractor Ex hoc cõꝑat̃ leoni deuorãti humanaſ carneſ. Vñ Eze. xviii. c. dicitur. Leo factuſ eſt didicit rapere predã & comedere hominem. Et Gregoriuſ. xiii. libro moraliũ exponenſ illud Iob Quare ꝑſequimini me ſicut deuſ &. c. m. ſ. ait. Hi ſũt q̃ aliene uite detractione paſcuntur & aliorum proculdubio carnibuſ ſaturantur. Et gloſa ſuper illo uerbo prouerbiorum. xxiii. Noli eſſe i conuiuiis peccatorum nec in cõmeſſationibuſ eoꝝ qui portant carneſ ad ueſcẽdũ. Carneſ iquit ad ueſcendum eſt in locutione derogationiſ uicißim uitia proximi dicere. hoc ergo peccatum feralem facit hoiem imo omni fera peiorem. Quia ut dicit Iacobuſ. iii. c. ſue cane. Omneſ nãq; aialiũ uolucꝝ & ſerpẽtum nature ab hoie domite ſũt & domãt̃. Linguã autẽ hoim nulluſ unq̃ domare potuit neq; pot̃. Igit̃ detractio pcim̃ dãnabile tu nẽpe eſt q̃ multoſ ad tartara feſtinãtiſſime cõpelliſ. Quia ut Iac. v. c. dicit̃. Si qſ putat ſe religioſũ eẽ nõ refrenãſ linguam ſuam ſed ſeducẽſ cor ſuum huiuſ uana eſt religio.

Quod tribuſ modiſ cõmittit̃ detractioniſ uitium. ſ. ꝑ modum ſiquũ aſtutũ & ſimulatũ. Ca. ii.

UVA. BHSC. LyR_021

Ecúdú myſteriú declarãdú de detractióe dicit modificatio
Solet equidẽ peccatum iſtud pluribuſ modiſ cõmitti quoſ cñ
noſ ad treſ precipuoſ reducemuſ Primuſ dicitur iniquuſ Secúduſ
aſtutuſ Tertiuſ ſimulatuſ Primuſ eſt moduſ iniquuſ cú qſ pximú
infamare ſtudet cũ iniquitate. Quod fieri poteſt tripliciter Primo
reuelando peccata ſua ſecreta non ſeruando preceptú de frater /
na caritate de quo Chriſtuſ dixit Mathei. xviii. Si peccauerit i
te frater. t.u. &. c. e. inter te & ipſum ſolum. Secúdo fingendo de
proximo mala que non commiſit Tertio ſcribendo contra ipſum
famoſoſ libelloſ uel ſicut hodie fieri ſolet iuectiuaſ lenocinio uer/
ború fucataſ cõponẽdo & cãtilenaſ Scẽduſ moduſ detrahẽdi dicit
aſtutuſ. Sunt nanq; alii cum aſtutia detrahenteſ proximo adhuc
tripliciter Primo tacendo. Nam cum interrogantur de aliquibuſ
uirtutibuſ licet nullum malú dicant tacent tamen uerum & bonú
quod ſciũt dicereq; debent. Sicut ſi quiſ interrogaretur de aliqua
puella nubili an eſſet honeſta & ille ſciret ſic eſſe tamẽ aut taceret
aut diceret. Nõ me interpono de alieniſ factiſ. taliſ utiq; & ſi non
directe indirecte tamen proximi ſui famam lederet. Ideo dicebat
Gilbertuſ porrectanuſ. Grauiſ rapacitaſ cum ueram alteriuſ glo/
riam & ſi mendatio non corrumpit ſilentio preteriſ. Liuor enim
excellentiam propriam ſemper cogitanſ alienã obſcurat Secũdo
aſtuti detrahunt negando cum ſcilicet & ſi malum non dicant de
pximo negant tamen bona que de illo ab aliſ narrantẽ & p̃dicãt.
Tertio aſtuti detrahunt uenenando cum ſcilicet multa bona dicũt
de aliquo uenenando cũ aliquo malo interpoſito ſicut pleriq; fa/
ciunt ſemper addenteſ. ſed. uel ſi. Dicũt enĩ O ſi taliſ nõ haberet
illũ defectũ uel illũ etc. quot uirtutibuſ quibuſ floret laudaretur
a cunctiſ. Vel dicũt. Taliſ eſt doctuſ uel probuſ ſed deficit in hu/
militate & huiuſmodi. Sicq; detractoreſ aſtuti ne uideãtur detra/
here laudant ut tandem uituperent. & ſimul cum melle porrigunt
ad bibendum uenenum. Venena ait Hieronymuſ ad Letham nõ
dant niſi melle circundata Tertiuſ moduſ detrahẽdi dicitur ſimu/
latuſ qui eſt ꝓpriuſ Hypocritarũ. Ipſi etenĩ detrahunt tripliciter
Primo dolendo. Fingunt nãq; uoce uultu uerbiſ geſtu ſuſpiriſ
dolẽter & ex caritate referre criminationeſ & diffamationeſ pro/
ximorum ſuorum cum tamen id faciant ex impietate liuore & in/
uidia Secũdo Hypocrite detrahũt augẽdo cum narrant aliquod
factum minimũ uerbiſ ſuiſ aut factiſ ampliãteſ illud & adaugẽteſ

UVA. BHSC. IyR_021

¶ Tertio hypocrite detrahunt notando cū ſcilicet nominant multoſ cum laude & poſt alicui alteri detrabūt. Hi modi & ſi nō hoc ordine nihilominuſ in ſubſtātia pro maiori parte ponūtur ab Alex. de aleſ in ſcō uolmie ſūme & a ſancto Tho. ii. ii. q. lxxiii.

¶ Quod per detractionem offendūtur detrahenteſ audienteſ & patienteſ. ¶ Ca. iii.

TErtium myſterium cōtemplandū de detractione dicitur offenſio. Eſt etenī peccatū hoc offenſiuū ualde. offendit nāq; tria hominum genera. Primi ſunt detrahenteſ. Secundi audienteſ. ¶ Tertii patiēteſ ¶ Primi quoſ detractor offendit ſūt ipſi detrahēteſ Nam ultra hoc q; mortaliter peccant ſcm Scotum in. iiii. di. xv. ¶ Tenentur ad reſtitutionem fame ¶ Quod ſecundum Ric. & Tho. fieri habet ad arbitrium boni uiri. Et de mō reſtituendi talē famā etiam ſatiſ ample ſcripſit ſanctuſ Bernarduſ in quadrageſimali de chriſtiana religione ¶ Ideo non curaui hoc multū ampliare. Vt tamen cum pauciſſimi reperiantur qui famam uelint reſtituere hiſ quibuſ detrahunt magnum periculum eſt detrahere ¶ Secūdi quoſ detractor offendit ſunt audienteſ. Illi enim qui detrahentibuſ beniuolum prebent auditum peccatum non effugiunt. Idcirco Bern. ad Eugenīū īquit. Velle detrahere & audire quid horum damnabiliuſ ſit non facile dixerim. Et Auguſtinuſ. Ne accomodeſ aureſ tuaſ detractioni. Detrahenti enim anime & audienti utriuſq; eſca mortiſ eſt detractio. Et. xi. q. iii. c. Non ſolū Non ſolū ille reuſ eſt qui de alio malum profert ſed qui cito criminibuſ aurem prebet propterea caute agendum eſt ut nō ſolum nō detrahamuſ ſed ne detrahenteſ quidē audire uelimuſ. Ad hoc autē quinq; ſunt opportuna remedia ¶ Primum eſt elongatio ut ſi fieri poteſt elonget ſe unuſquiſq; ab hiſ quoſ detrahere uidet paratoſ. Et de hoc ſapienſ prouerbio. iiii. ait ¶ Detrahentia labia procul ſint a te ¶ Secundū eſt remedium contriſtatio ¶ Nam ſi quiſ non poteſt ſe a detractoribuſ elōgare oſtendat eiſ detrahere uolentibuſ uultū triſtē ſignificanſ ſe non libenter audire & cōfricādo caput ſpuendo in terrā poſt tergum reſpiciendo & faciendo ſimilia refrenet dicentiſ audaciam ¶ Quia ut inquit ſapienſ prouerbio. xxv. Ventuſ aquilo diſſipat pluuiaſ & uultuſ triſtiſ linguā detrahentem. Et Hieronymuſ ad Ruſticum monachum ¶ Sicut ſagitta ſi mittatur in duram materiā nonnunq; reuertitur in mittentem & uulnerat uulnerantē ita & detractor cum triſtem uiderit uultum audientiſ immo non

UVA. BHSC. IyR_021

audientiſ ſed obdurantiſ aureſ ſuaſ ne audiat iudicium ſanguiniſ illico conticeſcit palet uultuſ ſilua ſiccat. Et. vi. q. i. c. Ex merito dicitur. Nemo inuito auditori libenter refert. Tertium remedium ē reprehēſio ſicut Chriſtuſ fecit dū diſcipuli detrahebāt Magdalene quibuſ dixit Mathei .xxvi. Quid moleſti eſtiſ huic mulieri bonū opuſ etc. Et ad hoc propoſitū Iob. xxix. dixit. Conferebāt molleſ iniqui & edentibuſ illiſ auferebant predam. Quartum remedium eſt cordiſ ſtabilitio ut nō credat cito omne malum quod dicit quia multi multa loquūtur & ſepiuſ falſa q̄ uera. Et ut dicit eccleſ. xix. Qui cito credit leuiſ ē corde. De Chriſto & de Iohāne baptiſta ut tactum eſt multi mala loquebantur. Duo ſeneſ iudiceſ tanq̄ adulterā mentiendo accuſabāt Suſannā inſtanteſ ut lapidaretur ut patet Danieliſ. xiii. Sancta Marina uirgo que in habitu uirili incognita aliiſ deo ſeruiebat in monaſterio infamata fuit q̄ impregnaſſet iuuenculam quandam. Ob quod fere uſq; ad mortē extra monaſterium abinde penitentiam egit. Hieronymuſ etiam glorioſuſ in epiſtola ad Aſellā de fictiſ amiciſ conquerit ualde ſic dicenſ. Si tibi preſente a me referri grāſ poſſe non ſapientia. potenſ eſt deuſ ſuper perſonā meā ſancte anime tue reſtituere quod meretur. Ego enim indignuſ nec eſtimare unq̄ potui nec optare ut tātum mihi in Chriſto largieriſ affectum. Et licet me ſceleratū quidam putēt & omnibuſ flagitiiſ obrutū & pro peccatiſ meiſ etiā hec parua ſint. tamen tu bene facis q̄ ex tua mente maloſ putaſ bonoſ. Periculoſū quippe eſt de ſeruo alteriuſ iudicare & non facilis uenia praua dixiſſe de rectiſ ¶ Veniet ueniet dieſ illa & mecū dolebiſ ardore nō puo Ego probroſuſ Ego uerſipelliſ & lubricuſ Ego mendax & ſathane arte decipienſ. Quid enim tutiuſ eſt hoc uel credidiſſe uel fuiſſe de inſontibuſ an etiam de noxiiſ credere noluiſſe? Oſculabantur quidam mihi manuſ & ore uipereo detrahebant dolebant labiſ corde gaudebant. Videbat dominuſ & ſubſanabat illoſ & miſerum me ſeruū ſuum futuro cum eiſ iudicio reſeruabat ¶ Quintum remedium eſt cordiſ compaſſio ut cum quiſ audit aliquoſ detrahenteſ referenteſ etiam ueritatem compatiatur proximiſ ſuiſ peccatoribuſ conſideret q; quia ſc̄m cōmunem legē ut Lac. ait li. vi. Nemo poteſt eſſe tam circūſpectuſ tam prudēſ qui non aliquando labatur. Et ideo quilibet magiſ timere debet de ſuo lapſu q̄ de peccatiſ alieniſ gaudere. Tertio quoſ detractio offēdit ſunt patienteſ illi uidelicet quibuſ detrahitur ¶ Nam ultra hoc

UVA. BHSC. IyR_021

ꝙ illorum fama denigratur cum ſepius innoteſcat eis ꝙ male dicie de illis affliguntur & contriſtantur. Sed reuera conari debent ut potius letentur & iocundentur quoniam tales detractiones crimi/ nationes & oblocutiones falſe faciunt ad augmentum glorie. Vñ Chriſtus Mathei. v. dixit. Beati eritis cū maledixerint uobis ho/ mines & perſecuti uos fuerint & dixerint omne malum aduersum uos mentientes ꝓpter me gaudete & exultate quia merces uestra copiosa est in celis. Seruāda ísup est regula Gregorii q. xi. q. iii. c. ¶ Inter uerba aīt. Inter uerba laudantium uel uituperantiū semp ad mentem est recurrendum. Et si non inuenitur in nobis malum quod de nobis homines dicunt in magnam debemus letitiā prosilire Et rursus si non inuenitur in nobis bonum quod de nobis homines loquuntur magnam triſticiam generare debent. Videāt itaq; de/ tractores & bilingues quanta mala faciunt detrahēdo. Penitētes ergo prohibeant linguam suam a malo & labia sua non loquanē ſiqua ut sic diuine gratie munera in seculo hoc possint participare & tandem peruenire ad eternum regnū beatoꝝ in quo Chriſtus saluator noster cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat per in/ finita seculoꝝ secula. Amen.

¶ Feria quarta quinte ebdomade in quadrageſima de ꝓprii uitio a quo maxīe penitētes cauere debēt. ¶ Sermo. lviii.

On estis ex ouibus meis ¶ Verba sūt redemptoris nostri ori/ ginaliter Iohannis. x. c. & in euangelio hodierno. Quod de iudeis locutus est Chriſtus in uerbis premissis hodie non immerito dici potest de chriſtianis malis. Ipsi etenī uocē Chriſti contēnētes diuina mandata obseruare non curant quintmo grauius offendūt q̄ cetere nationes que sub quacunq; falsa religione uiuunt. Inter cetera autem mala atq; peccata que ab eis committi solent est illud unum execrandū ualde uiolatio scilicet & fractio iuramenti. Istud nanq; peccatum ita inoleuit ut a multis ob publicam communē p/ niciosamq; consuetudinem minimum esse credatur. Eapropter ꝓ presentium eruditione i hoc sermone de periurio uerba faciemus quoniam periuri ex ouibus Chriſti esse non possunt. proponemus ergo de periurio principaliter tria misteria declaranda ¶ Primum dicitur diffinitio ¶ Secundum commissio ¶ Tertium malignatio

¶ Quid sit periuriū & an iurare sit licitum quot sūt iuramenti comites & que sit iuramēti forma. ¶ Capitulum p̄mū.

UVA. BHSC. IyR_021

PRimum misterium declarandum de periurio dicitur diffinitio in quo uidenda sunt quatuor ¶Primum quid est periurió ¶Secundum utrum iurare sit licitum ¶Tertium quot sunt iuramenti comites ¶Quartum que sit iuramenti forma ¶Primum uidendum est quid est periurió ¶Et respondet Ray. in summa sua dicens. Periurium est mendació iuramento firmatum. Et quia dicit iuramẽto ¶Notandum scd'm Alex. de ales i. iii. summe q̃ duplex est iuramẽtú Vnum assertorium cum scilicet iureiurando asseritur aliquid sic eẽ uel non esse ¶Secundum est iuramentum promissorium cum promittitur aliquid fieri uel non fieri. & in utroq; mentiendo periurió consistit. Sed hoc plenius declarabit̃ in sequẽti misterio. Vgo uero de sancto Victore qd sit periurió expressius declarat sic. Periurium est falsa uel indiscreta iuratio seu iuramenti transgressio ¶Secundó uidendum utrum iurare sit licitum. & q̃ sic uidetur primo exẽplo dei Ipse etenim iurauit. Vnde Genesis. xxii. Per memetipsum iuraui dicit dominus. & psalmo. c ix. Iurauit dominus & non penitebit eú. Et Hiere. xliii. Ecce ego iuraui in nomine meo magno ait dominus. Et Amos. iii. Iurauit dominus deus in sancto suo. Et Luce. i. Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum etc. Secundo q̃ iurare sit licitum patet exemplo patrum tam ueteris q̃ noui testamẽti. Scribitur enim Iosue. xiiii. Iurauit Moyses in die illo dicens ¶Terra quam calcauit pes tuus erit possessio tua & filiorum tuorú meternú quia secutus es dominú deú tuum Et Iudicú. xxi. Iurauerút filii Israhel i Maspbat & dixerút. Nullus nostrum dabit filius Beniamin de filiabus suis. Et. ii. Regú. xxi. Iurauerunt uiri Dauid. d. Iam non egredieris nobiscum in bellum ne extinguas lucernam Israbel. Et. ii. paralip. c. xv. dicitur de filius Iuda & Beniamin qui uenerant in Iherusalem. Iurauerút domino uoce magna & i iubilo & i clãgore tube. Et Ro. i. Iurauit Paulus dicens ¶Testis est mibi deus cui seruio in spiritu meo & in euãgelio filii eius q̃ sine intermissione memoriã uestri facio semper in orationibus meis. Et Phili. i. Testis est mibi deus quomodo cupiã oẽs uos in uisceribus Iesu Christi. Et Hieronymus i descriptiõe Pauli primi beremite iquit. Testor deú & angelos eius uidisse monachos etc ¶Tertio q̃ iurare sit licitum probatur ex ordinatione ecclesie & sacrorum conciliorum. Nam ordinata sunt iuramenta. Romani i/patores. ut patet in Clemeñ. Romani principes de iureiurãdo beretticorum qui abiurant heresim. ut notatur de conse. di. ii. c. Ego

UVA. BHSC. IyR_021

bellengariuſ. & extra de hereticiſ. c. Ad abolendam prelatorum. ut de electione. in. c. Significaſti. Et ſic de aliiſ iuramentiſ que ſacri canoneſ ponunt. Quarto ꝙ iurare ſit licitum probatur auctoritate ¶ Vnde deutero. vi. Dominum deum tuum timebiſ & illi ſoli ſeruieſ & per nomen illiuſ iurabiſ. Et deutero. x. c. Iurabiſ in noīe eiuſ. Et pſalmo. lxii. Laudabūt omēſ qui iurant in eo. Et Hiere. iiii. iurauit. Viuit dominuſ in ueritate & in iudicio & in iuſticia Ad idem facit quod ſcribitur. xxii. q. i. c. Omne. c. Non eſt. c. In nouo teſtamento. c. Vt noueritiſ. c. Ita. c. Tu manifeſtum faciſ. c. Et iurabit. c. Conſidera. c. Si peccatū eſſet. Quīto ꝓbatur ꝙ ſit licitum iurare ratione. Nā actuſ uirtutiſ eſt licituſ ſed iurare per deū eſt actuſ latrie quia ſicut Hieronymuſ in gloſa ſup illud Mathei. v. Reddeſ domino iuramenta tua. Hoc per quod quiſq; iurat ueneratur ¶ Venerari autē deū actuſ latrie eſt. ergo actuſ iurandi per deum eſt licituſ. Sed contra arguunt aliqui ex auctoritate ſaluatoriſ dicentiſ Mathei. v. Ego dico uobiſ nō iurare oīo Et ex auctoritate Iacobi qui. c. v. ſue canonice. ait. Ante omīa fratreſ mei nolite iurare. Reſpondet Auguſtinuſ in libro de mendacio & in epiſtola ad Plebeculā. Quod in biſ auctoritatibuſ predictiſ non prohibetur iuramentū in quocūꝙ caſu. Sed interdicit immoderatuſ & nimiuſ uſuſ eiuſ ne ſic peruenīatur in periurium. ¶ Tertium uidendum quot ſunt iuramenti comiteſ ut debito mō fiat Reſpondet Hieronymuſ. xxii. q. i. c. Animaduertendum. ꝙ ſunt treſ ſcilicet ueritaſ iudiciū & iuſticia. Idem ponit in. c. Et ſi xp̄uſ extra de iureiurando ¶ Prima cōditio uel comeſ iuramenti eſt ueritaſ ut ſcilicet fiat cum ueritate ¶ Secunda eſt iudicium ut fiat diſcrete ¶ Tertia cōditio ē iuſticia ut fiat de re iuſta & licita. Quartum uidendum erat que ſit iuramenti forma. Et reſpondet Inno. & Ray. ꝙ alia fuit forma iuramenti in ueteri lege in qua iurare ſolebāt dicētes Viuit deuſ Viuit aīa mea. ut patet. i. Reg. xxiiii. & xxv. Alia fuit forma iuramēti i eccleſia p̄mitia. Tunc. n. iurātes dicebant Teſtiſ eſt mihi deuſ ut ſupra dictū eſt de Paulo. Hodie uero forma iuramenti ſolet eſſe ad ſacra dei euangelia. Omnibuſ tamen modiſ qbuſ deuſ iurat iuramētū eſt.

¶ Quot modiſ cōmittat iuramentū & ꝙ q̄tuor ſunt iuramenta indebita. ſ. Falſa iuſta icauta & omiſſa. ¶ Ca. ii.

Secundum miſterium contemplandū de periurio dicitur cōmiſſio. In quo ex dictiſ notare debemus ꝙ puriū cōmitti

UVA. BHSC. IyR_021

poteſt quadrupliciter ſcd'm quatuor indebita iuramenta. Primum eſt iuramentum falſum. Secundum iniuſtum. Tertium incautum. Quartum omiſſum. Primo committitur periurium reſpectu iuramenti cum quiſ iurat falſū ſiue in iuramento aſſertorio ſiue promiſſorio. Aduertendū tamen ſcd'm Auguſtinū. xxii. q. ii. c. hoieſ. q̄ aliquiſ poteſt iurare falſum intentione fallendi & taliſ peccat & periuruſ eſt. Aliquiſ poteſt iurare falſum ſine intētione fallendi & tunc ſi adhibuit diligentiam debitā ne iuraret falſum licet illud iuret non peccat. quia ut dicitur in dicto capitulo. Ream linguā nō facit niſi rea mens. Poteſt etiam quiſ iurare uerum cum intentione fallendi & taliſ peccat & quantū in ſe eſt periuruſ efficitur. Scd'o committitur periurium iuramento iniuſto uel illicito & tunc peccatum eſt ſic iurare & peccatum eſt tale iuramentum obſeruare. Vnde Iſidoruſ in. c. Que maliſ. xxii. q. ii. ait. In maliſ promiſſis reſcinde fidem in turpi uoto muta decretum. quod incaute uouiſti ne faciaſ. Impia promiſſio eſt. Ad idem eſt. c. Si aliquid. c. Non ſolum. c. Vnuſquiſq. c. Incommutabiliſ. c. Magne. c. Non ſp. c. Diffinitio. c. Si ad peccatum &. c. Mulier. Propterea non excuſatur Herodeſ qui iuſſit amputari caput Iohanniſ baptiſte ne uiolaret iuſiurandum. Iurauit nāq; dare puelle ſaltanti quicquid peteret licet dimidium regni eiuſ. At illa petiit dicens Da mihi in diſco caput Iohanniſ baptiſte ut dicitur Marci. vi. c. Ideo dicit Ambroſiuſ libro de officiis. Herodeſ ſaltatrici premium turpiter promiſit crudeliter ſoluit. Turpe eſt q̄ regnū pro ſaltatione promittat. Crudele q̄ morſ ꝑphete pro iuriſiurandi religione donat. Tertio committitur periurium in iuramento incauto ſiue indiſcreto in quo deeſt iudicium ſicut ſolent facere multi qui pro omni minima re iurant per deū ꝑ ſanctoſ ſanctaſq; per corpuſ & ſāguinē Chriſti & huiuſmodi qui audire debent uerbum ſapientiſ dicentiſ Eccleſ. xxiii. Iuratioi non aſſueſcet oſ tuū. Multi enim ſunt cāuſ in illa. Et iterum ibi Vir multū iurans implebitur iniquitate & nō diſcedet a domo eiuſ plaga. Qui autē ſic conſueuerunt iurare difficile corriguntur. Vnde & ego ſcio in ciuitate quadā Italie epm quendam qui neſciebat loqui niſi diceret per corpuſ Chriſti & in nomine diaboli. Cum uero nulluſ auderet illū corrigere dominuſ ciuitatiſ caritate motuſ hoc officium in ſe ſuſcepit. Quare iuitauit epiſcopum ut ſecū prandereat & finito prandio dominuſ traxit epm ad partē ſatiſq; reuerēter & honeſte dixit ei. Pater reuerēdiſſime

UVA. BHSC. IyR_021

multi de te aiunt q̄ nesciꝰ uerbum proferre sine iuramento & in/ uocatione diaboli. At episcopuꝰ in impatientiam uersuꝰ respondit In nomine diaboli & quiꝰ de me ita dicit. Per corpuꝰ Christi non est uerum. Cui dominuꝰ. Iam a teipso testimoniū accepi sicq; epi/ scopuꝰ ille cum rubore discessit. Illi uero similes plurimi inueniunt qui etiam dum confitētur obiurandi longam cōsuetudinem iurare non erubescunt. Quarto cōmittit periurium in iuramento omisso. cum scilicet non seruantur ea que seruari debent & possunt etiā iuramento firmata. O si seruarent reges principes duces comites marchiones barones officiales publici capitanei potestates recto/ res iudices aduocati procuratores notarii & certe multi alii que iureiurando promiserunt. quot iniustissime cessarent quot impie/ tates deessent quotue mala deficerent. De prelatis autē curā alias habentibus nihil dico tamen unū asserο q̄ multi ex his qui in di/ gnitatibus sunt cōstituti tam spiritualibus q̄ temporalibus ex eui/ dentia facti ipsoq; operibus periuri esse cognoscunt.

¶ Quod periurium ostenditur peccatum malignum & graue tum propter transgressionem tū ꝓpter prouocationem tum ꝓper assimilationē tū etiā ꝓpter punitionē. ¶ Ca. iii.

GErtum misteriū de periurio declarandū dicit malignatio. Est siquidem peccatū satis graue atq; malignū quadruplici ratione. ¶ Primo ratione transgressionis. ¶ Secūdo ratione prouoca/ tionis. ¶ Tertio ratione assimilationis. ¶ Quarto ratione punitionis. ¶ Prima ratio dicitur transgressionis. Transgrediūtur siquidem ipsi periuri preceptū domini qui ait Exodi. xx. c. Non assumes nomē dei tui in uanum. Et Leuit. ix. Non periurabis in nomine meo. ¶ O quantum confundi debent christiani periurantes quando apud infideles tantam uim habet iusiurandū ut Mar. regulus mori po/ tius elegerat q̄ iurata per illum uiolare. Inquit enī Augustinus de illo libro primo de ciuitate dei. Marcus regulus imperator populi Romani captiuus apud Carthaginenses fuit qui dum sibi mallent a Romanis suos reddi q̄ eorum tenere captiuos ad hoc impetrādū hunc precipue Regulum Romam miserunt prius iuratione con/ strictum si quod uolebant minime peregisset rediturum esse Car/ thaginem. ¶ Perrexit ille atq; in senatu cōtraria persuasit quia nō uidebatur esse utile romane rei publice mutare captiuos nec post hoc a suis ad hostes redire cōpulsus ē tamē quia iurauerat id spōte compleuit. Carthaginenses autem ut dicit Valerius sub rubrica de

UVA. BHSC. IyR_021

crudelitate eũ grandibus cruciatibus necauerũt Inclusum quippe angusto ligno ubi stare cogeretur clauisq; acutissimis referto ut se in nullã partem sine penis atrocissimis inclinare nõ posset etiam uigilando peremerũt O christiani periuri. O uiolatores fidei. O fractores iuramenti. Animaduertite & considerate q̃ uituperabile est q̃ue damnabile peccatum uestrum & in exemplo Marci regulꝰ discite quanta diligentia teneri debeat iusiurandum Secũdo pec/catum periurii est graue atq; malignum ratione prouocationis Ex illo nãq; prouocatur deus ad indignationem & iram quia sicut in/uocantes nomen eius protegit & defendit ita illud falsificantes & cõtemnentes abhorret & persequitur Dixit enim Ioel. ii. c. Oĩs qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Et per Dauid in psal. Protegam eum quoniam cognouit nomen meum Et prouerbi/orum. xviii Turris fortissima nomen domini. Sic econuerso ex/pugnat illos qui nomen eius irreuerenter tractant Propterea Asdrubal a Carthaginensibus missus ad romanos legatus pro pace firmanda post q̃ Scipio deuicit Hanibalẽ ut dicit Titus liuius cũ orasset in senatu flexisset q; ad misericordiam patres uni eorum q pre omnibus Carthaginensium fraudes celarat dicenti Per quos deos iurabitis nobis quos alias iurando fefellistis Respondit per eosdem quos tam aduersarios experimur contra iurata frangentes Legitur etiam in uita sancti Nicolai q̃ uir quidam ab uno iudeo quandam summã pecunie mutuo accepit iuransꝰ super altare sãcti Nicolai q̃ q̃citius posset eam sibi redderet Tenente illo diu pecu/niam iudeus eam expostulat sed ille eam sibi reddidisse affirmat. Ducitur res ad iudicium & iuramentum indicitur debitori. At ille baculum cauatum quem auro minuto impleuerat secum detulit ac si eius adminiculo indigeret Volens igitur facere sacramentum iudeo ibidem existenti baculum tenendum dedit. Iurauit itaq; q̃ plus reddiderat q̃ acceperat facto iuramẽto baculum suũ repetit quem iudeus ignarus astutie sibi reddidit. Redienꝰ autẽ qui fraudẽ fecerat ĩ quodã biuio oppressus somno corruit. curruq; cũ impetu uenienꝰ eum necauit & plenum auro baculũ fregit & aurũ effudit Audiens hoc iudeus concitus illuc uenit Cumq; dolum uidisset & a multis ei suggeretur ut aurum reciperet omnino renuit nisi qui defunctus fuerat ad preces beati Nicolai ad uitam rediret asserẽs si hoc fieret se baptisma susceturũ. Continuo igitur qui defũctus fuerat surrexit & iudeus in Christi noĩe baptizatus ẽ. In ciuitate

UVA. BHSC. IyR_021

uero Litii fuit quidam qui Anthoniuſ peduluſ dicebatur quē ego cognoui hic dū coram officialibuſ iuraſſet falſum addidiſſetq; p̄cor deū celi ut ſi mentior faciat me morte ſubita interire ſtatī cecidit in eodem loco & miſerrimuſ expirauit ¶Tertio periurium eſt pec/catum graue atq; malignum ratione aſſimilationiſ. Facit utiq; ho/minem ſimilem proditori Iude qui Chriſtū oſculando & ſalutādo tradidit inimicis ſuis Sic periuri inuocantes nomē dei ueritatem & iuſticiam opprimunt & occidunt ¶Quarto periurium eſt peccatum graue atq; malignum ratione punitionis. Nam per ciuiles leges pu/nitur ut patet ex textu multarum legum ciuilium quaſ cauſa bre/uitatiſ omitto ¶Nam uidemuſ iuramentum uiolantes truncatione manuſ affici ita ut omnibuſ ſint eoſ uidentibuſ in exemplum & ut ſibi caueant monimētū ¶Per leges autē canonicas punitur piuriū grauiter ut patet. xxii. q. v. c. Qui piurat. c. Si quiſ coactuſ. c. ¶Si quiſ conuictuſ. licet hodie ut tactum eſt in precedentibuſ pe/nitētie ſunt arbitrarie. Sūt etiā periuri īfameſ ut patet. vi. q. i. c. Infameſ. Ex quibuſ omnibuſ colligimuſ quantum hi qui ad peni/tentiam uenire uolunt curare debent ut abſtineant a periurio. Hoc ſiquidem peccatum eſt quo maximuſ chriſtianorū numeruſ ad tartara ruit. Hoc pc̄tm̄ ē quo nutriuntur fraudes deceptiones ſimulationes & iniuſtitie. Hoc peccatū ē propcer quod opp̄mūtur pauperes uexantur uidue pupilli & orphani tribulantur quia ut ſuperiuſ dictū eſt Si hi qui uel eccleſie uel reipublice preſunt ſer/uarent iuramēta ſua cūcta recte ſancte iuſtiſſimeq; fierēt eſſētq; de ouibuſ Ieſu Chriſti qui nobiſ omnibuſ ſuam largiatur gratiam & ī fine ſempiternam gloriam. Amen.

¶Feria quinta poſt dominicā de paſſione de Maria Magda/lena. ſ. de triplici eiuſ ſtatu uidelicet offenſionis conuerſionīſ & gratificationiſ. ¶Sermo. lix.

REmittuntur ei peccata multa quoniā dilexit multū ¶Verba ſunt redemptoriſ noſtri originaliter Luce. vii. c. & in euā/gelio hodierno. Relucet ī exēplo Marie Magdalene benignitaſ & clementia ſaluatoriſ noſtri dei Suſcepit penitentem & peccata oīa remiſit illi ¶Propterea ſancta mater eccleſia legit hodie euā/gelium in quo reſ tam pia tamq; dulciſ exprimitur & narrat ut ſic peccatoreſ non diffidāt de clementia Ieſu Chriſti benedicti quare equū eſt ac rationabile ut & noſ tota mente cōtemplemur Marie Magdalene penitentiam & conuerſionem. Ipſa eſt que in peccatiſ

UVA. BHSC. IyR_021

deū offendēdo diutiuſ fuerat imorata. Ipſa ē que corde cōpuncta Chriſtum audiuit peccata ſua ſibi remittētem. Ipſa eſt in qua p̄uſ abundauit delictum & poſtremo ſuperabundauit & gratia. Quapropter de ea loqui uolenteſ in p̄ñti ſermone triplicem eiuſ ſtatum conſideremuſ ¶ Primuſ dicitur offenſioniſ ¶ Secunduſ conuerſioniſ. ¶ Tertiuſ gratificationiſ.

¶ De ſtatu offenſioniſ Marie Magdalene in quo uidendum ē an hec mulier fuerit ſoror Lazari & an peccatum eiuſ fuerit corde & opere perpetratum ac que potuit eſſe cauſa peccati eiuſ. ¶ Capitulum primum.

PRimuſ ſtatuſ Marie Magdalene quē cōſiderare debemuſ dicitur offenſioniſ. hoc notatur in euangelio cum dicitur Ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix ſcilicet notoria publica & infamiſ. Virgiliuſ quarto Eneidoſ. Fama malum quo nō aliud uelociuſ ullum Mobilitate uiget uiresq; acquirit eundo. Parua metu primo mox ſeſe attollit in auraſ Ingrediturq; ſolo & caput inter nubila condit. Pro cuiuſ clariore noticia tria dubia emergūt declaranda. Primum utrum iſta peccatrix de qua Lucaſ meminit fuerit Maria Magdalena ſoror Lazari. Secundum utrum huiuſ mulieriſ peccatriciſ peccatū fuerit tantum corde aut ſimul & ope perpetratum ¶ Tertium Que potuit eſſe cauſa ut Maria Magdalena rueret & peccaret. Ad primū dubium dixerunt aliqui q̄ hec peccatrix cuiuſ mētionē Lucaſ facit non fuit Maria Magdalena ſed quedam alia. tum quia nomen eiuſ non exprimitur. tum quia uidetur eiſ inconuenienſ nobiliſſimam mulierem qualiſ fuit Maria Magdalena ad tantam infamiā infamemq; uitam potuiſſe p̄uenire Sed ego dico q̄ qui hanc oppinionē ſequūtur minuſ bene ſentiūt Nā & ſi Lucaſ nomen illiuſ peccatriciſ non expreſſit hoc fecit ad denotandū ſcd̄m morem ſcripture q̄ in ſtatu peccati non deo erat cognita per approbationē . Dicitur enim uirginibuſ ſtultiſ ideo q̄ omia nouit cognitione ſimpliciſ noticie. Mathei. xxv. Neſcio uoſ quia illaſ non cognoſcebat ut approbaret que ab eo per peccatū erant ſeparate Sic & Luce. xvi. exprimitur nomē Lazari q̄ erat ſcriptuſ in libro uite & tacetur nomen diuitiſ qui erat reprobatuſ. Sic a ſimili dicimuſ de Maria Magdalena. Qualiter autem ipſa nobiliſ genere & ſoror Lazari tanta potuit iſamia deturpari declarabimuſ in tertio dubio. Hic uero proprie debemuſ dicere q̄

UVA. BHSC. IyR_021

Lucaſ de ipſa Maria magdalena uere & realiter ē locutuſ. Ad hoc autem facit primo auctoritaſ Auguſtini qui in libro de conſenſu euangeliſtarum aſſerit hāc peccatricē Mariam magdalenā fuiſſe Et hoc ipſum aſſerit Gregoriuſ qui in omelia preſentiſ euangelii ſic ait. Cogitanti mihi de Marie penitētia flere magiſ libet q̄ aliqd dicere. Cuiuſ enim uel ſaxeum pectuſ ille huiuſ peccatriciſ lacrime ad exemplum penitendi non emoliunt ¶ Conſiderauit nanq; quid fecit & noluit moderari quid faceret Super conuiuantes ingreſſa eſt non iuſſa uenit inter epulaſ non erubeſcit ¶ Hanc uero quam Lucaſ peccatricem mulierem Iohanneſ Mariam nominat illā eē mariā credimuſ de qua Marcuſ. vii. demonia eiecta fuiſſe teſtat. Et quid per ſeptem demonia niſi uniuerſa uitia deſignantur. hec ille. Iohanneſ autem. xi. c. ait. Maria erat que unxit dominum unguento & exterſit pedeſ eiuſ capilliſ ſuiſ cuiuſ frater Lazaruſ infirmabat. Marcuſ etiā ultimo capitulo ſic de ipſa ſcribit ¶ Surgens Ieſuſ mane prima ſabbati apparuit primo Marie magdalene de qua eiecerat ſeptem demonia. Inſuper patet hanc peccatricem Mariam magdalenam fuiſſe eo q̄ eccleſia in feſto Marie magdalene legit euangelium huiuſ peccatriciſ. Et in hiſtoria beate Marie magdalene habetur qualiter ipſa reuelauit ſacerdoti cuidam q eam in heremo inuenit q̄ ipſa fuiſſet famoſa illa peccatrix quare non eſt dubium q̄ Lucaſ loquitur de ipſa ¶ Secundum dubiū erat utrum huiuſ peccatriciſ ſcilicet Marie magdalene peccatū fuit tm̄ corde aut ſimul & opere perpetratum. Et ad hoc eſt triplex modus dicendi. Quidam enim dicunt ipſam fuiſſe uirginem corpore & carne ſed tantum mente corruptam. Contra illoſ tamen eſt auctoritaſ eccleſie que in feſto eiuſ non facit officium uirginum cū tam̄ ſc̄m omneſ doctoreſ mentaliſ uirginitaſ recuperetur per penitē/tiam. Contra iſtoſ etiam eſt quia eccleſia non iudicat de peccatiſ occultiſ & mētalibuſ ſed de manifeſtiſ & opere perpetratiſ. Cū ergo euangeliſta nominat illam peccatricē & in ciuitate notam ſequit̄ q̄ de peccatiſ eiuſ manifeſtiſ & nō ſecretiſ ſcripſerit. Alii doctoreſ dicunt q̄ Maria magdalena fuerit publica meretrix quoniam de illa Chryſoſtimuſ ſuper Matheo ait Tunc illa proſtituta lupanar exiuit quando diſcipuluſ gehennam intrauit. Et Hieronymuſ ad Furiam. Meretrix illa in euāgelio que pedeſ domi lacrimiſ lauit & crine deterſit & confeſſioiſ ſue honorauit unguento manifeſte

UVA. BHSC. IyR_021

depingit ecclesiam de gentibus congregatam. Et idem in prologo Osee prophete ¶Hec est illa mulier meretrix & adultera de qua loquitur dominus ad iudeos dicēs Meretrices & publicani precedēt in regno celorum ¶Propter huiusmodi uerba dixerunt aliqui p̄/ fatam secundam opinionem ¶Sed ego dico satis durum est immo nec credibile mulierem generosam nobilissimis parētibus ortam & diuitus abundātem loca spurcissima pro pretio inhabitasse. Doct: autem Chrysostimus & Hieronymus loquūt̄ de ea ut supra dictū est ad denotandum q̄ uita eius licet in propria domo tam lasciua erat tamq; dissoluta ut uideretur quasi una ex meretricibus que solent i lupanaribus immorari. Et propterea est tertius modus di/ cendi cui ego adhereo tenens uiam mediam q̄ Maria magdalena i sua domo delitus & otio uacans usq; ad suā conuersionē om̄e tēpus suum omnemq; uitam uoluptatibus exposuit ornando caput poli/ endo crines ungendo faciem componendo uestes cantando uanas cantilenas loquendo lasciua conuersando cum iuuenibus & ex cō/ sequenti de facili alia facienda que nō licet homini loqui ¶Ter tiū dubium erat que potuit esse causa ut Maria magdalena rueret & peccaret. Et dico q̄ potuerunt esse tres. Prima causa fuit eius For/ mositas & pulchritudo. Erat siquidē pulchra & formosa naturaliter atq; pulchritudinem illam ampliabat cum ornatu uano inhonesto ac meretricio ¶Talis utiq; pulchritudo cum inhonestate habitus aspectus uultus & gestus sociata in magnum ponit discrimen mu/ lieres quia ut ig̃t Aureolus theophastus. Mulier pulchra cito ada/ matur & difficile est custodire quam multi amant. Et sapiens pro/ uerbio4. v. ig̃t ¶Fallax species & uana ē pulchritudo ¶Propterea Hieronymus reprehendit acriter ornatum inhonestum mulierum Vnde ad Furiam ait ¶Ornatus iste non domini est uelamen sed antichristi. Aut loquendum nobis ut uestiti sumus aut uestiendum ut loquimur ¶Lingua personat castitatem & totum corpus p̄fert impudicitiam. Et idem ad sacras uirgines de continentia uirginali ¶Propheticus ille sermo non proferatur de uobis. Filie eorum com/ posite circumornate ut similitudo templi & dealbate abextra ut monumenta que auro relucent intus uero plena sunt ossibus mor/ tuorum. He non filie regis Christi sed regis Tyri. He semper in muneribus ultus in pudicitia diuites plebis & capiunt & capiuntur Impudicissimus mulierum affectus semper in auro semper i gēmis

UVA. BHSC. IyR_021

ſemper in ornamentiſ extrinſecuſ gloriam ponunt. Non ſufficit eiſ libido innata nature ſed occaſionem querunt explende libidiſ Affectant proculdubio ut oculi uirorum aurum contemplanteſ & gemmaſ tandem figantur in faciem & furtiuiſ oculorum ſuorũ nutibuſ facilius incitent ad libidinoſũ incendiũ. hec ille. Sic Maria magdalena diſſoluta & uaga uanitatibuſ dedita offerebat ſeipſã uiriſ diligendam amore uano & uitioſo & ex conſequenti ſollicitã/ dam. Secunda cauſa quare ad tam laſciuã uitã deuenit fuit uber/ taſ & abundantia bonorũ tẽporaliũ ob quã ſatiſfaciebat corpori ſuo oĩbuſ deliciiſ ſuiſ paſcebat illud ſplendide bñ comedebat bibebat & dormiebat refugiebatq; quoſcunq; laboreſ. Quod quanti piculi ſit non ſolum mulieribuſ ſed etiam uiriſ declarat deuſ p Ezechielẽ xxxiii. d. Hec fuit iniquitaſ ſororiſ tue Sodome ſaturitaſ paniſ & abundantia & otium ipſius & filiarum eius. Tertia cauſa quare Maria magdalena tanta flagitia enormia commiſit fuit libertaſ. Scẽm enim Auguſtinum in libro de. x. cordiſ Quatuor ſunt cuſ/ ſtodie mulieriſ quibuſ adiuuatur ut honeſte uiuat. Prima ẽ timor dei. Secunda timor legum adulteraſ punientium. Tertia ſocietaſ uiri. Quarta uerecundia mundi. De hac ſic dicit Hieronymuſ ad Furiam. Tenera reſ in femiſ fama pudicitie ẽ & quaſi floſ pulcherrimuſ cito ad leuem marceſſit auram maxime ubi etaſ conſentit ad uitiũ & maritaliſ deeſt auctoritaſ cuiuſ umbra tutamẽ eſt uxoriſ. hec ille. Cum ergo magdalena nec deũ nec legeſ timeret eẽtq; abſq; uiro & i libertate ſua quia patrimonium diuiſum erat inter Lazarum & ipſam & Marthã facile ẽ credere & opinari q frõtẽ fecerit meretriciſ & ſine rubore ac uerecũdia ſue libidini ſatiſfecit ita ut per excellẽtiam diceretur peccatrix. O Maria magdalena q̃ uiliſ eſt in tali ſtatu conditio tua. O quantũ denigrata eſt fama tua. O quãta ignominia propter tuam labricam uitam circũdedit parentelam tuã. Sed hiſ omnibuſ grauiuſ eſt quia facta eſ dei inimica & eius angeliſ ac ſanctiſ omnibuſ odioſa ualde. O infelix & excecata. O miſerrima ania cur tãto ſtudio procuraſ pdere celum offendere deum & in interitum currere damnationiſ eterne. Et/ quid aliud ẽ eẽ peccatricẽ niſi eſſe i piculo grãdi damnationiſ future. Veruntamen quod audimuſ de magdalena quia peccatrix erat hodie dici põt de innumerabilibuſ quaſi mulieribuſ adulteriſ fornicariiſ inceſtuoſiſ & oĩ flagitio ac dedecore infectiſ. O impia

UVA. BHSC. IyR_021

creature. O carnales & lasciue mulieres cognoscite statum uestrū & scitote q̄ nihil magis potest uos ledere q̄ peccatum sicut patet de magdalena.

¶Qualiter Maria magdalena cognouit peccatū suū & corde contrita ad pedes Iesu humiliter satisfecit. ¶Ca. ii.

SEcundus status Marie magdalene quem considerare debemus dicitur conuersionis ¶Hunc explicat Lucas cū dicit Vt cognouit qa Iesus accubuit in domo phariseī attulit alabastrū etc. Vbi ponuntur tria de ipsa magdalena ¶Primum est cognitio. ¶Secundum satisfactio ¶Tertium contritio ¶Primum est cognitio quia dicitur ¶Vt cognouit ¶Cognouit siquidem bona que omisit mala que commisit damna que incurrit. Cognouit peccatorū suoz magnitudinem turpitudinem & multitudinē. Cognouit dei cōtra peccatores seueritatem erga penitentes pietatem & circa iustos liberalitatem ¶Quomodo ista cognouit cum propter peccatū anima ceca efficiatur iuxta illud quod de peccatoribus dicit Sapientie. ii. Excecauit illos malicia eoz. Et Sophonie. i. Ambulabunt ut ceci quia domino peccauerunt. Et ut Aristoteles ait quit secundo de aīa Nihil uidetur nisi in lumīe & dicere possumus q̄ cognitionem accepit omnium supradictorum per lumen irradiantis gratie dei qui etiam peccatoribus & malis quantum est de se offert claritatem & splendorem gratie sue. Quidam autem pie dicunt magdalenā audiuisse predicantem Christum q̄ satis uerisimile est detestantem que peccata anime ad dei imaginem formate ledant. O q̄ acuta q̄ penetrabilia q̄ue ardentissima erant uerba Iesu Christi predicantis. Loquebatur siquidem ex intimis cordis cum admirando feruore. Bulliebat eius mens animas ut eriperet de diaboli laqueis. Aspexit ergo sic predicans & uidit magdalenam extrinsecus & intrinsecus Clamare forte cepit. O aīa mea p cuius amore deus homo factus sum. Cur me persequeris? Cur mundum amplecteris? Cur patrem omnium deum ita superbe contemnis ¶Quid tibi in fine succedet pro uanitatibus tuis? O plena omni miseria cur non erubescis carnalem ducere uitam? An non consideras q̄ peccatorū finis iteritus est? Vita presens nihil est mundus cum suis bonis proditor & labilis est. Redi ad cor tuum & considera uias tuas. Reuertere reuertere a uia tua mala. Reuertere ad me qui te patiēter expecto dulcissime multo clementissimeq; suscipio ¶Veni depone peccata tua & ueni

UVA. BHSC. IyR_021

ad me ſecura ueni inquam. O anima mea dilecta & ego remittam tibi peccata cuncta que commiſiſti. Non enim ueni uocare iuſtos ſed peccatores ad penitentiã. Huiuſmodi autem ſimilibuſq; uerbis potuit Chriſtus peccatricem magdalenam excitare illuminare & inflammare quare mentem mutauit mundum contemnere cepit & uoluntatem propoſito ſe emendandi ac benefaciendi impleuit qđ myſtice deſignat in alabaſtro. i. in uaſe de alabaſtro facto ſcđm Cirillum quod attulit plenum unguento precioſo ¶ Secundũ quod ponitur de Maria magdalena in eius conuerſione dicitur ſatiſfactio. Per que enĩ peccata peccauerat p eadem curauit ſatiſfacere ſcđm Gregorium in omelia ¶ Peccauerat ſiquidẽ per preſũptionẽ & audaciam ¶ Satiſfecit cum uerecundia & erubeſcentia quia ingreſſa domum phariſei nõ ſtetit ante ſed retro Chriſtum Et ſtãs inquit euãgeliſta retro ſecus pedes etc ¶ Peccauerat per ſuperbiam ſatiſfecit cum humilitate tota inclinata ad pedes Ieſu. Peccauerat per uanum oculorum affectum Satiſfecit cum lacrimarum inundantia ¶ Peccauerat per inordinatum capillorũ decorem ſatiſfecit per illorum contemptum pedes Ieſu cũ illis abſtergendo ¶ O felix cõmutatio excelſi dextera facta que paulo ante a deo erat aliena nunc ſtudioſiſſime illi conatur adherere ¶ Tertium quod ponitur in marie magdalene conuerſione dicitur cõtritio ¶ Erat utiq; abũdans dolor p peccatis eius in corde illius quẽ per lacrimas oñdebat Tot. n. ab eius oculis lacrime defluebant ut ſufficerent ad lauãdũ pedes Ieſu Preq; poſſumus contemplari q̃ licet nihil diceret uerbo in corde tamen ſuo loquebat ad dominũ ¶ O bone Ieſu O paſtor animarum ¶ O ſpes unica ſalutis mee miſerere mei. Ego ſum illa infelix ingrataq; peccatrix que te offendi. Ego ſum illa que laſciuo geſtu uano aſpectu nimioq; ornatu multorum animas illaqueaui. Ego ſum illa que mũdum cũ ſuis bonis magis dilexi q̃ te deum meũ benefactorem meum fontem indeficientem omnis boni. heu me miſeram. heu me dolentem nimium. heu me quid feci. peccaui ĩique egi. Sed tu pius & miſericors indulge mihi. Ecce pedes tuos teneo qui me peregrinando queſtuerunt. Non ueniſti uocare iuſtos ſed peccatores ad penitentiam. Non deſpicis cor cõtritum & humiliatũ ¶ O Ieſu dulcis ¶ O Ieſu clementiſſime. O fili dei bñdicti ſana aiam meam ſuſcipe penitentem conſolare lacrimantem ad te ueni ad te fugi ad te totis uiſceribus clamo miſerere mihi peccatrici que pata

UVA. BHSC. IyR_021

ſum decetero obtempare uoluntati tue. Talia uel ſimilia i cõtrito corde magdalene uerſabantur.

¶ Qualiter poſt conuerſionẽ Maria magdalena multiplicem grãm a dño Ieſu Xpo ẽ cõſecuta. ¶ Ca. iii.

OPertiuſ ſtatuſ Marie magdalene quem conſiderare debemuſ dicitur gratificationiſ. Inuenit nanq; magdalena cõtrita gratiã apud Chriſtũ qui tria beneficia ei exhibuit admirãda ¶ Primum dicitur defenſionis ¶ Secundum remiſſionis ¶ Tertiũ conſolationiſ. Primum beneficium dicitur defenſionis Factuſ etenim fuit Chriſtuſ defenſor eiuſ qui defendit illam a phariſeo intra ſe murmurante ut patet in euangelio a Martha ſorore ſua de illa conquerente ut dicit̃ Luce. x. c. Et a diſcipulis indigne ferẽtibuſ cum ungeret caput eiuſ ut notatur Mathei. xxvi. c. Secundum beneficium dicit̃ remiſſionis. Remittuntur dixit Chriſtuſ ei pcta multa & conuerſuſ ad illam addidit. Remittuntur tibi peccata tua ¶ O mellifluum uerbum. O iocunda ſententia. Ecquid potuit audiri meliuſ quid utiliuſ: quidue fructuoſiuſ? Beati ait Pſalmiſta quorum remiſſe ſunt iniquitateſ et quorum tecta ſunt peccata. ¶ O felix penitentia magdalene que Chriſtũ ad ſe traxit. Fecitq; ut peccatricem animam antea propter peccata deletam de libro uite iuſtificaret & in numero conſcriberetur electorum ſuorum. ¶ Tertium beneficium collatum a Chriſto magdalene fuit conſolationiſ. Fecit etenim eam dignam conſolationibuſ ſuiſ ſpiritualibuſ ita ut merito dicere poſſet illud pſalmiſte Cõſolationeſ tue. l. a. m. Quiſnam explicet qualiſ fuit cõſolatio magdalene quando ſtabat & audiebat uerbum Chriſti quando conuerſabat cum glorioſiſſia Maria matre eiuſ quando angeloſ uidit reſurrectionem ſuam illi ãnunciantes quando prima reſuſcitatum Chriſtum in ſpecie ortulani aſpexit & uocata ab eo Maria cognouit illum eſſe. uoluitq; pedes eiuſ tangere & tunc non fuit permiſſa. quando poſt cũ aliiſ mulieribuſ tenuit pedes eiuſ dum eiſ apparuit in uia quando poſt exilium perueniens cũ Lazaro & Martha & ceco nato quẽ xpuſ illuminauerat & beato Maximino aliiſq; chriſtianiſ marſilią poſt illiuſ patrie conuerſionem poſtq; miracula plurima ſuperne contemplationiſ auida aſperrimam heremũ petiit & in loco angelicis manibuſ preparato per triginta annoſ icognita mãſit in quo nec aquarum fluenta nec arborum nec herbarum erant ſolatia ut ex

UVA. BHSC. IyR_021

hoc manifestaretur q̄ non terrenis refectionibus sed celestibus epulis satiebat. Qualibet enī die septem horis canonicis ab ãgelis in ethera eleuabatur & celestium agminū glorioſus cantus corporalibus auribus audiebat¶ Quanta adhuc fuit eius iocunditas cum dispositione dei in extremo uite sue a sacerdote quodam inuēta ē quem ad beatum Maximinum misit ut die resurrectionis domice oratorium solus ingrederetur tempore quo ad matutinum surgere consueuerat quod & fecit uiditq; in oratorio Mariam magdalenā spacio duorum cubitorum eleuatam a terris & stantem in medio angelorum¶O quantum fuit magdalene gaudiū quando postremo conuocato uniuerso clero ab ipso episcopo sanctissimū sacramentum cum multa lacrimarum fundatione suscepit & ante altare prostrata animam emisit ad celos¶O admirabilis deus¶O pater misericordiarū qui obliuisceris omniū iniquitatū quas fecit impius si ad penitentiam reuertatur. Ecce ostendisti nobis in Maria magdalena quanta est bonitas tua quanta patientia quanta caritas quanta gratia¶Tu illam peccantem subportasti a te fugiētem tenuisti obaudientem aduocasti reuertentem suscepisti & penitentē iustificasti atq; iustificatam in celo esse iussisti. Cuius meritis manifestatem tuam supplices deprecamur ut nobis largiatur hic gratia & in futuro sempiterna gloria. Amen.

¶Feria sexta quinte ebdomade in q̄dragesima. De horrēdo peccato homicidii ad quod consequi solet desperatio & impenitentia. ¶Sermo. lx.

COgitauerunt ut interficerent eum. Scribuntur hec uerba Iohannis. xi. c. & in euangelio hodierno. Nescit quiescere maligna mens iudeorum que semper proximo machinatur mala & exquirit dolos¶Neq; peccatū aliquod tam graue est ut sibi facile non appareat. propterea scribe & pharisei statuerunt in cogitatu pessimo interficere Christum quod tandem opere compleuerunt. ¶Sic & plerisq; homines nequam ferales atq; crudeles ad suam iram explendā sepissime suos proximos occidere non formidant. Et q̄m homicidii peccatum solet sequi desperatio. Idcirco ad tantū periculū deuitandum in presenti sermone de homicidio erimus locuturi quia penitentibus satis pdesse potest huius materie declaratio. De homicidio ergo tria principalia misteria pponemus apperiēda¶Primū dicitur diffinitio¶Secundum modificatio¶Tertiū punitio.

UVA. BHSC. IyR_021

¶Quid ſit homicidium & de his qui interficiunt ſeipſos & de occiſione brutorum & qualiter quandoq; homicidium fieri poteſt abſq; peccato. ¶Capitulum primū.

PRimum miſterium de homicidio apperiendum dicē diffi/nitio. In quo quid ſit homicidiū uideamuſ. Et ſcd̄m Ray. in ſumma ſua & Hoſtien. de homicidio. Homicidium eſt homiſ occiſio ab homine facta ¶Et dicitur ab homine & cedo cediſ quaſi hominiſ cediū. Pro cuiuſ concluſioniſ declaratione tria ſunt dubia declaranda ¶Primum utrum ſit licitum occidere uolucreſ piſceſ & huiuſmodi ¶Secundū utrū homo peccet interficere ſeip̄m. Terciū utrum homicidium fieri poſſit abſq; peccato. Ad primum reſpōdet Auguſtinuſ libro primo de ciuitate dei dicens. q̄ fuit & eſt error manicheorum tenentium q̄ ſit licitum homini interficere bruta & irrationabilia. Cuiuſ erroriſ ipietaſ apparet qa deuſ benedictuſ omnia ſupradicta ad uſum hominiſ deputauit ¶Vnde Geneſiſ. ix. dixit deuſ Creſcite & multiplicamini & replete terram. Et ſit timor ueſter ac tremor ſuper cuncta animalia terre & ſuper omneſ uo/lucreſ celi cum uniuerſis que mouent̄ in terra ¶Omneſ piſceſ mariſ manui ueſtre tradite ſunt & omne quod mouet̄ & uiuit erit uobiſ in cibum. Propterea Auguſtinuſ ubi ſupra ait. Iuſtiſſima ordina/tione creatoriſ & morſ & uita eorum noſtriſ uſibuſ ſubditur. Ex quo inquit Thomaſ ſecunda ſecunde .q.lxiiii. q̄ nulluſ peccat utendo re ſua ad hoc ad quod eſt ordinata. Ex ordinatione aut̄ diuina ut dictum eſt generaliter plante ſunt propter animalia & utraq; propter hominem ¶Vſuſ autem eorum in cibum maxime ē neceſſariuſ quod ſine occiſione fieri non pōt. Hinc & Ariſtoteleſ in primo politice inquit q̄ uenatio eſt quaſi quoddam iuſtū bellū quo homo rationaliſ rebelleſ ſibi beſtiaſ deuincit & ad ſuum uſum cōuertit propter que omnia in diffinitione dicitur q̄ homicidium eſt hominiſ & non bruti. Ad ſecundum dubium fuere nonnulli qui dixerūt q̄ nō peccat qui interficit ſeipſum quia inuenti ſunt pre/ſtantiſſimi uiri qui ſibiipſiſ mortem intulerunt ¶Nam Samſon in/terfecit ſeipſum ut patet Iudicū. xvi. Cato cēſorinuſ ut dicitur ī ſpeculo hoc ipſum fecit. Idem & Cato uticēſiſ ut refert Lactātiuſ in tertio libro Idip̄m confirmanſ de Cleante de Criſpo de Zenone & de Empedocle. Curciuſ armatuſ equo in byatum terre ſe pre/cipitauit ut Auguſtinuſ meminit libro quinto de ciuitate dei. Sed

UVA. BHSC. IyR_021

contra hanc opinionem est ueritas rei quia ut inquit Alex. in. iii. & Thomas. ii. ii. ubi supra. Nulli licet sibipsi mortē inferre qua/ druplici ratione. Primo hoc est contra rationem naturalem. quia unaqueq; res nititur conseruare seipsam. Vnde Aristoteles in. ii. de anima ait. Omnia appetunt esse & illius causa agunt quicquid agunt scd̄m naturam. Et Boetius in tertio de consolatione Omne nanq; animal tueri salutem laborat mortem perniciemq; deuitat. Secunda ratio est quia est contra caritatem qua unusquisq; tenet̄ se diligere. Tertia ratio est quia est contra cōitatem quia quilibet homo est pars communitatis. Quarta quia est contra deum sicut qui alienum seruum interficit. quare pro nullo casu debet se quis occidere. Neq; etiam occasione uitandi penam quia scd̄m regulā apostuli. Nō sunt faciēda mala ut inde ueniāt bona. De Samsone uero & uirginibus quibusdā que tempore persecutionis se incasus fluuium precipitauerunt & tamē inter sanctos habentur ait Au/ gustinus libro primo de ciuitate dei q̄ nō peccauerūt se occidēdo quia fecerunt illud ex reuelatione & in instinctu spiritus sancti. Cauendū tñ est hodie ut non credatur omni spiritui quia multos diabolus transfiguransse in angelum lucis decipere consueuit. Ad tertium dubium cum querebatur utrum homicidium fieri potest absq; peccato. Dico q̄ sic in triplici actu. Primus dicit̄ casualitatis Secundus necessitatis. Tertius utilitatis. Primus actus dicitur ca/ sualitatis cum quis alium interficit non uoluntate sed casu ut inqt Ray. in summa sua. Casu fit homicidium ut cum quis proiicit la/ pidem ad auem uel ad animal & aliud transiens ex insperato occidit̄ Vel incidit arborem ad cuius casum aliquis opprimitur Sed distī/ guendum est quia iterficiens casu aut dabat operam rei licite aut illicite. Si illicite utputa si proiiciebat lapidem uersus loca per que consueuerunt homines transitū facere & similia hic homicida re/ putat̄ ut. xv. q. i. c. Merito. &. ſ. Ex p̄missis. Vnde si clericus ludo uel exercitatione uirium uel uenatione taculū mittens aliū perimit quia hoc ab eo debet esse penitus alienum homicidii reus efficitur ut patet. l. di. c. Clerico. & extra de presumptionibus. c. i. Si uero interficiens casu dabat operam rei licite ut quia magister causa discipline uerberabat discipulum uel quia deponebat aliquis fenum de curru uel arborem propriam sibi necessariam incidebat & similia Hic si adhibuit diligētiā quā potuit uidelicet respiciendo

UVA. BHSC. IyR_021

& proclamando non nimis tarde uel remisse sed tempore cõgruo & alte ita q̃ si aliqs erat ibi uel ueniebat poterat fugere & sibi cauere & magister non excessit modum in uerberando discipulũ non imputabitur ei homicidium si casu contingat. Si autem dabat operã rei licite & non adhibuit diligentiam debitam homicidiũ iputabit ei. Huiusmodi distinctio ponitur di. l. c. Sepe contingit. &. c. Si duo fratres. & extra de homici. c. Iohannes. &. c. Quidã ut asseris

¶ Secundus actus in quo homicidium non est peccatum dicitur necessitatis cum quis alium interficit se defendendo ne occidat ab eo Notandum tamen scd̃m Ray. in summa sua q̃ aut necessitas occidendi fuit euitabilis quia poterat euadere absq; occisione & tunc est reus homicidii. aut fuit necessitas ieuitabilis qa occidit hominẽ sine odii meditatione imo cum dolore animi se & sua liberando cũ alias non poterat euadere & sic occidens non peccat nec astringit ad penitentiam nisi ad cautelam propter ambiguum duplicitatis ut patet. xxiii. q. v. c. Excõicatorum. Et licet quidam dixerint q̃ istud intelligitur de laicis tantum & non de clericis ¶ Verũtamẽ uerior est oppinio & communior q̃ clericus interficere potest in necessitate ineuitabili & non peccat nec efficitur irregularis sicut habetur extra de homicidio in. c. Significasti. extra de sententia excõ. c. Dilector. li. vi. & in Clem̃. Si furiosus. de homicidio. qa ut dicitur. ff. de iusticia & iure. l. Vt uim ui. Vim ui repellere licet cum moderamine inculpate tutele ¶ Tertius actus in quo hoicidiũ non est peccatum dicitur utilitatis cũ scilicet quis alium occidit uel i bello iusto pugnãdo uel ex auctoritate officii iuris ordine seruato maleficos puniẽdo. Nã Exodi. xxii. dixit deus. Nõ patieris maleficos uiuere sup terrã. Ex quo dicit Thomas. ii. ii. ubi supra q̃ sicut licitum est occidere animalia bruta inquantũ naturaliter ordinantur ad usum hominum sicut imperfectum ordinat ad perfectum sic cum omnis pars ordinetur ad totum sicut imperfectum ad perfectum ¶ Omnis enim pars naturaliter est propter totum. ¶ Vnde & pro salute totius corporis laudabiliter preciditur mẽbrum putridum. Idcirco cum quelibet singularis persona comparet ad totam communitatem sicut ad totum unus homo periculosus communitati & corruptiuus aliorum laudabiliter & salubriter occidit ut bonum commune seruetur q̃re nec iudex peccat reos ad mortẽ condẽnando ex debito officii & amore iusticie nec mister peccat

UVA. BHSC. IyR_021

ſi iuſſus a iudice occidat cõdemnatũ ut habet exp̃ſſe. xxiii.q.v.c. Miles. c. Cum miniſter. c. Officia. c. Lex eterna. &. c. Qui pcutit Et utinam huiuſmodi ſeueritas abundaret in illis ad quos ſpectat aliorum crimina punire ¶ Veruntamen hodie puniuntur non rei & malefactores amore iuſtitie ſed illi tm̃ qui licet rei ſint fautores tamen non habent.

¶ Quod non ſolum manu ſed etiã multis aliis modis homicidiũ damnabiliter committi poteſt. ¶ Capitulũ. ii.

SEcundum miſterium de homicidio apperiẽdum dicitur modificatio. In quo uidendũ eſt quot modis hoicidiũ cõmittat Et loquẽdo de homicidio proprie dico q̃ cõmitti poteſt tripliciter ¶ Primo ſuaſione ¶ Secũdo auxiliatione ¶ Tertio operatione ¶ Primo ſuaſione uel conſilio. Et ſecundum. Vu. hoc intelligitur de conſilio exhortationis uel approbationis non de conſilio ſimplicis opinationis. Si quis enim querenti alicui in genere an liceret chriſtiano clerico uel laico paganum occidere non animo perſuadendi ſed exponendi quid hoc caſu ſentiret reſponderet hoc eſſe licitum nõ fieret irregularis licet ille cui taliter reſpõdiſſet paganũ poſtea interficeret ex cõfidentia illius reſponſionis licet etiã iſte erraſſet in reſpondendo. Inno. uero in gloſa ſuper. c. Ad audientiã extra de homicidio dicit ſic. Intelligitur conſilium uel mandatum dediſſe in mortem alicuius quãdo ſuaſit illud uel rogauit uel mãdauit uel aliaſ conſuluit utilitatem que ſequeretur ex homicidio oſtendẽdo. ¶ Secundo cõmittitur homicidiũ auxiliatione cum ſcilicet quis auxiliatur occiſori aſtando miniſtrando arma monendo confortando & huiuſmodi ¶ Vt enim dicitur Ro. i. Non ſolum qui faciunt ſed qui conſentiunt facientibus digni ſunt morte ¶ Tertio committit homicidium operatione Et hoc multipliciter ¶ Primo ueneno aut uenenoſis medicinis. Sic occiderunt Alex. magnũ Caſſander Philippus & Solla filii Antipatris ſcd̃m. Q. curtium. Dederunt nãq; in potum uenenũ ſibi quo hauſto ſcd̃m Iuſtinũ in media potione uelut telo confoſſus ĝemuit deportatuſq; ẽ a cõuiuio ſemianimis. Maluoli autem dicebant eum ebrietate perire ¶ Quarto itaq; die indubitata morte ſentiẽs tumultuantes milites quia rex occidebat inſidiis pia oratione ſedauit cunctiſq; dexteram porrigens eos eſt oſculatus. Sicq; defecit anno etatis ſue. xxxx ¶ Venenoſis inſuper herbis atq; medicinis carnales quedã & libidinoſe matres filios ſuos

UVA. BHSC. IyR_021

adhuc in utero latitãteſ perimũt. Medici autem & aromatarii uel incuria uel negligẽtia uel malicia dũ uenenoſaſ medicinaſ egrotiſ tribuunt in hunc errorem prolabuntur. Taceo reliqua que dicere poſſem tam de mulieribuſ q̃ de uiriſ quoniam ſufficere debet eiſ q uenenis utuntur ſtimuluſ conſcientie ſue ¶ Secundo committitur homicidiũ opere cum maleficiis & incãtationibuſ Vidi ego Ianue combuſtam & affixam palo quandam ſclauam que ſuum dominũ ac dominam cum biſ diaboliciſ ſuperſtitionibuſ iterfecerat ¶ Tertio committitur homicidium opere percutiendo manu ¶ Sic Cain interfecit fratrem ſuũ Abel ut dicitur Geñ. iiii. Et hoc utiq; pctm̃ ſatiſ graue eſt atq; crudele. tum quia eſt contra preceptum dei qui ait Exodi. xx. Non occidaſ. tum quia eſt contra opificium eiuſ qui corpuſ & animam mirabili ſapientia ſua uniuit ¶ Eſt etiã hoc peccatum contra corpuſ proximi & ſepe contra animam eiuſ quia dum interficitur non eſt contritus. Eſt contra parenteſ interfecti qui excitantur & commouentur ad odium. Eſt contra rempublicã quia homicida omneſ legeſ omniaq; iura ſpernit. Eſt cõtra ãgelũ cuſtodientem qui non parum de ſuo cuſtodito interfecit dedignat ¶ O igitur homicida pertinax & ſuperbe ¶ O peccator nequiſſime. ¶ O crudelior omni fera peſſima contine manum tuam noli ſeuire i proximoſ tuoſ. Si peccaſti hactenuſ age penitentiam ¶ Si in propoſito eſ occidendi deſine ab ira & derelíque furorẽ Vince teip̃m & noli peccatũ tam horrendũ tamq; deo exoſum in mortali committere. Nouiq; q̃plureſ qui tãdẽ leti facti ſunt eo q̃ mutarũt conſilium ſuum. propterea dico & iterum dico ¶ Nolite locũ dare diabolo nolite effundere ſanguinem hominiſ quoniam iter cetera peccata homicidium maximi eſt nocumenti ¶ Vnde poſito q̃ hõicida haberet in poteſtate uel deſtruere celum & terram & omnia que in eiſ ſunt dummodo taliſ deſtructio nõ ueniret in damnum hominum uel interficere hominem maiuſ malum committeret illũ interficiendo q̃ deuaſtando cuncta opera celeſtia & omnia alia que ſunt in hoc mundo. Maiorem ſiquidem iniuriam faceret deo hominem interficienſ q̃ qui ſine hominiſ damno celũ priuaret luminaribuſ ſuiſ aeram uolucribuſ terrã arboribuſ & mare aquiſ.

¶ Quod omneſ legeſ tam diuine q̃ hũane acriter & grauiſſime damnant ac puniunt homicidaſ. ¶ Capitulum. iii.

UVA. BHSC. IyR_021

Certum myſterium aperiendum de homicidio dicit̃ punitio. Punitur ſiquidem homicidium grauiter triplici pena ¶ Prío pena legali ¶ Secundo pena conſcientiali ¶ Tertio pena diuinali. Primo punitur pena legali ¶ Scriptum quippe eſt in lege ueteri Exodi. xxii. c ¶ Qui percuſſerit hominem uolens occidere morte moriat̃. Idē dicit lex ciuilis. ff. ad. l. cornelią de ſiccariis. l. i. &. C. ad. l. cornelią de ſiccariis. l. Iſ q cū telo ¶ Scd̃m uero legem canōicā homicida eſt irregularis & non poteſt promoueri & eticit̃ iam p̄/ motus ſicut patet. l. di. c. Si quis uiduam. &. li. di. c. Aliquantos. & de pe. di. i. c. periculoſa. & extra ne clerici uel monachi. c. Sniam ſanguinis. & extra de homicidio. c. Sicut dignum. &. c. Signifi/ caſti. Secundo punitur homicidium pena conſcientiali ¶ Nam in foro penitentie ſcd̃m Ric. in. iiii. homicida aſtringi debet ad ſa/ tisfaciendum & q̄uis non poſſet reſtituere uitam obligatur tamē ad reſtituendum alia bona pro illo damno compenſata qualitate leſi & quantitate damni & poſſibilitate damnificātis & hanc reſti/ tutionem debet facere ad arbitrium boni uiri. Et q̄ talis teneatur ad reſtitutionem patet quia quanto homo alium plus damnificat tantomagis ad reſtitutionem tenetur. Bona autem corporis bona exteriora excedunt. Scotus autem in. iiii. di. v. dicit. Quod pro ſatisfactione homicidii expedit homicide primo q̄ exponat uitam ſuam in cauſa iuſta utpote contra eccleſie inimicos uel contra he/ reticos ſeu alios infideles & hoc ordinando laborem & piculū ſuum in ſatisfactionem illius quem ipſe occidit ut ſi cui nō poteſt in cor/ poralibus ſatiſfaciat in ſpiritualibus boni ¶ Secūdo ſi p̄dicti caſus non occurrant totam uitam ſuam in oratione & penitentia debet ordinare ad illius ſubleuationem quem ipſe occidit ¶ Tertio quoq; ſi interfectus alios ſuſtentabat ſcilicet patrē uel matrem aut alios ſibi propinquos ſeu pauperes obligatur talis interfector omnibus illis ad tantā reſtitutionem quantā illis abſtulit per interfectionē illius ¶ Sed ego puto Scotum omnia ſupradicta intellexiſſe de q̄dā cōgruitate non neceſſitate & precipue primū ſcilicet de exponēda uita pro anima interfecti q̄ ſi ipſe intelligi uoluit de neceſſitate expedire ¶ Ego ſalua reuerentia ſua id non credo neq; teneo. q̄m ut inquit Hieronymus ad Damaſum papam. Lex iuſticie tenax clementiam non habebat. Sed quicūq; adulter fraudator hōicida & ut breuiter dicam qualicunq; mortali crimine detinebat̃ nulla

UVA. BHSC. IyR_021

uenia penitentie laxabatur a crimine oculū pro oculo dētem pro dente animā pro anima iubebatur exoluere. Sed misit deus filiū suum natum ex muliere factum sub lege qui austeritatem legis euangelii gratia temperauit. hec ille. Et ꝓpterea mihi uidetur ꝙ occisori penitenti satisfaciat quelibet alia satisfactio sibi ꝓposita ad arbitrium discreti cōfessoris absq; hoc ꝙ uitā suā exponat ꝑiculo mortis quia talis obligatio satis esset dura atq; ꝑiculosa. Induceret nāq; quoslibet homicidas in desperationē & deus benignus despe/rationem maxime odit quia ut ait Hieronymus ad Rusticū mo/nachū. Nihil sic offendit deū sicut cor impenitēs. Solū desperationis crimen est quod uenia cōsequi non potest. Tertio punit̄ hōicidiū pena diuinali. Est utiq; sepissime deus homicidax seuissimus ultor & robustissimus ꝓsecutor cuius iudicio fit ut homicide feriētes gla/dio gladio ferianē & omissis que in scripturis habent̄ & notissima sunt. Patet etiā hoc ī exēplis gētilium. Crudelis & homicida Cyrus scd̄m Iustinū & Paulū orosiū in bello occisus fuit eiusq; caput in utrem hūano sanguīe plenū missum est. Crudelis & hōicida Nero ut diximus in sermone de antixp̄o interfecit semetip̄m. Domicia/nus scd̄m Eutropiū & Orosiū qui senatores nobilissimos occidit multos etiā cōsobrinos suos a cubicularis suis occisus ē anno etatis sue. xlv. Hānibal Carthaginē. q ex crudelitate captiuos Roma/nos oneribus & itinere fessos ut dicit Valerius sub rubrica de cru/delitate succisa prima parte pedum relinquebat quosdāq; fratres & propinquos ferro usq; ad mortem decertare cogebat ueneno se extinxit. Nā fugerat post Carthaginē deuictā ad Antiocū regē ad quē a senatu romano missi fuere legati q regē ad pacē cogerēt Hānibalēq; deposcerēt & cum Hānibal de fuga atq; salute oīno desperasset ueneno hausto quod more regio sub gēma ferebatur inclusum obiit. Sicq; ab his qui ad eū cōprehendendū missi fuerāt exanimis est inuentus scd̄m Eutropiū. De interfectoribus etiam Cesaris sic scribit Suetonius. Nullus fere triennio superuixit nul/lusq; naturali morte obiit. Nā pars naufragio pars ꝑlio defūcta est. Quidā se illo pugione quo Cesarē uulnerauerāt occiderunt/ Diebus etiā nostris multa nobis exēpla mōstrata sunt. Ex quibus unum tacēdū mīme puto. In ciuitate Eugubii quidā iuuenis nōie Petrus impedire uolēs testamētū patris iam defuncti unū de exe/cutoribus Laurentiū. ſ. de strocis de Florētia filium domi Pale

UVA. BHSC. IyR_021

manu propria interfecit. Eram ego Padue ubi & dominus Palas supradictus etiã morabat. Egoq; sibi nuntiaui dolendũ casum & inopinatum filii hortans illũ plurimũ ad patientiã. Sequenti uero quadragesima cũ Senas accessissem reperi ibi homicidã illum qui septus ad me ueniens precabatur ut ab uxore interfecti que Florentie tunc erat per meas literas sibi ueniã impetrarẽ. Quod cum obtinere nõ ualuissem ille miser in ciuitate Senaꝝ stare decreuit Et dum habitaret in quodã hospitio uenerũt duo ex Florentia pretio ducti qui hospitẽ pecunia corrũpẽtes in eius celario p̃fatũ iuuenẽ occiderũt amputauerũtq; digitũ eius his qui illos miserant pro signo ferẽdũ. Dũ autẽ irent simul in itinere duo illi ceperunt cõtendere unusq;q; in socium irruens ip̃m peremit. At & ille captus est & scd̃m iuris regulas uita priuatus i partesq; diuisus tãq̃ duorũ homicidiorꝝ p̃ditissimus reus. O igit̃ terribilis iusticia dei q̃ hõicidis etiam in hac uita rependit uicẽ. Timete igit̃ illã omnes q̃ p̃mpti estis ad rixas & ab homicidio uobis caueatis ut sic ualeatis acqrere in hoc seculo dei gratiã & i futuro gloriã. Amen.

Sabbato quinte ebdomade in quadragesima de sacratissima communione ad quam omnes fideles se debent disponere & preparare. Sermo. lxi.

QVi manducat meam carnem & bibit meum sanguinẽ in me manet & ego in illo. Verba sunt redemptoris nostri originaliter Iohannis. vi. c. Ampliꝰ non est differendũ dicere & loqui de sanctissima cõione q̃m tã appiquat tempus quo fideles cũcti ad illã deuote sumendã esse debent expediti. Sunt tamẽ multi q̃ obliti salutis sue cõicare aut negligũt aut renuũt & contemnunt. Quibus in hoc sermone oñdere statui q̃nta sit necessitas suscipiẽdi sanctissimũ eucharistie sacramẽtũ. Opus equidem est cum uerbis ueritatis conterere duriciem obstinatorꝝ q̃m nihil periculosius aut damnabiliꝰ ipsis potest euenire q̃ separi ab amore a benuolẽtia & a gratia dñi nostri Iesu Christi. Ipse utiq; in uerbis in themate allegatis se mansurꝝ pollicet̃ cum eo qui eius carnem manducat & sanguinem bibit in sacramento altaris. Vt igitur rumpant̃ corda durissima eorum qui cõionem fugiũt de ipsius necessitate locuturi tria mysteria proponimus declaranda. Primũ dicit̃ obligationis. Secundũ exclusionis. Tertiũ cõditionis.

Quod obligant̃ ad cõionẽ homines tũ ob memoriã passiõis

UVA. BHSC. IyR_021

Christi tū propter ecclesie preceptū tum etiā ꝑpter Christi
cominationem. ¶Capitulū primū.

PRimū mysteriū de cōione declarandū dicit obligationis.
Obligāt siqdē homies ad cōicādū suscipiēdūq; sacratissimū
sacramētū domini nostri Iesu Christi triplici rōne. ¶Primo ratione
recordatiōis. ¶Scdo rōne ꝓceptionis. ¶Tertio ratione cōminatiōis.
¶Primo rōne recordationis. Institutū siquidē fuit sacrāmtū altaris
a domino Iesu Christo ut fideles sui illud sumentes recordarentur
amoris quē nobis ostēdit dū ꝓ nostra salute passionē acerbissimā
crudelemq; mortē patientissime tolerauit. ¶Vnde Mathei. xxvi.
& Luce. xxii. ipse ait. Hoc facite in meam cōmemorationem. Et
Paulus. i. Cor. xi. ait. ¶Quotiēscunq; manducabitis panē hunc &
calicem bibetis mortē domini annunciabitis donec ueniat. Et idem
ponitur ī sntia de cōse. di. ii. c. Scriptura. c. Quia passus. c. ¶Semel
Christus. c. In xp̄o. &. c. Semel imolatus. In. c. Quia xp̄i corpus
Eusebius ita loquitur. Quia corpus assumptum ablaturus erat ab
oculis & illaturus sideribus necessariū erat ut die cene sacramentū
nobis sui corporis & sanguinis cōsecraret ut coleretur iugiter per
misteriū quod semel offerebat in ꝓtium ut quia quotidiana & in/
defessa currebat pro oīm salute redēptio ꝑpetua esset redēptiōis
oblatio & pennis uictima illa iugiter uiueret & in memoria & sp
pñs esset in gratia. hec ille. ¶Cū ergo sacramētū hoc uenerabile fi/
deliter & deuote sūptū xp̄m passum ad mētē reuocet Ingratissimi
profecto censendi sunt illi qui saltē semel in anno cōicare nolunt.
O obstinate mentes qui tāti bñfactoris nec etiā p raro recordari
uultis. O impia aia peccatrix. Non sic fecit erga te filius dei be/
nedicti. Nunq̄ ipse te obliuioni tradidit ꝙnimo semp fuit memor
tui nascēdo sugendo ubera in cuna uagiendo pegrinādo uigilādo
ieiunādo orando p̄dicādo patiēdo & moriēdo. ꝑpter te nanq; oīa
ista fecit semp te uidebat semp te diligebat semp tecū in suo corde
colloquebat atq; dicebat. ¶O anima delicata. ¶O anima insignis &
nobilis propter te sum Factus homo propter te sum carne uestitus
ꝑpter te fero quoscūq; labores propter te denīq; affixus in cruce
pendo. ¶Quare hoc xp̄us subdit illud Treñ. iii. Recordare paup/
tatis & transgressionis. i. afflictionis mee poracionis fellis & absin/
thii. ¶O ferrea mens cur non audis uocem amorosi Iesu cur illū nō
inspicis & pro suo amore ac cōmodo tuo uitia & peccata deponis

UVA. BHSC. IyR_021

cur ſacramẽtũ eius in memoriã ipſius ut debeſ non accipiſ cur non compateriſ doloribuſ cruciatibuſ & afflictionibuſ eiuſ? Quibuſ oſibuſ grauior ẽ ingratitudo tua. Audi ipſũ o pctór audi íq̃ audi de cruce ad te clamãtẽ & dicentẽ ſcd̃m Berñ Vide homo que p te patior uide penaſ quibuſ afficior uide clauoſ quibuſ cõfodior ñ eſt dolor ſicut quo crucior cũ ſit tãtus dolor exterior. Intus tamẽ eſt dolor grauior tam ingratũ dũ te experior. Ad hanc ergo in/ gratitudinẽ euitandã facit cõio altiſſimi ſacramenti quod ut pre/ dictũ eſt ſignũ eſt memoratiuũ domice paſſionis Scd̃o obligant homineſ ad cõmunionẽ ratione p̃ceptionis. Precepit nanq; ſancta mater eccleſia fidelibuſ cũctis ut cõionẽ ſuſcipiant. De hoc autem pro uarietate tempoꝝ uaria ſunt facta ſtatuta. In eccleſia ſiqdẽ primitiua dum ſanguis xp̃i recens feruebat in corde credẽtiũ cõ/ municabant oñeſ quotidie ut patet Actuũ. ii. c. & de cõſe. di. ii. c. Peracta. Lapſu uero temporis uſus cõionis deductus eſt ad dieſ dominicoſ & de hoc dixit Auguſtinus de conſe. di. ii. c. Quotidie. Quotidie eucariſtie cõionẽ accipe nec laudo nec uitupo. Oíbuſ tamẽ diebuſ dñicis cõmunicãdũ hortor Succedẽte uero tempore ſtatutũ fuit ut ter in anno homíeſ cõicarent uidelicet in paſca dñi natali & pent. ut exp̃ſſe patet de cõſe. di. ii. c. Et ſi nõ frequẽtius &c. Seculareſ. Notandũ tñ quia qd̃ dicit̃ de cõſe. di. ii. c. In cena domi. ſ. q̃ cõicandum erat in die cene intelligit̃ de conſilio non de p̃cepto Tempore uero in quo caritas refriguit eccleſia obligauit laicoſ ad cõionem tm̃ ſemel in anno ſicut patet extra de pe. & re. in. c. Oñis. Et tamẽ tanta eſt in multis nequicia maleq; uolũtatis obduratio q̃ non ſolum non cõicant ſemel in anno uerũ etiã ſine cõione per ãnoſ & ãnoſ pdurant Tertio obligãt̃ ad cõionẽ rõe cõmunicationis. Dicit enim xp̃us cõminanter. Iohãnis. vi. c. Niſi mãducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius ſanguinẽ non habebitis uitam in uobis.

Quod excuſant̃ a peccato q nõ cõicant ſemel in ãno ꝓpter punitionẽ uel defectũ & de his q ídiſpoſiti ſunt. Ca. ii.

Secundum myſteriũ declarandũ de cõione dicitur excluſio Excludunt̃ etenim a cõione nõnulli qui cõicare non debent iuxta ſtatutũ eccleſie p̃fatum. ſ. ſemel in anno ꝓpter tria Primo ꝓpter punitionẽ Secundo propter defectionẽ Tertio propter indiſpoſitionẽ Primo ꝓpter punitionẽ. Nam nõnulliſ interdicta

UVA. BHSC. IyR_021

Pompeiuſ magnuſ filiuſ eiuſ qui uigintiduoſ regeſ oriẽtaleſ ut ait Horoſiuſ ſuperauerat a ceſare deuictuſ cum fugiſſet in Alexandriam ad Ptolomeũ regem cui teſte Eutropio Pompeiuſ a ſenatu tutor datuſ fuerat propter iuuenilem etatem eiuſ cuiq; regnum ſúma fide ſeruauerat & paterna pietate reſtituerat conſilio Theodoti fotini & Achille ſiue timore ne Pompeiuſ Alexandriã occuparet ſeu diſpecta infelicitate eiuſ ſiue credenſ placere multũ victori Ceſari per Achillã prefectum regni occiſuſ eſt Floruſ aũt dicit in iiii.li. Pópeiuſ ſuo gladio trucidatuſ ſub oculiſ uxoriſ ſue liberoꝝq; ſuorũ morié. Ceſar ut Suetóeuſ narrat mortuo Pompeio in eodem menſe ſed interiectiſ diebuſ quinqueſ triũphauit. Primo de Gallia & Britanea. Secundo de egypto. Tertio de Pharnace & Ponthо. Quarto Iuba & Aphrica. Et Quito de Hiſpania Fuitq; illi gloria multa in uſurpato imperio anniſ tribuſ & menſibuſ ſeptẽ Tandẽ Gaio Caſſio &. M. bruto cõtra eũ conſpirantibuſ princepſ urbiſ xxiii. plagiſ cõfoſſuſ occubuit ãno. lvi. etatiſ ſue Marcuſ Anto. nepoſ Iulii Ceſariſ ex ſororeIulia ab Octauiano augoſto uictuſ in Alexandria ab eodem Ceſare obſeſſa ſecundũ Plutarchũ gladio ſe peremit dum ãnum ageret etatiſ. lvi. Gaiuſ gallicula iperator Romanuſ tertiuſ ab Octauiano ſceleratiſſimuſ auaruſ & libidinoſuſ adeo ut duabuſ ſororibuſ ſtuprũ intulerit crudeliſ omnibuſ & exoſuſ Rome in palatio occiſuſ eſt ut habeẽ in cronica martiniana cum regnaſſet anniſ tribuſ menſibuſ. x. diebuſ octo Nero imperator quintuſ ab Auguſto qui natuſ eſt premiſſiſ pedibuſ ut ſcribit Pliniſ li. vii. hiſtorie naturaliſ uitioſuſ auaruſ & laſciuuſ ab urbe fugienſ ſecundum Eutropium. xxxii. anno etatiſ ſue & imperii. xiiii. ſeipſum interfecit. Domitianuſ imperator ſecundum Suetoneũ & Eutropium a cubiculariſ ſuiſ. vii. uulneribuſ occiſuſ eſt anno etatiſ ſue. xxxvi. & cũ dedicore ſepultuſ. Heliuſ pinax imperator uulneribuſ obtrũcatuſ eſt. Mauritiuſ imperator ob inuidiam occiſuſ eſt cum imperaſſet anno uno. Antoniuſ imperator tertio imperii ſui anni interfectuſ eſt a tumultu militari Rome cũ matre ſua. Maximianuſ imperator cũ imperaſſet anniſ tribuſ apud Aquilegiã deſerentibuſ eum ſuiſ militibuſ cũ filio ſuo adhuc puero occiſuſ eſt Gordianuſ iperator. vi. imperii ſui anno poſtq̃ de Perſiſ triumphauit uenienſ Romã prope urbẽ fraude Philippi occiſuſ eſt. Detiuſ imperator cũ imperaſſet anniſ duobuſ in bello

UVA. BHSC. IyR_021

barbaro perẽptuſ eſt. Valerianuſ imperator a rege Perſarum deuictuſ eſt & in ſeruitutem redactuſ. nam q̃diu uixit rex eiuſdẽ ꝓuintie pedẽ ceruicibuſ eiuſ ꝑponendo ſollituſ erat equũ aſcẽdere. Aureleanuſ imperator fraude ſui ſerui occidit. Tacituſ ꝑperator ſeptimo menſe imperii ſui ſubita morte preoccupatuſ eſt. Probuſ imperator. Vrianno ꝑperii ſui militari tumultu uexatuſ eſt. Claruſ ꝑperator fulmine perit. Dioclicianuſ ꝑperator ueneno extinctuſ ẽ. Conſtantinuſ filiuſ conſtantini magni a ducibuſ fratriſ ſui cõſtãtii pẽptuſ eſt. Iulianuſ apoſtota a ſãcto Mercurio milite miraculoſe occiſuſ eſt. Valenſ imperator quarto imperii ſui anno a Gothiſ in bello perẽptuſ eſt. Et ne ſi omnia huiuſmodi exempla diceremuſ tedium oriret in mentibuſ auditorũ concludimuſ breuiter q̃ cuncta huiuſ ſeculi blandimenta amaritudine ſunt permixta. Nec poteſt homo ab illa ſe liberare ꝓ libito uolũtatiſ ſue. Non enim potuere predicti potẽteſ imperatoreſ & regeſ euitare illam cũ oĩi potẽtia ſua non ualuerunt ſe ab illa defendere uiri forteſ. nõ Antheuſ nõ Herculeſ non Samſon non Hector nõ Achilleſ nõ deniq; q̃libet alii. Nequiuerunt etiam & ipſi philoſophi cum philoſophia ſua declinare malignitatẽ ſeculi. Quinimo paſſi ſunt & ipſi incomoda multa perſecutioneſ captiuitateſ exilia cruciatuſ & damna rerum ꝓpter que omnia merito munduſ eſt paruipendẽduſ Scã a cõditio bonorum huiuſ mundi dicit uanitaſ. poſito enim q̃ cũcta feliciter dilectoribuſ eiuſ ad uotum ſuccederent tamẽ uana ſunt caduca & breuia nulluſq; poteſt in illiſ diutiuſ immorari. Omnia namq; que in mundo ſunt cito in breui deficiunt. Ió ait Vgo li. i. de anima Dic mihi ubi ſũt amatoreſ mundi qui ante pauca tẽpora nobiſcũ fuerunt nihil ex eis manſit niſi cineres & uermeſ. hominеſ fuerunt ſicut tu comederunt biberunt riſerunt dixerũt in bonis apparẽ/ tibuſ dieſ ſuoſ in puncto autẽ deſcenderunt ad inferna. Hic caro eorum uermibuſ illic anima eorũ eternis deputatẽ ſupplicijs donec rurſuſ infelici collegio colligati ſempiternis inuoluant incẽdiis. hec ille. Cui conſonat ſentẽtia Baruch ꝓpb. c. iii. di. Vbi ſunt ꝓncipeſ gentium & q̃ dominant ſuper beſtiaſ que ſunt ſuper terram qui ludunt in auibuſ celi qui argentum theſauriſant & aurum in quo cõfidunt hominеſ & nõ eſt finiſ acquiſitionis eorum qui argentũ fabricant & ſollicii ſũt nec eſt inuẽtio operũ illorũ. Exterminati ſunt & ad inferoſ deſcenderunt. Dicite igit̃ o amatoreſ mundi ubi

UVA. BHSC. IyR_021

ſunt tot clari uiri qui reputabantᵉ beati. Vbi ſũt regeſ Aſſyriorũ. Belluſ Ninuſ Semiramiſ Zameuſ Ariuſ Arbaliuſ Xerſeſ Arameſtreſ Bolchuſ Balleuſ Alchadaſ Manuchuſ Mathalenuſ Speruſ Manuluſ Sparethuſ Aminiteſ Bolothuſ Boloſpariſ Lampredeſ Soſoreſ Mithreuſ Thantaneſ Thimeuſ Eupaliſ Offrathaneſ Gazepeſ Sardanapallaſ. qui regnauerunt cum tanta gloria ſucceſſiue ſecundum Pau. Horoſium libro. i. anniſ mille centum. lx. uſq; ad Sardanapallum. Vbi ſunt regeſ Parſarum atq; Medorum rex Dariuſ rex Cyruſ Cãbiſeſ Xerſeſ Arthaxerſeſ & ceteri? Vbi ſũt regeſ Athenienſiũ Cecropſ Grauanuſ Amphitriõ Erichthoniuſ Pancleon Erictheuſ Panchyon Egeuſ Theſeuſ Meneſteſ Demofon Nichiteſ Obſideſ Themiſteſ Melampuſ Chodroſ Archipuſ Thenſipuſ Fabraſ Mageteſ Digenituſ Agameſtor Eſchilluſ. Vbi ſunt regeſ Lacedemoneorũ Heraſcheuſ Egiſ & Thetratuſ Laboteſ Doriſtuſ Ageſelſcuſ Archilauſ Theletuſ Calcamíeſ. Vbi ſunt regeſ Siccionioꝝ Geſſipuſ Egialchuſ Europſ Thelcinuſ Apiſ Egialcha Thelſyon Elgioruſ Meſapuſ Erathuſ Oraſtuſ Orthopoluſ Maratuſ Polybuſ Siccion Innachuſ. Vbi ſunt Ptholomei & Pharoneſ q̃ regnauerunt in Egypto Ptholomeuſ primuſ a quo Secundũ Iuſtinũ alii dicti ſũt Ptolomei ꝓpter claritatẽ noíſ eiuſ Ptholomeuſ Philadelphuſ Ptholomeuſ Euergeteſ Ptholomeuſ Philopater Ptholomeuſ Ephifaneſ Ptholomeuſ Philometor Ptholomeuſ phytõ Ptholomeuſ Euergeteſ ſeruuſ Ptholomeuſ Alex. Ptholomeuſ Dionyſiuſ? Vbi ſunt iudiceſ & regeſ iudeoꝝ Moyſeſ Ioſue Othoniel Ayoth Sangara Delbora Barach Gedeõ Abimelech Thola de Iſachar Hyair Galaditeſ Iethe Abeſã Helonicha Abdon Samſon Heli & Samuel. hi omneſ fuerunt iudiceſ ſucceſſiue. Regum aũt primuſ fuit Saul poſt quem regnauerũt Dauid Salomon Roboam Abiaſ Aſſa Ioſaphat Ioram Ochozyaſ Ioaſ Iobatam Amaſyaſ Ozyaſ Achar Ezechiaſ Manaſſeſ Amon Ioachim Sedechiaſ Ariſtoboluſ Alexãder Herodeſ. Vbi ſũt regeſ latinorum Ianuſ Saturnuſ Picuſ Faunuſ & Latinuſ. Vbi ſunt regeſ albanorum quorum primuſ fuit Aſcanniuſ Enee filiuſ qui condidit Albam ſecundum Titũ liuium cui ſucceſſerunt poſtumuſ Siluiuſ filiuſ eiuſ ſic dictuſ quia in ſilua & uenatione nutritus eſt. Eneaſ ſiluiuſ Latinuſ ſiluiuſ Abba ſiluiuſ Egipuſ ſiluiuſ Capi ſiluiuſ Carpentuſ ſiluiuſ Tiberiuſ qui ſuffocatuſ in Tiberi fluuio

UVA. BHSC. IyR_021

nomen dedit nam ante Albula dicebaꝫ Agrippa ſiluiuſ Aremuluſ Auentinuſ procaſ Amuliuſ. Vbi ſunt regeſ Romanorum Primuſ Romuluſ ſecunduſ Núma pompiliuſ tertiuſ Tulluſ hoſtiliuſ q̃rtuſ Anchuſ quintuſ Tarquinuſ priſcuſ ſextuſ Seruiuſ tulluſ ſeptimuſ Tarquinuſ ſuperbuſ. Vbi tot glorioſi ſenatoreſ cóſuleſ dictatoreſ inuictiſſimiq; duceſ qui floruerũt in urbe Brutuſ Luciuſ Tarqnuſ Collatinuſ Spuriuſ Caſſiuſ Coriolanuſ Gaiuſ Flauiuſ Luciuſ Verginiuſ Luciuſ quintuſ Cincinatuſ Furiuſ Camilluſ Appiuſ Claudiuſ. Q. Ceciliuſ Metelluſ Balcbaricuſ Scipio Aſma Scipio Aphricanuſ Scipio Emylianuſ Curiuſ dẽtatuſ. Q. Fabiuſ Gaiuſ Flaminiuſ & ceteri. Vbi ſunt tot imperatoreſ qui ibi regnauerũt. quorũ aliquoſ in precedentibuſ nominauimuſ. Vbi ſunt tot ſapi/ enteſ ſeculi philoſophi aſtrologi hiſtoriographi oratoreſ & poete. Vbi Thaleſ mileſiuſ Chylo lacedemõiuſ Soló athenẽſiſ Periãder corinthiuſ Pitbacuſ mitbileneuſ Byaſ priẽneuſ Pythagoraſ ſamiuſ Plato Socrateſ Ariſtoteleſ Diogeneſ Anaxialeſ Zeno Empedocleſ Epycurruſ Anaxagoraſ Democritus Heraclituſ Leucippuſ Hy/ parcuſ hi omneſ philoſophi. Haliabragel Albumaſar Ptholomeuſ. hi aſtrologi. Hieronimuſ Egyptiuſ Beroſuſ Chladeuſ Manetban Sutoriuſ Chaleniculſ Dyodoruſ Poſſidoniuſ Theon Andronicuſ Aphiricanuſ Tertulianuſ Phrygiuſ Dareſ Troguſ Pompeiuſ Iuſtinuſ abreuiator eiuſ Ioſephuſ iudeuſ Titus liuiuſ hi hiſtorio/ graphi. Lyſiaſ Demoſteneſ Hegeſiaſ Cyreneuſ Antiochuſ Aſca/ lonita Appolloniuſ Niconiuſ Cicero Cato cenſorinuſ hi oratoreſ. Ouideuſ Iuuenaliſ Lucanuſ Virgiliuſ Oratiuſ Terrentiuſ Per/ ſiuſ Tibulluſ. hi poete Vbi ſunt deniq; omneſ quoſ etiam diebuſ noſtriſ & uidimuſ & cognouimuſ quoſ munduſ tulerat in ſublimi. Perut certe memoria eorum cum ſonitu ut ait ꝓpheta & dominuſ meternũ permanet. O q̃ cito q̃ ue repente euaneſcũt uelut fumuſ omnia que in hoc mundo creduntur & reputantur bona. Quod conſideranſ Salomó in. ii. eccleſiaſteſ. c. dixit Magnificaui opera mea bedificaui domoſ plantaui uineaſ feci hortoſ & pomeria & conſeui ea cuncti generiſ arboribuſ. Extruxi mibi piſcinaſ aq̃rũ ut irrigarem ſiluaſ lignorũ germinantiũ. poſſedi ſeruoſ & ancillaſ multamq; familiam habui armenta quoq; & magnoſ ouiũ gregeſ ultra omneſ qui fuerũt ante me in Hieruſalem. Coaceruaui mibi argentum & aurum & ſubſtantiaſ regum ac ꝓuinciaꝝ. Feci mibi

UVA. BHSC. IyR_021

cantores & cantatrices & delicias filiorum hominū Syphos & urceos in ministerio ad uina fundenda & supergessus sum opibus omnes q fuerunt ante me in Hierusalem. Sapientia quoq; perseuerauit mecum & omnia que desiderauerunt oculi mei non negaui eis. nec phibui cor meum quin omni uoluptate frueret & oblectaret se in his que paraueram. Et hanc ratus sum partem meam si uterer labore meo. Cumq; me cōuertissem ad uniuersa opera que fecerāt manus mee & ad labores in quibus frustra desudaueram uidi in omnibus uanitatem & afflictionē spiritus animi & nihil permanere sub sole. Quanta autem fuerit magnificentia & gloria Salomōis patet primo si consideret eius potētia & diuitiarum copia & fame claritas ac deliciarū affluentia. Nam ut habet. iii. re. i. c. Viuēte Dauid patre & ipso imperante & uolente unctus fuit in regem & dixit omnis populus. Viuat rex Salomon. Et ascendit uniuersa multitudo post eum & populus canētium tibus & letantiū gaudio magno & insonuit terra a clamore eorum Et ut dicit. iii. re. iiii. c. Regnauit super omnem Israhil & erat in ditione sua habens oīa regna secum a flumine terre Philistī usq; ad terram Egypti offe/rētium sibi munera & seruientium ei cunctis diebus uite eius. Erat autem cibus Salomonis per singulos dies. xxx. chori similē &. xl. chori farine. x. boues pingues &. xx. boues pascuales & centum arietes excepta uenatione ceruorum caprearum atq; bubalorum & auium altilium. Habebat. xl. millia presepia equorum curialiū &. xii. millia equestrium. Et ut scribitur. x. c. prefati li. Regina Sabba donauit ei. xxx. talenta auri & aromata multa nimis & gemmas pretiosas. Secundum autem Catholicon apud aliquos est l. librarum secundum alios. lxx. duarum. In secundo uero libro peral. c. ii. narratur qualiter Salomon uolens edificare domū dei & palatium suum numerauit. lxx. millia uirorum portantiū humeris suis & lxxx. millia qui cederent lapides in montibus prepositosq; eorum tria milia sexcentos ¶ Fecitq; fieri edificia speciosa ualde diffundebatq; fama eius per uniuersū orbem & tamen deprauatū est cor eius ut adamaret mulieres alienigenas. Habuitq; omnem delectationem in quibuscumq; secundum sensualem appetitum nihilominus omnia preterierunt & defecerūt. Ideo ipse cōqueritur in. i. c. ecclesiastes. d. Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Ob qđ

UVA. BHSC. IyR_021

Criſo. ſuper Io. ita pulchre loquitur. Vanitaſ uanitatum inquit Salomon & omnia uanitaſ ¶ Hunc uerſiculum ſi ſaperent qui in potentia uerſant in parietibuſ ſuis omnibuſ & ueſtibuliſ ſcriberent in domo in foro & in egreſſibuſ & ante omnia in conſcientiſ ſuis ut ſemper eum & oculiſ cernerent & corde ſentirent quoniã multe ſunt rerum facieſ & imagineſ falſe que decipiunt incautoſ. Iſtud oportet quottidie carmen ſalutare & in prandiſ & in cenis & in omnibuſ conuentibuſ libenter unumquemq; ꝓximo ſuo canere a ꝓximo ſuo libenter audire quia uanitaſ uanitatum & omnia uanitaſ hec ille. Que uerba non immerito ponderanda ſunt ut ſic cognoſcatur mundi miſeria ¶ Tertia conditio bonorum huius mũdi dicitur damnatio. Ipſa etenim ſe diligenteſ ducunt in damnationẽ eterne mortiſ. Et ut Gregoriuſ ait. Momentaneum eſt quod delectat ſed quod cruciat eſt eternum ¶ Ideo Auguſtinuſ in quodam ſermone inquit. Nulla maior inſania q̃ pro delectatione momentanea perdere eterna gaudia & obligare ſe ad eterna ſupplicia. Audite ergo o mortaleſ homineſ & conſiderate que dicta ſunt ad mentemq; ueſtram currite & reducite cor & animum ad amorem dei & ad beatitudinem eius inardeſcat deſiderium ueſtrũ reuocate affectum a ꝓditore mundo illumq; ſpernite ut ſic poſſitiſ in hoc ſeculo adipiſci dei gratiam & in futuro ſeppiternam gloriã. Amẽ.

¶ Feria. ii. ebdomade ſancte de miſteriis ſacramenti euchariſtie quorum notitia fideleſ excitat & inflammat ad feruorem & deuotionem. ¶ Sermo. lxiii.

MEmoriam fecit mirabilium ſuorum miſericorſ & miſerator dominuſ eſcam dedit timẽtibuſ ſe. Illuminati ꝓphete uerba ſunt iſta originaliter pſal. c. x ¶ Oſtendit nobis dominuſ Ieſus xp̃s ardentiſſimam caritatem ſuam non ſolum in cruce & paſſiõe uerũ etiam & multis aliis diuerſiſq; modis & potiſſimum cum inſtituit ſanctiſſimum ſacramentum precioſiſſimi corporis & ſanguinis ſui. ¶ Quoniam autem tãto feruentius xp̃ianorum anime cũ reuerẽtia & deuotione ad illud ſuſcipiendum animari poſſũt quanto clarius eius myſteria cognoſcunt & intelligunt. Id circo in pñti ſermone de eo aliqua aperiemuſ quoniam ſi Chriſtuſ illud fecit in memoriã eius & ſuoꝝ mirabiliũ niſi noſ tanti beneficii recordaremur merito de ingratitudinis uitio ueniremuſ culpãdi. De ipſo itaq; ſacramẽto

UVA. BHSC. IyR_021

uenerabili tria myſteria erunt a nobiſ declaranda. Primum dicit̃ inſtitutionis Secundum figurationis Tertium fructificationis.

¶ Qualiter Chriſtus inſtituit ſacramentum euchariſtie in cena & ordinauit apoſtoloſ ſacerdoteſ & quare hoc ſacramentum conficit̃ in ſpetie panis & uini & ſub duplici ſpetie & an ſub utraq; debeat ſumi. ¶ Capitulum.i.

PRrimum myſterium declarandum dicit̃ inſtitutionis in quo contingit dubitare circa ſeptem. Primo circa tempus. Scd̃o circa perſonā Tertio circa ordinē Quarto circa materiā. Quinto circa ſpetiem Sexto circa additionē aque Septimo circa obligationē Primo circa tempus dubitat̃. Quare hoc ſacramentū inſtitutum fuit tempore legis gratie & non ante. Ad qd̃ reſpōdet Alex.i.iii.ſūme & Boñ.di.viii.iii.qd̃ iſtud fuit cōueniens ꝓpter duo Primo ꝓpter rem contentam que eſt corpus Chriſti uerum ut plenius declarabit̃ in ſequenti ſermone Secundo fuit cōueniēs ꝓpter efficatiā que eſt caritatis uinculū que in noua lege appere & abundare debuit & ex hoc inſtitutum eſt imminente paſſione in ſignum amoris quem Chriſtus ad genus humanum habebat. Nam nō ſolū uoluit dare nobis ſua.i. obſequia omniū creaturaꝝ & ſuoſ.i. angeloſ in adiutorium ſed etiam ſeipſum dedit in filium per carnis aſſūptionem ſecūdū illud Iſa.ix. Filius datus eſt nobis. Dedit ſe in ſocium per nature noſtre conformationem ſcd̃m illud Ap̃.phi.ii. Habitu inuentus eſt homo Dedit ſe in magiſtrum per doctrine predicationem ſecundum illud Io.xiii. Vos uocatis me magiſter & domine & bene dicitis ſum etenim. Dedit ſe in lucem per exempli operationem ſecundum illud Io.xiii. Exemplū enim dedi uobis ut.q.ego.f.i. & uos faciatis. Dedit ſe in patrem per gratie regenerationē ſecundū illud Io.i. Quotquot aūt receperūt eum dedit eis poteſtatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Dedit ſe in holocauſtum medullatum per paſſionem & tandē dedit ſeipſum in cibum ad ſpiritualem refectionem. O inflāmata caritas Ieſu Chriſti. O ardens amor clementiſſimi cordis ſui. Su/pabundanter ꝓfecto oſtendit nobis quantum nos ipſe dilexit & ꝓpteria tunc ſacramentum eſt inſtitutum cum amor eius bu'iebat atq; feruebat. Vnde Io.xiii. dicit̃. Cū dilexiſſet ſuos qui erant in mūdo in finē dilexit eos.i. ſcd̃m glo. maiora ſigna dilectiōis oñdit.

UVA. BHSC. IyR_021

Secūdo dubitatur circa horā. Et ut colligit ex dictis euāgelistaꝝ Christus hoc sacramentū instituit hora cene quādo iam cōmederāt ipse & apostoli agnum paschalem. Ex quo pleri ꝙ non bene intelligentes dicere uoluerunt ꝙ hoc sacramentum non debet conficī ante prandiū sed post cenā. Arguūt enim sic in opando debemus nos conformare Christo tamq̄ exemplari iuxta illud exo. xxv. Inspice & fac secundū exemplar qđ tibi in monte monstratū est. Sed Christus hoc sacramentum post cenam confecit. ergo & a nobis debet conficī post cenam. Contra istos uero est tex. de cōse. di. i. in. c. Sacramenta. Sacramēta inquit altaris nō nisi a ieiunis hominibus celebrentē. Ratio est secundū Ric. in. iii. di. viii. ꝓpter maiorē sollemnitatem & sobrietatem ministerii & maiorē reuerētiā sacramenti. Nec ualet obiectum eo ꝙ Christus rationabiliter cōfecit post cenam quia uoluit terminare figuram & legem in esu agni paschalis & introducere ueritatem in institutione sacramenti. Huiusmodi autem ratio non conuenit ad hoc ut a nobis debeat post cenam conficī. & sic hoc sacramentum conficī debet a ieiunis ut patet de conse. di. ii. in. c. Liquido Et secundū Ric. ubi supra ſnmitē hic ieiunium pro priuatione cuiuslibet alimenti ante. ſ. q̄ qs sumat cibum uel potum si etiam postea in die pluries comesturus sit in casu tamen necessitatis imminente mortis periculo potest hoc sacramentum post alios cibos sumi etiam si sacerdos ante missam lauerit os suum & casu aliquo gutta illius aque intrauerit in stomachum non ꝓpter hoc tenetē dimittere missam precipue in die sollemni quia hoc non uidetur impedire dignam preparationem presbyteri nec reuerentiam sacramenti. Et de similibus idem iudicium habeatē. Tertio contingit dubitare circa ordinem quādo. ſ. apostoli fuerunt a Christo ordinati sacerdotes & acceperunt cōsecrandi potestatem. Ad qđ respōdet Ric. in. iii. di. xxiii. q. iii. Queritur in quo actu cuiuslibet ordinis imprimatur caracter in responsiōe ad argumentum. Quod Christus ordinauit apostolos sacerdotes cum dedit eis potestatem conficiendi Luce. xxii. Et Math. xxvi. d. Hoc facite in meam cōmemorationem. Quarto dubitatur circa materiam in qua sacramentum est conficiendum. Et respōdēt doc. in. iii. di. xi. ꝙ materia cōgrua huic sacramēto est panis de frumento & uinū de uite eo ꝙ Xp̄s ita īstituit & hoc

UVA. BHSC. LyR_021

rationabiliter. Primo quidē quantū ad usum huius sacramenti qui est manducatio. Sicut enī aqua assumit in sacramēto baptismi ad usum spiritualis ablutionis quia corpalis ablutio cōuenienter fit in aqua ita panis & uinū quibus cōmuniter homines reficiunt in hoc sacramento assumunt ad usum spiritualis manducationis. Secūdo q̄ntum ad effectum cōsideratum in unoquoq; sumentium quia ut Ambrosius dicit super epistolam ad Cor. hoc sacramentum ualet ad tuitionem corporis & anime. Ideo caro Christi sub specie panis pro salute corporis sanguis uero sub specie uini pro salute anime offertur. Tertio quantum ad effectum respectu ecclesie que cō/stituit ex diuersis fidelibus sicut panis cōficitur ex diuersis granis & uinum fluit ex diuersis uuis. Notandū tamen secundum Tho. in. iii. parte. q. xxiiii. ar. iii. in responsione ad tertiū argumentū q̄ si farine tritice admisceretur aliqua quantitas modica & pua alterius farine poterit exinde confici panis qui est materia huius sacramenti quia modica permixtio non soluit speciem. Secus uero si esset magna. Quīto dubitat circa speciē q̄re scilicet sacramentū hoc conficitur sub duabus speciebus. Ad quod respondet Alex. de ales q̄ hoc principaliter fit duplici ratione. Prima p̄pter duplicis nature nostre a Christo sumptionem ad utriusq; redemptionem ut ostenderet Christus totam humanam naturam idest animam & corpus assumpsisse ut utrūq; redimeret. Panis enim ad corpus refertur uinum ad animam. Secunda ratio est propter duplicem Christi imolationem scilicet in uita & in morte. Nam expectatio & preparatio ad mortem fuit mors quedam que ergo fuit in uita representatur specie panis. que autem in morte specie uini. Sexto circa additionē aque. Utrū aqua sit de substantia siue integritate sacramēti. Ad quod respōdet Boñ. in. iiii. di. xi. d. q̄ de integritate huius sacramenti sunt q̄tuor scilicet materia forma ordo & itētio consecrantis. De congruitate autem & bene esse sunt que sunt his annexa. Aqua ergo cum non sit aliq̄d horum non est de necessi/tate sacramenti sed ānexum est materie scilicet uino quia adiūgit uino & in ipsum conuertitur & postmodū in sanguinem. Et ideo est de congruitate apponenda tamē siue admiscenda est uino. ut dicit extra de celebratiōe missarū. c. ultimo. Cuius ratio multiplex est secundum Alex. Prima propter exemplum domini p̄babiliter enim creditur q̄ dominus hoc sacramentum instituit in uino aqua permixto ut dicit Dāma. & Cyprianus de consecratione. di. ii. c.

UVA. BHSC. IyR_021

Scriptura. Scđa rō eſt ꝓpter ſignū unionīſ corporīſ myſtici cum capite. Vnde de conſe. di. ii. c. Cū oīe dicit. Cū in calice uino aq̄ miſcet xp̄o populuſ adunat & credētiū plebſ et ī quē credit copulat & iungit. i. copulāda & iungēda ſignificat per fidem & dignā ſacramēti ſuſceptionē. Ex quo R ic. in. iiii. di. xi. refert q ꝓpter huiuſmōi ſignificationē tm̄ debet apponi de aq̄ & de uino qđ aq̄ poſſit trahi ad naturā uini populuſ enī trahēduſ eſt ad Xp̄m & iō multū fūt illi reꝓbēſibileſ q pluſ ponūt de aq̄ q̄ de uino. Eſt quidē pernicioſuſ abuſuſ ut dicit in. ca. Pernicioſuſ extra de cele. miſ.

Tertia rō q̄re aq̄ admiſcet uino eſt ꝓpter fluxū aque de latere Xp̄i a quo ſāceato ut habet Io. xix. Cōtinuo exiuit ſanguiſ & aq̄. Iō de cōſe. di. ii. c. In ſacramētoꝝ oblatiōibuſ. dicit Nō debet ī calice dn̄i aut uinū ſolū aut aq̄ ſola offerri ſed utrūq; ꝑmixtū qa utrūq; ex latere Xp̄i in paſſiōe ſua ꝓfluxiſſe legit. Notādū tamē ſcđm magiſtrū ſen. in. c. penultimo. xi. di. q̄rti. Quod ſi ſacerdoſ cōſecret uinū ſine aq̄ uere cōuertit in ſanguinē Nam & Grecoꝝ eccleſia dicit aquā nō appōere ſacramēto ut ait Inno. de officio miſſe parte. iii. c. xxvi. Et tamē eccleſia non negat ipōſ cōficere ſanguinem Chriſti. Ille tamen qui aquam non apponeret repre/hendenduſ eſſet ꝓpter rationeſ iam dictaſ. Septimo dubitat circa obligationē. Vtrū. ſ. populuſ debeat comunicare ſub utraq; ſpē. Ad quod reſpōdet ſanctuſ Tho. iii. parte. q. lxxx. q circa uſum huiuſ ſacramenti duo poſſūt conſiderari unū ex parte ſacramenti ipſiuſ aliud ex parte ſumentiū. Ex parte ipſiuſ ſacramēti cōuenit q utrumq; ſumatur ſcilicet corpuſ & ſanguiſ quia in utroq; conſiſtit perfectio ſacramenti. Et ideo quia ad ſacerdotem pertinet hoc ſacramētum conſecrare & perficere nullo modo debet corpuſ Chriſti ſumere ſine ſanguine ꝓut plene patet de conſe. di. ii. in. c. Comperimuſ. Ex parte autem ſumentiū requirit ſūma reuerētia & cautela ne aliquid accidat qđ uergat in iniuriam tāti ſacramēti. Quod precipue poſſet accidere in ſanguiniſ ſuptione qui quidē ſi incaute ſumeret de facili poſſet effūdi. Et quia creſcēte multitudine populi xp̄iani in qua cōtinent ſeneſ & iuueneſ quorū qdam non ſunt tante diſcretionīſ ut cautelam debitam circa uſum huiuſ ſacramenti adhiberent. Ideo puide obſeruat ut populo ſanguiſ ſumenduſ non det ſed ſolum ſumat a ſacerdote. etiam & ſecundū aliquoſ non datur ſub utraq; ſpetie propter periculum erroriſ ne ſcilicet cōīs populuſ crederet Xp̄m non eſſe totū ſub utraq; ſpetie.

UVA. BHSC. IyR_021

¶ De figuris que precesserunt sacramentū eukaristie & de septē p̄petatibus mane appropriatis huic sacramēto. ¶ Capitulū.ii.

Secundū mysterium declarandū de sacramento euckaristie dicitur figurationis. Fuit namq; cōgruum hoc sacramentū prefigurari secundū Alex. & Boñ. in. iiii. di. viii. ꝑpter tria. ꝑmo ꝑpter dignitatem quia predicandum & expectandum erat sicut donum dei excellentissimum ideo figure huius sacramenti preire debuerunt in quibus refulceretur expectatio fidelium & dignitas huius sacramēti famosior ostēderetur ¶ Vnde figurarū p̄missio nō fuit aliud q̄ fame eius diuulgatio ¶ Secūda rō est ꝑpter difficultatem. Inter cetera enim sacramenta hoc est difficillimū ad credēdū imo inter cetera credibilia ¶ Iō homines debuerūt ad hoc assuefieri q̄dam figurarū manuductione ¶ Tertia ratio fuit ꝑpter significationem quia hoc sacramento xp̄s passus significatur & cōtinetur. Congruebat autem xp̄m passum aliq̄ figura p̄signari. Similiter autem & hoc sacramentū quo significatur & cōtinet ¶ Precesserūt autem nō una sed plures figure quia sicut dicit Augustinus in. iiii. de trinitate. Oportebat ꝙa per multa eramus a deo decisi ꝙ multa uitā uenturā cōclamarēt. s. xp̄m. Et. scd̄m. Alex. licet res p̄figurata tantis figuris sit una secundū substantiam tamen illius sūt multi effectus & multe ꝑprietates siue conditiones q̄rum multiplicitatē respiciūt ipse figure diuerse. Magister uero sen. dimissis aliis figuris que assignari possent tantum q̄tuor enumerat. Sacrificium. s. melchisedech agnum paschalem. manna & sanguinem qui fluxit de latere xp̄i ¶ Que figure sufficienter enumerantur duplici ratiōe.

¶ Prima est res pictus siue relatio figurarū ad legē nature mosaice & euangelice ut. S. per oblationem Melchisedech ostēdat fuisse prefiguratum sacrameutum in lege nature. per agnū paschalem & manna in lege scripture. & per sanguinem ꝙ fluxit de latere xp̄i in lege gratie ¶ Scd̄a ratio est si attendamus ad ea que p̄signāt. Nam in hoc sacramento est uisibilis forma & hec prefigurata est i sacrificio Melchisedech & est res cōtenta & hec figurata est i agno paschali & res significata tantum & hoc in manna ¶ Et uirtus dans efficaciam & hoc in sanguine qui defluxit de latere xp̄i ¶ Vez̧tam̄ solerter est aduertēdum ꝙ in manna qd̄ pluuit dominus patribus in deserto Exodi. xvi. septem conditiones reperiunt cōuenientes huic sacramento ineffabili ¶ Prima est modus generationis ¶ Scd̄a ē locus descensionis ¶ Tertia tempus recollectionis. Quarta terminus

UVA. BHSC. IyR_021

menſurationiſ Quinta rituſ ꝓparationiſ Sexta auſuſ reſeruatióiſ Septima guſtuſ ſaporatióiſ Prima códitio erat moduſ generatióiſ qa in nocte inuiſibiliter de celo deſcẽdebat Quid enim deſignat per noctem niſi fidei noſtre ſtatuſ. Sicut enim in regno celorum nulla eſt eſt obſcuritaſ tenebroſa & in inferno nulla poteſt lucidi-taſ apparere ſic in preſenti peregrinatione Non eſt lux clara uiſioniſ deifice ſicut in celo nó obſcura tenebroſitaſ eterne damnationiſ ſicut in inferno ſed nocturna fidei lux ſtellari & lunari nó quidem ſolari lumine illuſtrata quibuſ luminibuſ uidemuſ & cognoſcimuſ hoc ſacramentum Scđa conditio illiuſ manne erat locuſ deſcenſioniſ quia deſcendebat in deſerto circa caſtra filiorú iſrahil ſolum eiſq; deficit cum intrauerunt terrã ꝓmiſſioniſ ſic hoc ſacramentum nó niſi in eccleſia & in eiuſ fide ueraciter cóſecratur atq; indeſerto preſentiſ uite tantúmodo frequentatur Cum autem ad re ꝓmiſſam uiuentium terram uentum fuerit iam non ampliuſ hoc ſacrificium offeretur ſed glorioſuſ Iheſuſ in conſumato felicitatiſ loco cóſpicietnr ineffabiliter exaltatuſ Tertia códitio erat tẽpuſ recollectioniſ. Sex. n. diebuſ poterat reperiri precepitq; Moyſeſ ex parti domini feria ſexta pro ſabbato colligi Sabbato autem egreſſi quidam de populo ut colligerent non inuenerunt. Sic & iſtud unificum ſacramentum nó niſi ſex diebuſ preſentiſ preegrinationiſ reficere habet ſed ſabbato ſempiterne quietiſ inuenietur rex noſter Iheſuſ xp̃ſ non miſtice ſacramento uelatuſ ſed manifeſtuſ & decorre regio glorioſuſ Quarta Conditio eſt terminuſ menſurationiſ quia per ſiugula capita menſuram gomor ex parte domini Moyſeſ colligi inſtituerat. nec qui pluſ collegit pluſ habuit nec qui minuſ minuſ inuenit. Sic quidẽ iſtud mirabile ſacramentú nequaq̃ continet minorem Ieſum in miori hoſtia q̃ in maiori nec pluſ in pluribuſ q̃ in una Quinta conditio erat rituſ ꝓparationiſ quia illud manna ignem optime ſuſtinebat nam manna liquidum colligebatur ſimile coriãdro & ꝓpe ignem ponebatur & efficiebaẽ durum. deinde tritabatur & ex eiuſ farina conficiebatur paniſ. Sed ſi ponebatur ad ſolem liquefiebat & contabeſcebat ſic iſtud benedictum ſacramentum perfecte ignem ſuſtinet deuoti & feruentiſ amoriſ atq; rationeſ ob amoriſ fornace procedẽteſ perfecte concludunt buiſ ſacramenti irrefragabilem ueritatem. Sed ſol curioſitatiſ humane & fantaſtice rationiſ ad perſcrutationem ſacramẽti per perfidiam eum liqueſcere facit Sexta conditio eſt auſuſ

UVA. BHSC. IyR_021

reſeruationiſ. Nam precipiēſ Moyſeſ ꝙ nulluſ ſeruaret ex eo uſq; in manē ¶ Qui uoluerunt reſeruare inuenerunt ꝙ ſcaturire cepit uermibuſ atq; computruit ſic hoc ſacramentum reſeruatum ab hiſ qui ad illud nolunt accedere ſcatet uermibuſ quia ipſi taleſ deteri/orātur & indurātur ut patet. lxxxii. di. i. C. Preſbiter ¶ Septima cōditio erat guſtuſ ſaporationiſ ꝙa unicuiq; ſapiebat iuxta deſideriū ſui appetitum ¶ Aliqui enim cum ſumma delectatione ueſcebantur cibo illo ſapidiſſimo nonnulli uero murmurantes dicebant. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo illo leuiſſimo ſic hoc ſacratiſſimū ſacra/mentum ſumentibuſ diuerſimode ſapit ſc̄m diuerſaſ diſpoſitioneſ quaſ in eiſ format uel deſideriū caritatiſ uel ideotio maligitatiſ ¶ O quot ſunt obſtinati peccatoreſ & preſumptuoſi qui corpuſ xp̄i ſumenteſ nullum ex eo percipiunt guſtum. Alii uero quā mirabi/liter ꝓpter deuotionem & fidem recreantur & conſolantur de quo & ſi multa poſſent Exempla narrari unum tamen referam quod Rome euenit. Tempore namq; Eugenii quarti quedam notabiliſ & ſpiritualiſ domina deuotiſſima Franciſca nomine de pontianiſ ſingulis diebuſ feſtiſ ſacramenti cōionem de manu ſacerdotiſ reue/rentiſſime ſuſcipiebat ſentiebatq; delectationem admirabilem adeo ut ſepiuſ poſt cōionem per magnum temporiſ ſpacium raperetur in extaſim. Quodam uero die dum in eccleſia ſancte Cecilie tranſ Tiberim expectaret accipere cōionem ſacerdoſ ille q celebrabat aut leuitate ductuſ aut diabolica temptatione deuictuſ temptauit ſibi dare hoſtiam non conſecratam. Cumq; ori eiuſ appropinq̄ſſet recuſauit illam ſumere. d. parcat tibi deuſ o pater ſacerdoſ qui me non ſolum decipere credidiſti ſed etiam idolatriam facere uoluiſti. Quibuſ uerbiſ commotuſ ſacerdoſ ueniam petiit & peccatū poſtea confeſſuſ rem aliſ ſtuduit renarrare.

¶ De ſeptem fructibuſ quoſ acquirunt hi q fideliter & deuote ſanctam communionem ſuſcipiunt. ¶ Capitulum. iii.

Certium myſterium declarandum de ſanctiſſimo ſacramento dicitur fructificatiōiſ. Deuote. n. cōicanteſ multoſ fructuſ conſequūtur & precipue ſeptem ¶ Primuſ dicitur gratificatio. Scd̄ſ remiſſio ¶ Tertiuſ ſatiſfactio. Quartuſ defenſio. Quintuſ reuelatio. ¶ Sextuſ cibatio ¶ Septimuſ glorificatio ¶ Primuſ fructuſ dicit̄ gra/tificatio Confert enim ſacramentum deuote cōicantibuſ gratiam Ratio eſt ſecundum Tho. iii. parte. q. lxxix. tum quia in eo cō/tinetur xp̄ſ qui ſicut uenienſ in mundo uenit cū gratia ſecundum

UVA. BHSC. IyR_021

illud Iohannis. I. Gratia et ueritas per Ihesum xp̃m facta est ita
uenies in isto sacramento tum quia representatur passio eius que
fuit gratie effectiua. tum quia sumitur sub specie cibi nutrientis
unde sicut cibus prestat uitam ita & hoc sacramentum ꝓpterea uo/
catur eucharistia. i. bona gratia. Nam dicitur sacrificiū respectu
preteriti. s. passionis xp̃i quam representat. Et dicitur communio
respectu presentis quasi communis unio quia unit membra cum
corpore uel in corpore mystico. Et dicit uiaticū respectu futuri
quia est prefiguratiuū uite & quia Passio unio & Gloria sunt ex
gratia ideo nominatur eucharistia. Scd̃s fructus deuote cōicantiū
dicitur remissio. Remittuntur nanq; per hoc sacramētum peccata
uenalia ut habetur de conse. di. ii. c. Cum oē. c. Si quotiens &. c.
Ante benedictionem. Quantum autem sit istud. S. remissionem
uenialium habere patere potest si consideretur quantū ipsa animā
ledant. nam licet eternam damnationem non inducant tamen in/
ferunt duo precipua nocumēta. Primū est quia diminuūt feruorē
caritatis. Secundum quia obligat ad penam temporalem Ex quo
dicit Bon̄. in. iiii. di. xx. q. si quis moritur tantum uenialia habēs
uadit ad purgatorium. Tertius fructus deuote cōicantium dicitur
satisfactio hoc siquidem sacramentū satisfacit pro peccatis. Scd̃m
enim Tho. iii. parte. q. lxxix. hoc sacramentū simul est sacrificiū
& sacramentum sed ratione sacrificii habet in quantum offertur.
ratione uero sacramenti in quantum sumitur. Et Ideo effectum
sacramenti habet in eo qui sumit effectum autem sacrificii in eo q
offert uel in his pro quibus offertur. Si ergo consideretur ut sa/
cramentum habet duplicem effectum. unomodo directe ex ui sa/
cramēti. alio mō q̃si ex q̃dā cōcomitantia. Ex ui qdē sacramēti di/
recte habet illum effectū ad quē est institutū nō ē aūt institutū ad
satisfaciendum sed ad spiritualiter nutriendum per unionem ad
xp̃m & ad membra eius sicut & nutrimentum unitur nutrito. Sed
Quia huiusmodi unitas fit per caritatem ex cuius feruore aliquis
consequitur remissionem non solum culpe sed etiam pene. inde est
q̃ ex consequenti per quadam contomitantiam ad principalem
effectum homo consequetur remissionem pene non quidem totius
sed secundum modum sue deuotionis atq; feruoris. Si autem con/
sideretur in quantum est sacrificium habet uim satisfactiuam &
prodest his pro quibus offertur tam uiuis quam defunctis. Sed in
satisfactione magis attenditur affectus offerentis quam qualitas

UVA. BHSC. IyR_021

oblationiſ ¶ Quamuiſ ergo hec oblatio ex ſui quantitate ſufficiat ad ſatiſfaciendum pro omni pena tamen fit ſatiſfactoria illiſ pro quibuſ offertur uel etiam pro offerentibuſ ſecundū quantitatem ſue deuotioniſ & nō pro tota pena. Hic Alex. Papa de cōſe. di. ii. in. c. Nihil ait. Nihil in ſacrificiſ maiuſ eſſe cepit quam corpuſ & ſanguiſ xp̄i nec ulla oblatio hac potior eſt ſed omneſ precellit que pura conſcientia domino eſt offerenda. Quartuſ fructuſ deuote communicancium dicitur defenſio. Defendit utiq; hoc ſacramentū preſeruādo a peccatiſ futuriſ. Vt enī ait Tho. ubi ſupra peccatū eſt quedam morſ ſpiritualiſ anime ¶ Vnde hoc modo preſeruatur aliquiſ a peccato futuro quo preſeruatur corpuſ a morte futura. ¶ Quod quidē fit dupliciter ¶ Vno modo inquantū hominiſ natura interiuſ roboratur contra interiora corruptiua & ſic preſeruatur a morte per cibum & medicinā. alio modo per hoc q̄ munit cōtra exterioreſ inpugnationeſ & ſic preſeruatur per arma q̄buſ munit corpuſ. utroq; autem modo hoc ſacramentum couſeruat a peccato. Nam primo quidem per hoc q̄ xp̄o coniungit per gratiā roborat ſpiritualem uitam hominiſ tamquā ſpiritualiſ cibuſ & ſpiritualiſ medicina Secundum illud pſal. Paniſ cor hominiſ confirmet ¶ Et Auguſtinuſ ſuper Io. ait. Securuſ accede paniſ eſt non uenenum. Secūdo inquantum eſt ſignum paſſioniſ xp̄i per quam uicti ſuut demoneſ repellit ipſorum inpugnationem ¶ Vnde Criſoſtimoſ ſup Io. ait ¶ Vt leoneſ flammam ſpirantes de menſa domini recedimuſ terribileſ demonibuſ facti. Notandū tamē q̄ licet hoc ſacramētū quantum eſt de ſe habeat uirtutem preſeruatiuam a peccato non tamen aufert homini poſſibilitatem peccandi eo q̄ homo in ſtatu uie eſt huiuſ cōditioniſ q̄ poteſt flecti in bonū & ī malū. Quintuſ fructuſ deuote cōmunicantium dicitur releuatio ¶ Si enim homo poſt deuotā cōmunionē in peccatū rueret faciliuſ ab illo ſurgere poteſt quam ſi ante illud nō cōmunicaſſet. R ō eſt quia ut diximuſ per ſacram communionem anima roboratur & fortificatur & ideo faciliuſ eſt forti reſurgere quam debili ¶ Sextuſ fructuſ deuote Communicantium dicitur cibatio. Cibat utiq; hoc Sacramentum ſpiritualiter animam & multotienſ miraculoſe reficit ipſū corpuſ. Dicitur enim de beata katherina de Seniſ q̄ ſepiuſ communione ſuſcepta per dieſ plurimoſ ſine cibo & potu perſiſtebat abſq; aliqua ſui corporiſ leſione ¶ Septimuſ fructuſ dicitur glorificatio. Facit etiam hoc Sacramentum ad augmentum glorie Que ſequitur ad

UVA. BHSC. IyR_021

augmentū gratie ¶Quanto enim anima proficit & creſcit ī gratia tanto copioſiorem gloriā promeretur. ſed qui deuote & humiliter ſuſcipit ſacramentum euchariſtie proficit in gratia ut tactum eſt ſuperiuſ idcirco abundantiuſ gloriam obtinebit. Currite igitur oēſ & conciſa peccatiſ emundatiſ ſacram communionem accipite quia ſaluatur noſter dixit Iohannis. vi. ¶Si quiſ manducauerit ex hoc pane uiuet in eternum hic per gratiam & in futuro per gloriamIn qua uiuit & regnat ipſe Ihesuſ dei Filiuſ cū patre & ſancto ſpirito per cuncta ſecula ſeculorum Amen.

¶Feria tertia ebdomade ſācte de ueritate ſacramēti eucharistie.

In quo uere & realiter continetur ipſe xp̄ſ. ¶Sermo. lxiii.

QAro mea uere eſt cibuſ & ſanguiſ meuſ uere ē potuſ. Verba ſunt redemptoriſ noſtri originaliter Iohannis. vi. c. Inter cetera fidei noſtre credibilia maximum & admirabile eſt realiſ ac uera exñtia corporiſ & ſanguiniſ xp̄i in Sacramento altariſ ſub ſpeciebuſ paniſ & uini hoc utiq; niſi fideſ credat ſermo nō explicat ¶Verūtamē ad confundendam perfidiā infidelium conſolandoſq; fideleſ qui id credunt in hoc ſermōe de ueritate altiſſimi ſacramēti uerba faciemuſ. Eſt etenim neceſſarium ſimpliciter credere & firmiter confiteri q̄ a domino Ihesu xp̄o audiuimuſ dictū carnem ſ. ſuam uere eſſe cibum & ſuum ſanguinem uere eſſe potum. ſ. in ſacramento altariſ in quo uere & realiter continetur. Ad quod probandnm & fideliter perſuadendum procedemuſ tripliciter ¶Primo per auctoritateſ ¶Secundo per rationeſ ¶Tertio per exempla.

¶Quod omneſ tam theologi quam ſacra concilia & doctoreſ antiqui tenent & confitentur dominum Ieſum xp̄m realiter eſſe in ſacramēto altariſ ſub ſpeciebuſ paniſ & uini. ¶Ca. I.

PRimo probanda eſt ueritaſ corporiſ & ſanguiniſ xp̄i in ſacramento altariſ per auctoritateſ ¶Primo theologorum. ¶Secundo conciliorum ¶Tertio doctorum ¶Primo itaq; theologi omneſ Ric. Bon̄. Tho. Sco. & ceteri di. x. q̄rti li. dicūt q̄ opinio quorundam fuit & error peſſimuſ q̄ xp̄ſ non eſſet in altari niſi tm̄ ſicut in ſigno & dicitur manducari quia ſignum eiuſ tantū accipit. Sed iſte error contra pietatem fidei eſt que tātum beneficium ſibi a deo datum recognoſcit & gratiaſ agit q̄ in carne ſua & natura propria ſit nobiſcum ¶Eſt etiam contra ſacramenti dignitatem per excellenciam in quo relucet diuina potētia & bonitaſ altiuſ ceteriſ ſacramentiſ. Nam cetera ſacramenta excellit & quaſi cōſumatiuū

UVA. BHSC. IyR_021

est aliorum omnium sicut caritas omnium uirtutum. Manifestat nanq; omnipotentia dei in operis singularitate. Cum enim panis i corpus xpi uerum & integrū in multis altaribus cōuertitur nullo remanente cōi ostendit se deus posse supra omnē potentiā operatiuam in conuersione. Et per hoc q idem in pluribus locis supra imaginatiuam & per hoc q tam magnum & integrum in tam pua specie facit existere non contractū ostēdit se posse supra potētiam intellectiuam. Error Igitur pretactus detractatus est a quodam Berlingario Rome coram centum. xiii. episcupis ut habetur de conse. di. ii. in. c ¶ Ego Berlengarius. Ideo catholice dicendum est secundum Frañ. de maroñ. in quodam sermone de corpore xpi q sub specie Panis que uidetur in hostia quatuor esse creduntur. ¶ Primo quidem creditur ibi esse corpus xpi ex ui uerborum quia uerba consecrationis de solo corpore faciunt mentionem ¶ Secūdo est ibi sanguis xpi ex cōcomitantia immediata quia sanguis immediate disponit corpus ad uitam ¶ Tertio est ibi anima xpi ex cōcumitantia ppinqua quia licet anima nō uiuificet corpus nisi mediāte sanguine tamen pertinet ad eandem naturam & ideo concomitat ipsum propinque ¶ Quarto est ibi diuinitas uerbi ex cōcomitantia remota quia licet diuinitas cum tribus precedentibus faciat unum suppositum tamen nō pertinet ad unam naturam ¶ Similiter etiā in calice ista quatuor esse creduntur sed alio ordine ¶ Primo est ibi sanguis ex ui uerborum p eo q uerba consecrationis calicis de solo sanguine faciunt mentionem ¶ Secūdo est ibi corpus ex concomitantia immediata quia corpus sanguis est immediatum receptaclū. ¶ Tertio est ibi anima ex concomitantia ppinqua quia pertinet ad eandem naturam humanam ¶ Quarto est ibi diuinitas ex cōcumitantia remota quia non pertinet ad eandem naturam q̄uis ad idē suppositū. Et ista quatuor singnificauit saluatur noster ibi esse. d. Iohannis. vi. Ego sum panis per hoc dans intelligi corpus. Et subiungit uiuus er hoc denotans animam per quam corpus uiuificat & quia anima sine corporio sanguine uiuificare non potest Ideo subintelligitur hic sanguis. Deinde addit q de celo descendi ppter diuinitatem. Quare totus xps continetur sub specie panis & totus sub specie uini ¶ Secundo ad ostendendā ueritatē sacramenti facit auctoritas sacrorum conciliorum. Scribitur enim extra de cele. mis. i. c. Cum marthe. Dicitur hoc sacramentum misterium fidei q̄m aliud ibi creditur q̄ cernatur & aliud ibi cernitur q̄ credatur

UVA. BHSC. IyR_021

ſpeciel panis & uini cernitur & creditᵉ ueritas carnis & sāguis xp̄i. Et in. ca. i. de sum. trinitate & fi. ca. sic scribitur Una est fideliū uniuersalis ecclesia extra quam nullos omnino saluatur in qua idē ipse sacerdus est & sacrificium Iesus xp̄s cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & uini ueraciter continetur transubstantiatis pane in corpus & uino in sanguinem uirtute di/uina ut ad perficiēdum mysterium unitatis accipiamus ipsi de suo quod accepit ipse de nostro Sed ꝑpter dicta in prealligato. Ca. Cum marthe. notanda sunt secundū Franciscum de maroñ. q̄tuor documenta Primum ꝙ in hoc sacramento ꝑprie non uidetur xp̄s oculo corporali quia accidentia que ibi cernūtur non sunt in cor/pore xp̄i sicut in subiecto. Et si queratur q̄re xp̄s i hoc sacramēto corpus suum dedit nobis uelatum sub accidentibus responderi pōt ꝙ id fecit ꝑpter quatuor rationes Prima est ꝑpter humilitatem ut. s. homines in hoc sacramēto humiliarentur credentes ea que sūt supra intellectum. in hoc enim Sacramento ualde necessaria est captiuatio intellectus in obsequium xp̄i Secunda ratio est ꝑpter fidelitatem ut. s. fides habeat meritum quia ut Gregorius dicit in omelia Fides non habet meritum ubi humana ratio prebet expe/rimentum Tertia ratio est propter indignidatem scilicet Quo ad malos qui indigni sunt clare conspicere corpus domini Iesu xp̄i. Quarta ratio est ꝑpter imbecillitatē quo ad omnes quia claritatē corporis Iesu xp̄i nullus uiatur naturaliter posset ilpicere Sc̄m documentum ꝙ licet ꝑprie ibi nō uideatur xp̄s tamē nō errant fi/deles qui dicunt dominū se uidisse in manibus sacerdotis quia nullus errat cuius uerba possūt uerificari eo modo quo uerificatur scrip/tura diuina in qua dicitur ꝙ aliqui uiderunt deum oculo corporali sicut de Moyse dicitur Vidi dominum. cernendo corporalē rubū Exodi. iii. non ꝙ ibi uiderit diuinitatē sed quia dominus asistebat illi rubo & ita corpus xp̄i suo modo assistit speciebus Que in hoc sacramēto cernūt Tertiū documētū ꝙ in hoc sacramēto adoratio nō ē dirigēda ad illud qd̄ cernit sed ad illud qd̄ creditᵉ tm̄ qa illud ē dignū adoratiōe Quartū documentū ꝙ añ cōpleta uerba cōse/cratiōis hostia nō ē adorāda donec eleuat a sacerdote uel adoratᵉ qa nōdū ibi constat esse corpus xp̄i Tertio ad ostendendā ueri/tatem sacramenti sunt auctoritates sanctorū doctorum. Ex qbus omnibus quatuor tantum inducimus Nominatissimos & famosos doctores. s. Ambrosiū Augustinū Gregoriū & Iliarū. Ambrosius

UVA. BHSC. IyR_021

enī in .li. de sacramētis & ponit̄ de cōse. di.ii.in.c. Panis.ait. Panis est ī altari usitatus ātē uerba sacramētoꝝ ubi aūt accessit cōsecra/tio de pane fit corpus xp̄i. Et idem in li. de officiis & habet̄ in ca. Ante benedictionē. de cōse. di. ii. Ante benedictionē alia species noiat̄ post benedictionem corpus significat̄. Et idē de cōse. di. ii. in. c. Reuera. ait. Hoc qđ cōficimus corpus ex uirgīe est. Et idē de conse. di. ii. in. c. Oīa. ita pulchre loqt̄. Oīa quecumq; uoluit dominus fecit in celo & in terra & quia uoluit sic factum est. ita licet figura panis & uini uideatur nihil tamen aliud q̄ caro xp̄i & anguis post consecrationem credenda sunt. Vnde ipsa ueritas ad discipulos hoc inquit. Caro mea est pro mūdi uita. Et ut mirabilius loquar non alia plane q̄ que nata est de Maria & passa ē in cruce & resurrexit de sepulcro. Et Augustinus de conse. di. ii. ca. Nos autem dicit. Nos autem in specie panis & uini quam uidemus res inuisibiles .i. carnem & Sanguinem honoramus Et idem in ca. Non oīs. Non oīs panis sed accipiens benedictionē xp̄i fit corpus xp̄i. Et idem in epistula ad Hireneum. Perfectus panis de celo corpus est ex uirgine. Gregorius autem in omelia paschali & habet̄ in. c. Quid sit. de conse. di. ii. Mysterium fidei dicitur qđ credere debes q; ibi salus nostra cōsistat. Quidens enim nobis dominus dedit hoc sacramentum salutis ut quia nos quottidie peccamus & ille iam mori non potest per illud sacramētum remissionem consequamur. Quottidie enim ipse cōmeditur & bibitur in ueritate sed integer & uiuus atq; inmaculatus permanet. Et ideo magnum & pauendū mysteriū est quia aliud uidetur & aliud intelligitur. Hilarius adhuc de conse. di. ii. c. Corpus. ita loquitur. Corpus xp̄i qđ sumitur de altari figura est dum panis & uinum extra uidetur ueritas autem dum corpus & sanguis xp̄i in ueritate interius creditur. Confiteri igit̄ debemus & indubie credere dominū Iesum xp̄m in sacramēto altaris uere & realiter contineri.

Quod ratiōibus fidelibus probari potest & si nō demōstratiuis ueritas carnis & sanguinis xp̄i in sacramēto eucharistie. Ca. ii.

Secundo p̄banda est ueritas corporis & sanguinis xp̄i in sacramēto admirabile eucharistie per rationes non quidem naturales & demōstratiuas sed fideles ac persuasiuas Et colligi p̄nt principaliter tres. Prima dicitur distantiua. Secunda conceptiua. Tertia comitatiua. Prima dicitur distātiua. Maior enim distātia est ut dicit Boñ. di. x. quarti inter ens & nō ens q̄ inter ens & ens.

UVA. BHSC. IyR_021

Si ergo deus potuit de nihilo ꝓducere ola que sũt in celo & ī terra. Cur non poterit mutare unũ ens in aliud ens & cõuertere panem in carnem & uinum in sanguinem. Ideo Ambrosius in .li. de sacra/ mentis ait. De totius mũdi operibus legistis quia ipse dixit & facta sunt ipse mãdauit & creata sũt. Sermo igitur qui potuit ex nihilo facere quod non erat non poterat ea que sunt in id mutare quod non erat. Non est enim minus dare q̃ mutare nouas naturas rebus.

¶ Secũda ratio dicitur conceptiua Si corpus xp̃i supernaturaliter & miraculose potuit a uirgine concipi cur non poterit in sacramento ex miraculo realiter cõtineri. Ideo ait Ambrosius ubi supa ¶ Quid hic queris nature ordinẽ in xp̃i corpore cum preter naturam sit ipse dominus natus ex uirgine ¶ Sed non in merito dubitari potest utrum nobilior sit uirtus transubstantiãdi panẽ in carnem & uinũ in sanguinem xp̃i uirtute uirginis ipsum concipientis ¶ Et nõnulli tenere uoluerunt ꝙ sic. tum qa sacerdos conficit corpus xp̃i pau/ cioribus uerbis quam cõceperit uirgo. tum quia uirtus conceptiõis in uirgine terminata ad corpus xp̃i impassibile & imortale ¶ Cõtra ist os tamen sic asserentes dicit Bon̄. di. x. q̃rti ꝙ dupliciter est loq de uirtute transubstãtiante & de concipiente uno modo put sunt in suo fonte & primo principio ut dicatur uirtus concipiendi que operata est cõceptionẽ principaliter & ꝓpria auctoritate & sumit uirtus transubstantiãdi & sic non est comparatio secũdum magis & minus in se cũ sit una & eadẽ uirtus diuina nõ intensa nec remissa.

¶ Sed si ipsa cõparetur ad manifestatiõem factam per hos effectus iuditandum est ꝙ se habẽt sicut excedentia & excessa. Licet enim utrũq; sit nobilissimũ & ostendat potentiã esse summã in cõceptiõe tamẽ magis laudatur magestas diuina & in trarnsubstatiõe magis captiuatur ratio nostra ¶ Secũdo mõ possumus loq de hac duplici uirtute prout dicitur cõicari creature secũdum ꝙ dicit̃ ꝙ uirgini data est potestas cõcipiẽdi & sacerdoti ꝓ uerbũ potestas cõficiẽdi. Et sic loquendo simpliciter uirtus cõcipiendi dignior excellentior & nobilior est tum quia subiectum maius nobilitat. magis enim est esse matrẽ dei q̃ esse sacerdotem. tum quia actio est singularior & preclarior. maius enim est cõcipere q̃ cõficere qa terminus actiõis plus accipit a concipiente matre q̃ a conficiente sacerdote Accepit enim a matre humanitatem & esse. in consecratione uero corporis xp̃i non accipit esse. Id circo respondendum est his qui contrariũ tenere uoluere. d. uirginem concepisse xp̃m mediantibus pluribus

UVA. BHSC. IyR_021

Conceditur tamen fratribus predicatoribus & minoribus exigente legittima causa ut puta dū essent predicantes uerbū dei in publicis campis uel platees aut in similibus celebrare cū altari uiatico absq; licentia ab Episcopo postulata uel impetrata Quod patet extra de priuilegiis & priuilegiatorū excessibus. c. In his ubi sic habet. In his que ad cultum diuinum facere dinoscuntor non maligna sed benigna eēt potius interpretatio facienda. Vnde mirari cōpellimur q cū fratribus predicatoribus & minoribus duxerimus indulgendū ut ubicūq; fuerint sine parochialis iuris preiudicio cū altari uale at uiatico celebrare. Quidam nimis stricte interpretādo indulgentiā nostram nituntur asserere q per eam dicti fratres preter p̄latorū assensum facere hoc non possent. ꝓpter quod eos celebrare iuxta indulgentiam apostolicam non permittunt. Cum autem nihil eis cōferret memorata indulgētia sine q̄ prelatis ānuentibus id liceret eisdē fraternitati tue mandamus q̄tenus interpretatióe huiusmodi reꝓbata dum tamen ab aliis que iuri perochiali puenient prius abstineat datam eis sic licentiam celebrandi auctoritate nostra nō differas publicare ita q dicti fratres aliq̄ ex indulgentia nostra uideantur in hoc gratiā cōsecuti. hec ibi. Que uerba sūt Honorii tertii. Et sicut in loco sacro ut dictum est cōmuniter misse sunt celebrāde ita etiā celebrari debent super altari cōsecrato. Notādū tamen secundum Rich. ubi supra q q̄dā ante tempus Siluestri celebraretur super altare ligneum quod ciro poterat transferri quia ꝓpter persecutionem non erat fidelibus certus locus ad manendum tamē postea instituit ecclesia ut celebraret super altare lapideū. Vnde de conse. di. i. in. c. Altaria dicitur Altaria si nō sint lapidea chrismatis unctione non consecrent. Cuius ratio fuit quia altare debet esse de materia forti quia consecrari debet & ideo non debet esse de terra. Et quia in ecclesia debet esse copia altarium ut hoc mysterium frequentetur ideo altare non debet esse de auro uel de argento que non faciliter possent haberi. In ueteri autem lege qa non sic multiplicantur altaria nihil opus erat si de auro fierent. Conuenientius etiam est altaria fieri de lapide q̄ de ligno ꝓpter significationē qa ut dicit glo. in dicto. c. Altaria. Altare significat xp̄m qui dicit petra. Sed occasione dictoꝝ apud multos dubitat. Vtrum celebrans super altare non consecratum aut fractum sit irregularis. Et respōdet Rich. q nō eo q irregularitas est de iure

UVA. BHSC. IyR_021

positiuo & hoc non est in iure positum. Scienter tamen celebrans super altare non consecratum grauiter peccat etiam si hoc faciat ex ignorantia crassa q̃uis minus grauiter q̃ si hoc faceret scienter quia ecclesia ordinauit super altare consecratum debere celebrari ut patet de conse. di. i. c. Ecclesie. Et extra de conse. ecclesie uel altaris. c. primo &. c. Quod in dubiis. Secunda regula seruanda i celebratione misse dicitur temporis. De quo sciendum sicut Ric. q̃ quia hoc sacramentum pertinet ad tempus gratie quod per diem significatur iuxta illud apostoli Ro. xiii. Nox precessit dies aũt apropiquauit. Ideo comuniter loquendo missa debet celebrari in die artificiali & non in nocte incipiendo diem artificialem nõ tm̃ ab ascensu solis super origentem nostrum. Sed ab illa parte tẽporis q̃ potest perpendi esse super orientem nostrum aliqua aeris illus/ tratio per aliquos radios solis que illustratio est manifestatio solis oriturι In nocte tamen natiuitatis domini media nocte uel circa horam illam celebratur missa & antiquitus celebrabat i principio noctis resurrectionis. Et hoc ꝓpter priuilegium illarum noctiũ. Et de hoc dicitur de conse. di. i. in. c. Nocte sancta natiuitatis dñi saluatoris missas celebrent presbyteri & hymnum angelicum in eis solemniter decantẽt quoniã etiam eadem nocte ab angelo pasto/ ribus est nunciatus ¶Et subito facta est cum angelo multitudo celestis exercitus laudãtium deum & dicentium. Gloria in excelsis deo & in terra pax hoibus boni uoluntatis. Quare autẽ celebrare tes misse in die natalis domini ratio est secundum Archi. in tractatu quem fecit de officiis ecclesie. quia una missa. s. ãte diem significat tempus ante legem q̃n eramus in tenebris secunda missa in aurora significat sub tempus sub lege quando mundum plena dei cognitio habebat Tertia in die significat tempus gratie quando iam plena cognitio habetur. De hora autem misse Sciendum est q̃ instituta est fieri cõiter tribus horis. s. hora tertia sexta & nona. Celebratio enim misse est memoriale passionis xp̃i qui secundum Augustinũ in li. de cõcordia euangelistarũ crucifixus fuit hora tertia linguis iudeorum. hora sexta manibus Militum. & hora nona expirauit. Consuetudo tamen est ut non dicat solemnis missa hora nona nisi in diebus ieiuniorũ & maxime quãdo episcupi faciũt ordinatiões. Misse autem priuate dici possunt ab aurora usq; ad sextam. Sed dubium oritur apud plerosq; q̃re in parasceue non celebrat missa

UVA. BHSC. IyR_021

Et respondeꝯ ꝙ id rationabiliter fit quia dupliciter representat ab ecclesia passio xp̄i ¶ Vno modo inq̄ntum fuit in xp̄o secundum se & absolute ut mouant̄ corda eorum ad cōpassionem & quia ip̄e dies in qua passus fuit ipsam passionem satis efficaciter represēt̄at statuit ut illa die non consecretur corpus xp̄i sed quod in precedēti die reseruatum est sumatur. Sanguis tamen non reseruatur ꝓpter effusionis periculum ¶ Quia autem effectus passionis illius seu īflu/entie ad nos continue ꝓueniunt seu in nos descendūt ideo statuit ecclesia ut excepta die predicta quotidie ī ecclesiis missa celebreꝯ. ¶ Tertia regula seruanda in celebratione misse dicitur modi. qui cō/sideratur aut respectu calicis aut respectu luminis aut respectu indumentorum Si respectu calicis & tunc aduertendum est ut dicit Rich. ꝙ non licet celebrare in calice lapideo ꝓpter eius ineptitu/dinem nec ligneo ꝓpter humiditatem nec uitreo ꝓpter fragilitatē nec ereo uel de auricalco quia ob uim uirtutē eruginē colligeret & uomitum ꝓuocare posset. Sed debet esse calix de auro uel de argento. Et si quis tam pauper est ꝙ non possit habere calicem aureum uel argenteum habeat stagneū ut patet expresse de cōse. di. 1. c. Vasa. &. c. Et calix· Secundo consideratur modus in cele/bratione misse respectu luminis Nam sacerdos non debet celebrare sine igne seu lumine. Et hoc primo ꝓpter ecclesie constitutionem que reprehēdit celebrantes sine igne extra de celebratiōe. mis. c. ul. Secundo ꝓpter ipsius ignis significationem. significat. n. dilectiōis feruorem per quem xp̄s pro nobis passus hoc sacramentū īstituere uoluit. Etiam eius lumen & calor significant ꝙ sacramentū operat̄ in celebrante digne & suscipiente augmentum illuminationis in in/tellectu & feruorem caritatis in affectu ¶ Tertio cōsiderat̄ modus celebrandi respectu indumentorum. Nullus uteq; celebrare debet sine uestibus ab episcopo benedictis de quibus sic dicitur de conse. di. 1. c. Vestimenta Vestimenta ecclesie quibus domino ministrat̄ & sacrata esse debent & honesta quibus in alius usibus nō debēt frui q̄ ecclesiastici & deo digni officii que nec ab alius debent contingi aut offerri nisi a sacratis hominibus ut ultio que Balthasar regem percussit super hoc transgrediēt̄es ueniat & corruere eos faciat ad ima Et ut dicit glo. in. c. sequenti super uerbo polluunt̄. Ex uestē alicuius domine uel alterius nō debet fieri casula uel alius ornatus ecclesie ¶ Que autem & quot sunt Vestes ille que requiruntur ad

UVA. BHSC. 1yR_021

celebrationem misse refert Inno. in libro de officio misse parte. i. c. x. di. Sex sunt indumenta cõia episcopis & presbyteris uidelicet amictus alba cingulus stola manipulus & casula. In multis tamen locis inualuit consuetudo ut cingulus nõ benedicat Quicũq; ergo celebraret sine huiusmodi uestibus grauiter peccaret Sint ergo sacerdotes diligentes & solicite ne omittant quicq̃ de his que ordinata sunt ab ecclesia.

¶ Quod illorum que requiruntᵉ in celebratiõe quedã significãt pertinentia ad incarnationem quedam ad passionem quedam uero ad resurrectionem. ¶ Capitulum. ii.

Cũm mysteriũ de missa declarãdũ est de eius significatiõe in quo uidere debemus quid significent illa que requiruntᵉ ad misse celebrationem ultra ea que requirũtur ad essentiã sacramenti. Et respondet Rich. q̃ ꝓpter illa significantur tria ¶ Primo quedam pertinentia ad incarnationem ¶ Secũdo quedã pertinentia ad passionem ¶ Tertio quedã pertinentia ad resurrectionẽ ¶ Primo significantᵉ quedã pertinentia ad incarnationẽ & natiuitatẽ xp̃i. Nam sacerdotis calciatio incarnatiõis est representatio. In persona enĩ filii dei dicitur in psal. In idumea extendã calciamentũ meũ. i. humanam naturã quã assumam ¶ Vnde sacerdos cum xp̃m repsẽtet missam non debet dicere discalciatus. Amictus in capite representat diuinitatem amictam humanitate. Caput enim xp̃i est deus. Alba camisia nouitatem uite significat quẽ xp̃s habuit & docuit & tribuit in baptismo. Zona siue cingulos significat xp̃i iustitiã. Iuxta illud ꝓphecticum. Et erit iustitia cingulũ lumboꝝ eius Manipulus positus in leua per quam uita presens designat. significat q̃ xp̃s in uita manipulum portauit uirtutum & meritorum ¶ Stola que collo sacerdotis incumbit significat obedientiam quam xp̃s ꝓpter salutẽ humani generis subiit factus obediens usq; ad mortem. Casula que aliis uestimentis superponitur xp̃i charitatem significat que omnes alias uirtutes excellit. Introitus sacerdotis ad altare aduentũ xp̃i significat & introitus misse desiderium aduentus eius significat Et Ideo in missa solemni non debet intrare sacerdos quousq; inceptus sit introitus misse quia antexp̃s fuit desideratus q̃ ueniret. & quia in aduentu xp̃i fuit aperta uena misericordie ideo post introitum subditur Kyrieleyson quod interpretat domine miserere ¶ Quod nonies dicitur computando ibi xp̃eleyso, ut per misericordiã xp̃i

UVA. BHSC. IyR_021

uerbis q̄ sacerdos conficiat ¶Quos nescio si insanos aut ignorantes nomine eo q̄ cōparatio ista nulla est qa uerba sunt de necessitate consecrationis nō autē conceptionis unde si sacerdos nunc̄ pferret uerba nunq̄ consecrarer. Beatissima autem uirgo nō cōcepit xp̄m ex ui uerborum sed ex merito uirtutum suarum ob quod posito q̄ cum dixit ¶Ecce an. domi. obmutuisset remanentibus in ea tamen uirtutibus supradictis adhuc cōcepisset xp̄m. Similiter male intel/ligunt qui uirtutem transubstanciandi hoc modo preferūt uirtuti cōcipiendi qa illa terminatur ad corpus ipassibile & imortale etc. ¶Nam arguūt qsi corpus christi consecratione fieret. sed certe non fit nam non fit eius humanitas quia facta est in conceptione non fit gloria corporis quia facta est in resurrectione nō fit p̄fecta quia etas. xxxiii. annorū spacio est perfecta ¶Vnde argumētum deficit ut diximus quia arguit ac si faceret ¶Sed per consecratiōem nihil nouum fit sed hoc solum fit ut quod erat in celo perfectum & glorioſū idem sine mutatione sui sit in sacramento uirtute trā/substantiandi ¶Tertia ratio manuducens nos ut firmiter credamus corpus xp̄i esse in sacramento altaris dicit cōmutatiua. nā legimus sepius fuisse per diuinā uirtutē imutatā naturam. Ideo Ambrosius in. c. Reuera de conse. di. ii. inquit ¶Forte dices aliud uideo quomō tu mihi asseris q̄ corpus xp̄i accipiam. Et hoc nobis adhuc supest ut probemus. q̄ntis igitur utimur exemplis ut p̄bemus hoc nō esse quod natura formauit. sed quod benedictio consecrauit maiorem quē uidelicet esse benedictionis q̄ nature quia benedictione etiam natura ipsa mutatur ¶Virgā tenebat Moyses p̄iecit eam & facta est serpens. Rursus apprehēdit caudā serpentis & in uirge naturā reuertitur ¶Videt ergo prophetica gratia bis mutatā esse naturā & serpentis & uirge. Currebāt egypti flumina puro meatu aq̄rū. subito de fontium uenis sanguis cepit eruppere. Non erat potus in fluminis. Rursus ad p̄phete precēs cruor cessauit fluminū aq̄rū natura remeauit. Circūclusus undiq; erat populus hebreorū. hinc egiptius uallatus in mari clausus ¶Virgam leuauit Moyses sepauit se aqua & in murorum speciem se congelauit atq; inter undas uia pedestris apparuit. Iordanis retrosum conuersus contra naturam in sui fontis reuertitur exordiū. Nōne claret naturā uel maritimorum fluctuū uel fluuialis cursus esse mutatā. Sitiebat populus patrum. tetegit Moyses petram & aqua de petra fluxit. Nūquit non preter naturam operata est gratia ut aquam uomeret petra

UVA. BHSC. IyR_021

quā non habebat natura? Marath fluuius amarissimus erat ut sitiens populus bibere non posset. misit Moyses lignum in aquam & amaritudinem suam aquarum natura deposuit quam infusa subito gratia temperauit. Sub Elyseo. ꝓpterea uni ex filiis ꝓphetarum excussum est ferrum de securi & statim ímersum. Rogauit Elyseū qui amiserat ferrum. Misit Eleyseus lignum in aquam & natauit ferrū. utiq; & hoc ꝑter naturā factum esse cognouimus. Grauior est ferri species q̄ aquarum liquor. Aduertimus ergo maiorem esse gratiam q̄ naturā & adhuc tamen ꝓphetice benedictiónis miramur gratiam. q̄ si tantum ualuit humana benedictio ut naturam conuerteret quod dicemus de ipsa consecratione diuina ubi ipsa uerba domini saluatoris operātur? Nam sacramentum istud qđ accipis xp̄i sermone conficitur. hec Ambrosius. Qui in talibus & similibus exemplis nobis ostendit q̄ta potest magnus & excelsus deus cuius potestati atq; uirtuti ímense & infinite ascribūtur omnia miracula sacramenti altaris.

¶ Qualiter miracula & exempla operata in sacramento altaris ostendūt uere ibi esse corpus xp̄i. ¶ Capitulum. iii.

Tertio probanda est ueritas sacramenti per exempla. Nā deus benedictus & si non semper quandoq; tamen ad cōfusionem cordium inflatorū multa de hoc sacramento ostendit mira atq; stupēda. ¶ Inter que illud unum est celeberrimum ac memoria dignum quod euenit dum sanctus Antonius de Padua Arimini p̄dicabat. Ibi namq; hereticus quidam aderat qui male sentiebat de corpore xp̄i atq; incōtemptum corporis xp̄i hostias nō cōsecratas sepius asino suo prebebat in cibū. ¶ Cū uero hoc ínotuisset Antonio fidei defēsori acerrimo illū ad se uocatū dure redarguit ueritatēq; sacramenti ei fideliter persuasit. Cum uero ille ptinax in suo sensu maneret assereretq; asinum suum plepe tali cibo fore depastū cōuenit cum eo Antonius ut de hoc experiēcia fieret & per dies tres asinus sine cibo transiret & die tertia Antonius in foro celebrata missa & reseruato sacramento illud intra hostias non consecratas reponeret atq; illo modo asinus famelicus inuitaretur ad pabulū. Quod cum factū fuisset coram multitudine maxima animal illud appropinquās sporte í qua corpus xp̄i intra hostias nō cōsecratas reuerenter reconditum erat ex miraculo dei cognouit dominum suū & caput & pedes inclinās humiliter adorauit neq; cura sibi fuit de cibo quo indigebat Cūq; uerberibus ab illo hereico angeretur

UVA. BHSC. IyR_021

traberetur & uolueretur sēper faciebat ut prius. Ob qđ hereticus ille & alii q̄plurimi omni errore depositio ad uerā fidem redierūt. Antonius autem deo gratias referens sacramentum honorifice in loco debito posuit & conseruauit. De multis etiam cōpertum est q̄ ex priuilegio speciali corpus xp̄i uiderunt aut in specie pueri aut carnis aut sanguinis. Quod fit secundum Tho. iii. parte. q. lxxvi. per imutationem oculorū eorū q sic uidēt quorū oculi immutant ac si expresse uiderent exterius carnem aut sanguinem uel puerū nulla transmutatione facta ex parte sacramēti. Quod patet ex eo quia alius uidetur sub specie panis nec tamen id pertinet ad aliq̄m deceptionem quia talis species diuinitus formatur in oculo ad aliq̄ ueritatē figurādam ad hoc. s. q̄ manifestetur uere corpus xp̄i esse sub hoc sacramēto sicut etiā xp̄s absq; deceptiōe aparuit discipulis euntibus in Emaus. dicit enī Augustinus in li. q̄uestionū euangelii q̄ cum fictio nostra refertur ad aliq̄ significationem non est mēdatium sed aliqua figura. Sunt ita q; multa huius sacramēti p̄clarissima testimonia que tamē omnia si deessent sufficere nobis debet uerbum xp̄i. d. Hoc est corpus meum. de quo dicere possumus qđ Isaac dixit dum filium tangebat. Vox quidem uox Iacob est sed manus manus sūt Esau. Nā i tactu & i odoratu Esau eū reputabat in uoce tamen Iacob eum confitebatur. Sic in hoc admirabili sacramēto sensibus nostris. s. uisui odoratui gustui & tactui accidētia panis se offerunt sed ipsi auditui ueritas carnis xp̄i. O igit̄ ineffabile sacramentum. O inexplicabile signum amoris Iesu xp̄i. O deniq̄ triumphale p̄uilegiū nobis exhibitum. Non enim est aut fuit aliq̄n tam grādis natio que habeat deos appropinquātes sibi sicut adest nobis deus noster. Ergo omni deuotione qua possumus celebremus huius sacramenti mysteria quo nobis aduenīat gratia & tandem perennis & eterna gloria. In qua ipse dominus Iesus uiuit & regnat cū patre & spiritu sancto per infinita secula seculorū. Amen.

Feria quarta ebdomade sancte. De sacramento eucharistie ad qđ deuote suscipiendū fideles iugilare debēt. Ser. lxv.

Accepit panē & gratias agēs fregit & dixit. accipite & mānducate. Hoc est corpus meum quod p uobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. Doctoris gentium uerba sunt ista. 1. Cor. xi. c. Satis utile & p̄ficuū esse arbitratus sum si adhuc de sacramento ineffabili eucharistie nonnulla dixero q̄m quanto magis illius preconia fidelibus innotescūt tanto ardentius excitant

UVA. BHSC. IyR_021

ad illius usum deuotamq; susceptiõem. Idcirco preter ea que dicta sunt adhuc uidebimus quedã non imerito de hoc benedicto sacra/mento delucidãda. Propõemus itaq; tria principalia mysteria que apostulus in uerbis preallegatis explicauit & annotauit uidelicet ¶ Primum dicitur transubstantiationis ¶ Secundum manducationis. ¶ Tertium consecrationis. De transubstãtiatione panis in carnem & uini in sanguinem xpi & de conditionibus admirãdis ipsius tran/substantiationis. Capitulũ. I.

PRimũ mysteriũ annotatũ ab apustulo dicit trãsubstãtia/tionis. Quia xps panem accipiens & gratias agens panẽ illũ benedixit & consecrauit conuertitq; substãtiam eius in substantiã corporis sui sic & in sacramento isto sut stantia panis in substantiã corporis xpi & substantia uini in substantiam sanguinis eius uere cõuertitur. Ad qd plenius intelligendũ q̃tuor sũt dubia declarãda. ¶ Primum utrũ in consecratione sit uera transmutatio siue cõuersio panis in corpus xpi an panis simul maneat cum corpore Ad quod respõdet Alex. in. iii. su. uolumine q̃ aliqui errantes dixerũt q̃ in hoc sacramento non est aliqua conuersio sed ad ꝓlationẽ uerboꝝ sine cõuersione aliqua fit diuina uirtute ut corpus xpi sit ibi. Tñ hec positio est cõtraria sanctorum auctoritati ut patet. Est etiã contra cõgruitatem sacramenti diminuitq; utilitatem meriti. Nam multiplex ratio est quare congruit ut panis cõuertatur in corpus xpi & non maneat simul ¶ Prima est uitatio idolatrie Si enim sub sacramẽto maneret panis fortassis q̃q; idistricte adoraret cũ dño. ¶ Secũda ratio est efficatior deductio ad ipsũ xpm cõprehẽdendũ. Species enim panis que modo deducit immediate ad dominũ xpm cõprehendendũ & uescendum tunc mediate deduceret quia primo deduceret ad cõprehensionem panis & post ad comprehensionem domini ¶ Tertia ratio est sperituali or refectio. Modo enim illa re/fectio est speritualis ónino tunc esset etiam carnalis quia túc cibus carnalis assumeret & nõ solũ sperituali ¶ Quarta ratio est ueritatis insinuatio. s. ut credatur q̃ sit tantum cibi anime & non corporis. Et q̃ hoc cibo fit unio sperituali non corporali. Opinio ad hoc pretacta minuit utilitatem meriti quia ponendo q̃ accidentia nõ possũt esse sine subiecto innitendo ratiõibus humanis meritũ fidei diminuit ¶ Ideo dicendum q̃ tota substantia panis conuertitur in substantiam corporis xpi remanẽtibus accidentibus sine subiecto. Secundum dubiũ declarandũ. utrũ in ista conuersione annihilet

UVA. BHSC. IyR_021

ſubſtantia paniſ. Et ad hoc reſpondet Ric. in. iiii. di. xi. di. Quod q̃uiſ poſt conuerſionem ſubſtantie paniſ in ſubſtantiam corporiſ xp̃i nihil de ſubſtantia paniſ remaneat tamẽ quia ſubſtantia cor/poriſ xp̃i in quam conuerſa eſt aliud eſt annihilata non eſt unde ſubſtantia paniſ non eſt in nihilũ redacta ſed in meliuſ cõmutata ſcilicet in corpuſ xp̃i non tamen ſecũdũ Alex. de pane illo accipit eſſe corpuſ xp̃i ſed ipſa eſſentia paniſ ſine omni mutatione facta in corpuſ xp̃i mutatur in illud. Ideo Vgo li. ii. de ſacramentiſ ꝓte viii. c. ix. ait. Nõ ſic corpuſ xp̃i in pane conſecrari dicimuſ ut de pane corpuſ xp̃i eſſe accipiat nec q̃ſi corpuſ nouũ ſubito factũ de mutata eſſentia ſed in ipſum uerum corpuſ mutatã eſſentiam nec ipſam ſubſtantiam paniſ & uni in nihilũ redactam quia deſiit eſſe quod fuit ſed mutatam potiuſ quia cepit eſſe aliud quod non fuit.

¶ Tertium dubium declarandum. utrũ illa conuerſio fiat in inſtãti uel ſucceſſiue. Et reſpondet Ric. ubi ſupra. Quod fit inſtanti qa ut accipi poteſt a cõmutatore. iiii. meta. ¶ Omniſ ſucceſſio in muta/tione cauſatur uel ex reſiſtentia mobiliſ ad motorem uel medii ad motorem uel ratione utriuſq;. & puto ꝙ ſub reſiſtentia ipſiuſ medii debeat cõprehẽdi diuiſibilitaſ ſpacii p cõparationẽ ad limitationẽ uirtutiſ in motore. ¶ Vnde q̃uiſ corporale medium angulo non re/ſiſtat tamen quia limitate uirtutiſ eſt enim poſſet ſe tranſferre ab oriente in occidentẽ per tranſeundo ſpacium in inſtanti. ¶ Virtuſ autem cõuertenſ ſubſtantiam paniſ in corpuſ xp̃i nõ eſt limitata illa enim conuerſio fit per uirtutem diuinam que infinita eſt nec ſibi reſiſtit ſubſtãtia paniſ quia tota natura perfecte ſubdit̃ uirtuti diuine nec eſt aliquod medium per quod iſta conuerſio fiat hoc enĩ non habet locum ꝓprie loquendo niſi de mutatione locali. ¶ Panẽ enim non eſſe corpuſ xp̃i nihil poſitiuũ dicit & tñ ſi eſſet medium non oporteret ꝙ cãret ſuſceptionem in diuina opatione. Deuſ enĩ unum lapidem tranſferre poſſet ab oriente in occidẽtem per totũ medium in inſtanti non enim oportet ꝙ Diuiſibilitaſ medii cauſet ſuſceptionẽ in mutatione niſi cum hoc mutanſ ſit limitate uirtutiſ.

¶ Quartum dubium declarandum. utrum uirtuſ tranſubſtantiatiua principaliuſ reſpiciat ſacerdoẽ q̃ uerba. Et reſpõdet Ric. di. viii. q̃rti. Quod uirtuſ predicta principaliuſ reſpicit ſacerdoem qa qñ dominuſ operatur aliquẽ effectũ mediante inſtrumento animato cuiuſ modi eſt ſeruuſ ſecundũ philoſophũ. i. poleticoꝝ & inaĩato uirtuſ domini pricipaliuſ reſpicit inſtrumentũ animatũ q̃ inaĩatũ.

UVA. BHSC. IyR_021

In transubstantiatiõe autem sacerdos se habet sicut instrumentum animatũ & uerba sicut inanimatũ. Ideo uirtus domini ꝑncipaliter operantis principalius respicit sacerdotem q̃ uerba ¶Secunda ratio est quia quãdo plura instrumẽta per ordinẽ se habentia cõcurrũt ad eundẽ effectũ ut manus & penna ad scripturã uirtus ꝑncipalis motoris principalius respicit illud instrumentũ quod est sibi ꝓpinquius & mediante quo aliud instrumentum mouetur. Vnde uirtus scribentis principalius respicit manũ q̃ pennam. Ad transubstãtiationem autẽ cõcurrunt plura instrumenta per ordinem se habẽtia scilicet sacerdos & uerba quorũ sacerdos est ꝓpinquior principali agenti quia sibi est similior & eius repñtat personã est etiã platiõis uerborum cã. ideo uirtus transubstantiatiua principalius respicit sacerdotẽ q̃ uerba ¶Tertia ratio est quia uirtus transubstãtiatiua sacerdotem respicit permanente ratione caracteris qui in sacerdote permanet ¶Verba autẽ sicut sut transeũtia respiciunt transeuntem non per aliquem trãsitum ex parte uirtutis ꝓut est in principali agente sed per transitum ipsorũ uerborum secundũ quod ¶Tamẽ predicta uirtus respicit pricipalius uerba q̃ sacerdotẽ inq̃tũ uerba magis de ꝓpinquo se habent ad effectum q̃ sacerdos secundũ quem modũ etiã dici potest ꝙ uirtus scribentis ꝑncipalius respicit pennã q̃ manum.

¶De multiplici manducatione corporis christi & de dubiis que circa illam haberi possunt. ¶Capitulum. ii.

SEcundum mysteriũ quod annotauit apustulus in themate dicitur manducatiõis asserens ꝙ xp̃s dixit. Accipite & mãducate. hoc est corpus meum. Ad quod pleniꝰ itelligendũ q̃uor sunt dubia declaranda. Primũ quod sunt modi manducãdi corpus xp̃i ¶Et respondet magister in. iiii. di. ix ¶Quod est duplex unus sacramẽtalis. aliuꝰ spiritualis. Que distictio secundũ Boñ. oritꝫ uno modo a dispositiõe sumentium quia quidam accedũt male dispositi & hi manducant sacramentaliter. quidam bene & hi spiritualiter. ¶Secundo accipitur a mõ sumendi quia quidã suscipiunt ore corporis & non cordis & hi sacramentaliter. quidam uero ore cordis & hi spiritualiter. Comedere igitur sacramentum speritualiter est illud suscipere cũ fide informata caritate. Comedere autem sacramentaliter est illud suscipere cũ fide sine caritate. qui munducant sacramentaliter tantũ suscipiũt sacramentũ sed non effectũ illius. qui uero manducãt speritualiter effectũ gratie consequũt. Scdm

UVA. BHSC. IyR_021

dubium utrum mali ſumant corpuſ xp̃i ueraciter ¶ Et reſpondet Tho. iii. parte. q. lxxx. & Boñ. in. iiii. di. ix. ꝙ circa hoc quidam antiqui errauerunt. d. ꝙ corpuſ xp̃i uerum a maliſ non ſumit̃ qa non decet tantam maieſtatem & carnem tam ſanctam & puram i corpuſ peccatū ſubditū introire Ideo aſſerebāt ꝙ corpuſ xp̃i uerū a ſpeciebuſ abſcederet ex quo peccatur ipſum labiſ & ore polluto cōtingeret. Sed hoc eſt erroneū eo ꝙ manētibuſ ſpeciebuſ corpuſ xp̃i ſub eiſ eſſe nō deſinit. ſpecieſ autē manet q̃ diu ſubſtātia panis maneret & ſibi adeſſet. Manifeſtum eſt autem ꝙ ſubſtantia panis aſſumpta a peccatore non ſtatim eſſe deſinit ſed manet q̃ diu per calorē naturalē digeratur ¶ Vnde tamdiu corpuſ xp̃i ſub ſpeciebuſ ſacramentalibuſ manet etiam a peccatoribuſ ſumptuſ. Quare doc. omneſ dicunt ꝙ peccatoreſ ueraciter & ſacramentaliter licet non ſperitualiter corpuſ xp̃i ſuſcipiant ¶ Quod cantat eccleſia in proſa in feſto corporiſ xp̃i. d. Sumūt boni ſumūt mali ſorte tamē ineq̃li uite uel interituſ. Et Auguſtinuſ ſup Iohānē. Multi de altari ac/ cipiunt & accipiendo moriuntur Ad idem eſt. c. Sicut Iudaſ. ¶ Et ſancta. de conſe. di. ii ¶ Tertium dubiū utrū peccator qui cū certa ſcientia in peccato ſumit corpuſ xp̃i ſumat illud damnabiliter & ꝙ ſic patet per dictum apuſtuli. d. ꝙ iudicium ſibi manducat & bibit quod non eſt ſecundū Boñ. quia ipſum corpuſ aliquā maculā det anime ſed quia peccator ipſū contemnit dum ſe preparare nō uult & mundare ¶ Sed aliquiſ obiicere poteſt ſi manducare corpoſ xp̃i cum peccato peccatū eſt ergo a ſimili & uidere. ergo quotienſcūq exiſtenſ in peccato mortali uidet corpuſ xp̃i peccat mortaliter. Reſpondet Tho. & Boñ. ꝙ uiſuſ nō ptingit ad ſubſtātiā corpiſ xp̃i ſed ſolum ad ſpecieſ ſacramentaleſ ¶ Sed iſte qui manducat nō ſolum ſumit ſpecieſ ſacramentaleſ ſed etiam xp̃m qui eſt ſub eiſ. & ideo a uiſiōe corporiſ xp̃i nullus babtizatuſ phibet̃. nō babtizati autem non ſunt admittendi etiam ad inſpectionē hutuſ ſacramēti. unde patet per Dionyſium in li. ecc. hierar ¶ Sed ad manducationē non debent accedere niſi illi qui bene diſpoſiti & mundati ſut. q̃re non eſt ſimile uidere & ſumere hoc ſacramentū ¶ Quartum dubium eſt. utrum accedere ad hoc ſacramentū cum conſcientia peccati ſit grauiſſum omnium peccatorum Et quibuſdā uidetur ꝙ ſic primo quia glo. ſuper illud. i. cor. xi. c. Qui māducauerit etc. de indigne manducante ait. Ac ſic xp̃m occiderit punietur. Sed peccatū xp̃m occidentium uidetur fuiſſe grauiſſimum ergo & hoc peccatū. Scđo

UVA. BHSC. IyR_021

arguunt quia Hieronus dicit in q̃dã epistola. Quid tibi cũ femins qui ad altare cũ domino fabularis? Dic sacerdos Dic clerice q̃liter cũ eisdẽ labiis filiũ dei oscularis quibus osculatus es filiã meretricis. O Iuda osculo filiũ hois tradis. Ex qbus uerbis uidet q̃ fornicat accedens ad mensã xp̃i peccat sicut peccauit Iudas peccato enormi & grauissimo. Respondet tamen Tho. ubi supra q̃ aliqd̃ peccatũ potest dici grauius alio dupliciter. uno modo per se. alio modo p accidens. per se quidem secundũ ratiõem sue spẽi que attenditur ex parte obiecti & secundũ hoc q̃to id contra quod peccat est maius tanto peccatũ est grauius. & qa dignitas xp̃i est maior humanitate ipsius & ipsa humanitas est potior q̃ sacramẽta humanitatis. Inde est q̃ grauissima peccata sũt que cõmittunt in ipsam diuinitatem sicut est peccatũ infidelitatis & blasphemie. Secũdario autẽ sunt grauia peccata que cõmittunt in humanitatẽ christi. Tertio aũt loco sunt peccata que cõmittunt cõtra sacramenta que pertinent ad humanitatem xp̃i & post hoc sunt alia peccata contra puras creaturas. per accidens autem unum peccatũ est grauius alio ex parte peccãtis puta peccatum qd̃ est ex ignorantia uel ifirmitate leuius est peccato qd̃ est ex cõtemtu uel ex certa sciẽtia. Et eadẽ ratio est de aliis circũstãtiis. Secundũ hoc ergo cõicare in peccato mortali in quibusdã potest esse grauius sicut in his qui ex actuali cõtemptu in cõscientia peccati ad hoc sacramentum accedunt. In quibusdam uero minus graue puta in his q ex quodam timore ne deprehendant in peccato cum cõscientia peccati hoc sacramentũ suscipiant. Sic ergo patet q̃ hoc peccatum est multis aliis grauius secundũ suam speciem non tamen omniũ grauissimũ. Ad primum ergo dicendum. q̃ peccatum indigne sumentium hoc sacramentũ cõparatur peccato occidentium xp̃m secundũ similitudinem quia utrũq; cõmittitur cõtra corpus xp̃i nõ tamen secundum criminis q̃titatem. peccatũ enim occidentiũ xp̃m fuit multo grauius. Primo quidẽ qa illud peccatũ fuit cõtra corpus xp̃i in sua spẽ ppria hoc autem est contra corpus xp̃i in spẽ sacramenti. Secũdo quia illud peccatum pcessit ex intẽtione nocẽdi xp̃o nõ autem hoc peccatũ. Similiter fornicator accipiens corpus xp̃i cõparatur Iude osculãti xp̃m q̃ntum ad similitudinẽ criminis quia uterq; ex signo caritatis xp̃m offendit non tamen q̃ntum ad criminis q̃titatem. Hec tamẽ similitudo non minus cõpetit aliis peccatoribus q̃ fornicatoribus nam & per alia peccata mortalia agitur cõtra caritatẽ xp̃i cuius

UVA. BHSC. IyR_021

ſignum eſt hoc ſacramẽtum tanto magiſ q̃to peccata ſũt grauiora.
¶ Secundum quod tamẽ peccatum fornicatiõiſ magiſ reddit hoiem
in eptum ad perceptionem huiuſ ſacramenti in q̃ntum. ſ. per hoc
peccatum ſpiritus maxime carni ſubiicitur & ita impeditur feruor
dilectionis qui requiritur in hoc ſacramento. Pluſ tamen põderat
impedimentũ ipſius caritatiſ q̃ feruor eius ¶ Vnde etiam peccatum
infidelitatiſ qđ funditus ſeperat hominem ab eccleſie unitate ſim/
pliciter loquendo maxime hominẽ in eptũ reddit ad ſuſceptionem
huius ſacramẽti ¶ Vnde grauius peccat infidelis accipiens hoc ſacra/
mentum q̃ peccator fidelis & magiſ contemnit xp̃m ſecundũ q̃ eſt
ſub hoc ſacramento preſertim ſi non credat xp̃m uere ſub hoc ſa/
cramento eſſe qa q̃ntũ eſt in ſe diminuit ſanctitatẽ huius ſacramẽti
& uirtutem xp̃i operantis in hoc ſacramento q̃ eſt cõtẽnere ipſũ
ſacramentum in ſe ipſo ¶ Fidelis autem qui cum cõſcientia peccati
ſumit contemnit hoc ſacramentum non in ſeipſo ſed q̃tum ad uſum
indigne accipiens.

¶ De poteſtate cõſecrandi conceſſa ſacerdotibus rite ordinatis
ſcđm formã eccleſie qui ſoli cõficere poſſunt. ¶ Capitulũ. iii

OTertium miſterii qđ apoſtolus annotauit dicit cõſecratiõis
ibi. hoc facite in meam cõmemorationẽ ¶ In quibus uerbis
ſecũdum frañ. data fuit poteſtas cõſecrandi apoſtolis qui ut dictũ
eſt in precedentibus fuerũt tunc a xp̃o ordinati ſacerdotes ¶ Sed
hic quatuor dubia adhuc occurrũt apienda ¶ Primum utrũ angeli
habeant poteſtatem conſecrandi Et reſpõdet Alex. in. iiii. q̃ non
eo q̃ deus talem poteſtatem ipſis non dedit & hoc cõgrue ¶ Primo
quia uirtus tranſubſtãtiandi elementum in corpus xp̃i & ſãguinẽ
data eſt uerbo ſenſibili. unde cuius eſt pferre uerbum ſẽſibile eius
eſt miniſterialiter mediante uerbo tali Conſecrare ¶ Inquit enim
Auguſtinus. i. q. i. in. c. Detrahe. Accedit uerbum ad elementum
& fit ſacramentũ ¶ Secũda ratio eſt quia ſi ſacramẽta miniſtrarẽt
homini per angelos eſſet homo in ſua repatiõe ſubiectus angelece
nature & ſic nõ eſſet per xp̃m ſolũ reſtitutus in p̃ſtinã dignitatẽ
¶ Secũdum dubium utrũ aliquis non ſacerdos poſſit conſecrare ¶ Et
¶ Reſpondeo q̃ non Imo ſi omnes homines mundi non ſacerdotes
eſſent ſancti & iuſti & per annos & annos dicerent uerba cõſecra/
tionis ſuper debita materia cũ intentiõe cõſecrãdi nũq̃ cõſecrarẽt
¶ Ideo ſcribit de ſũma. tri. & fi. ca. c. i. Hoc utiq; ſacramentũ nemo
poteſt cõficere niſi ſacerdos qui rite fuerit ordinatus ſcđm claues

UVA. BHSC. IyR_021

ecclesie quas ipse cõcessit apostolis eorũq; successoribus Iesus xp̃s. Et ecclesia cãtat. Sic sacrificiũ istud instituit cuius officiũ cõmitti voluit solis presbiteris quibus sic congruit ut sumãt & dent ceteris. Et. xxv. di. in. c. Perlectis. dicit. Ad presbiterum pertinet sacramentũ corporis & sanguinis domini in altare dei cõficere. Tertiũ dubium est utrũ sacerdotes mali & peccatores possint consecrare. Et respõdet Boñ. in. iiii. di. xiii. q̃ sic. quia officiũ consecrandi nõ est ex ꝓpria sanctitate ut quidam heretici dñt sed ex autoritate. Tho. uero in. iii. parte. q. lxxxvii. ait. Non ex hoc ipso aliquis desinit esse minister xp̃i q̃ est malus quia dominus habet bonos & malos ministros qui cũ autoritatẽ habent cõsecrandi cõsecrare põt. Vnde Augustinus. i. q. i. c. Intra. ait. Intra catholicam ecclesiam in ministerio corporis & sãguinis domini nihil a bono minus nihil a malo minus perficitur sacerdote quia non in merito cõsecrantis sed in uerbo perficit creatoris & in uirtute spũs sancti. Ad idem est. c. Vt euidenter. c. Propheta. c. Cum scriptura. c. Multi secularium. &. c. Sacerdotes. Quartũ dubiũ. utrũ sacerdotes heretici scismatici excõicati uel degradati possint conficere. Et respondet Boñ. in. iiii. di. xiii. q̃ aliqui uoluerunt distinguere. q̃ sacerdotes mali quidã occulti sunt mali & tales possunt consecrare. Alii uero sũt manifeste mali & ab ecclesia precisi sicut heretici & alii p̃dicti & tales non põt & ad hoc allegant dictum Aug. i. q. i. c. Extra catho. Extra catholicam ecclesiã non est locus ueri sacrificii. Et Hieronus in. c. Odit. q dicit. Odit. dominus sacrificia hereticoꝝ & a se ꝓicit & quotiẽs in nomine eius cõgregati fuerint detestat fetorẽ eorũ & claudit nares suas. habẽt etiam ibi. c. Nõ oportet. Sed tamen posito ista falsa est ut patebit. Ideo dicendũ & melius q̃ sacerdotes õnes prenõinati cõsecrare põt qa potestas cõsecrãdi eucharistiã ut inqt Tho. & õnes theologi pertinet ad caracterem sacerdotalis ordinis. Caracter autẽ indelibilis est. Ideo dicendũ q̃ in sacramento duo attendũtur s. sacramẽti ueritas que cõsistit q̃tũ ad rem primã & sacramenti utilitas que cõsistit q̃tũ ad rem ultimã que est incorporatio uel unio q̃tum ad corpus mysticũ. si de ueritate sacramenti loq̃mur ueritas saluatur ubi ex parte ministri est ordo & intentio & uerbi ꝓlatio cum adest debitum elementũ. Si autem loq̃mur q̃ntum ad utilitatem dicendum q̃ sacerdos bonus cõficit ad utilitatẽ suã & assistẽtiũ. Malus occultus ad dãnum suũ tantũ. Nihilominus ad utilitatẽ assistẽtiũ q deuote audiũt missã.

UVA. BHSC. IyR_021

Sed preciſus & hereticus ad dānationē ſuam & omniū aſſiſtentiū. Quia ergo in p̄ciſis & hereticis manifeſtis priuatē ſacramentū oīm fructu q̄uis ſit ibi corpus xp̄i uerum ideo loquunt̄ ſacri canones ipſorū ſacrificia deteſtantes non ratione opati operis ſed damni. Ric. uero in. iiii. dicit q̄ prefatos ſacerdotes poſſe hoc ſacrificium conficere intelligit̄ dupliciter aut de iure aut de facto Primo mō nō omnis ſacerdos poteſt hoc ſacramentū cōficere quia nec irre/gularis nec ſuſpēſus nec iterdictus nec excōicatus nec ſciſmaticus nec hereticus nec degradatus hoc ſacramentū p̄ōt de iure cōficere quia cuilibet predictorum p̄hibitus eſt poteſtatis ſacerdotalis uſus ¶ Vnde conficiendo grauiſſime peccāt ¶ Secundo modo. ſ. de facto quilibet ipſorū poteſt ut predictum eſt Conſiderēt itaq; laici q̄ta eſt ſacerdotalis dignitas q̄ta ſacerdotibus eſt data poteſtas nō ſint ipſi ſacerdotū iudices & ex conſequēti ſacramentorū cōtemptores. De quo pleniuſ diximus in op̄e de uirtutibus ¶ Veneren̄t & colāt illos ut patres ut dominos & tāti ſacramenti miniſtros. Preparent ſe omnes cum omni humilitate & reuerētia ad ſacram cōionem de illorū manibus ſuſcipiendā. Ipſi uero ſacerdotes ſtudeāt p̄ uirtutibus nitorem mentis & anime cōſeruare uiuereq; munde & caſte ut ſic digne conficere poſſint & diſp̄ēſare fidelibus abſq; p̄prio detrimēto imo cum merito & benedictiōe dei ſacratiſſimum corpus filii eius domini noſtri Ieſu xp̄i Qui eſt benedictus & laudabilis per ſ̄finita ſeculorū ſecula. Amen.

¶ Feria quinta in cena dn̄i. De exēplis a xp̄o nobis exhibitis in quibus eū ſequi debemus & p̄cipue tp̄re ſacre eucharistie cōmunionis. ¶ Sermo. lxvi.

EXemplum enim dedi uobis ut quemadmodū ego feci ita & uos faciatis. Piiſſimi Ieſu uerba ſunt iſta Iohannis. xiii. c. & in euangelio hodierno ¶ Suſcepturi ſanctiſſimum ſacramentum hodierna die uel in p̄xima ſolēnitate paſcali diligēter ac ſolicite uigilare debemus ut ad illud accedamus cū omni mūditia puritate ac reuerētia Id autē facere poterimus ſi uoluerimus imitare exēpla uirtutum que docuit noſ ipſe xp̄s in ultima ſua cena. In illa nanq; docuit noſ omnes quod cōicando eſſemus facturi. Idcirco in p̄ſenti ſermone pro morali declaratiōe euangelii de exemplis moralibus ſpiritualiter in eo contentis & a domino Ieſu xp̄o nobis oblatis erimus tractaturi q̄n̄ ad illa xp̄s Ieſus noſ in uerbis in themate premiſſis inuitat. In quibus totū euangeliū hodiernū cōplectēdo

UVA. BHSC. IyR_021

ſeptem exẽpla deuotiſſima declarabimuſ¶Primũ dicit̃ memorãde mortalitatiſ¶Secundum conſumande caritatiſ¶Tertium tolerande aduerſitatiſ¶Quartũ cõtemnende ꝓſperitatiſ¶Quintũ obſeruande caſtitatiſ¶Sextum exercende humilitatiſ¶Septimum deſiderande felicitatiſ.

¶Qualiter xp̃ſ docuit noſ exemplo ſuo memoreſ eſſe mortiſ acerbiſſime q̃m pro nobiſ peccatoribuſ ex caritate & amore patientiſſime tolerauit. ¶Capitulũ. I.

PRimũ exemplũ qđ xp̃ſ noobiſ exhibuit dicit̃ memorande mortalitatiſ. Ipſe etenim memor erat mortiſ ſue qđ euan/geliſta expremit.d. Ante diem feſtum paſce ſcienſ Ieſuſ quia uenit hora eiuſ ut tranſeat ex hoc mũdo ad patrem¶Pro quoꝝ uerboꝝ declaratione tria ſunt notanda¶Primum qđ per hoc nomẽ paſca intelligat̃ Et ad hoc ſic dicit Auguſtinuſ ſuꝑ Iohanniſ. Paſca nõ ſicut quidam eſtimãt grecũ nomẽ eſt ſed hebreũ. Oportuniſſime tamen occurrit in hoc nomine quedã cõgruẽtia utrarũq; linguaꝝ ¶Quia enim pati grece paſchi dicit̃ ideo paſca paſſio putata eſt uel hoc nomen a paſſione ſic appellatum¶In ſua uero lingua hoc eſt in hebrea paſca trãſituſ dicit̃ ꝓpterea ꝙ tũc primũ paſca celebra/uit populuſ dei quando ex egypto fugienſ rubrũ mare ꝓtranſiuit Secundũ autẽ Nicolauũ de lira dicebatur paſca iudeorũ trãſituſ eo ꝙ tunc angeluſ tranſiit per egyptum interficienſ primogenita egyptiorũ & filioſ iſrahl ſaluãſ. Secundũ notãdũ ꝙ paſcale feſtũ apud iudeoſ incipiebat a ueſpa diei ꝛ qua luna erat.xiiii. Dieſ aũt feſtiuuſ apud eoſincipit a ueſpa uniuſ diei & durat uſq; ad ueſperã ſequentiſ diei. Vnde Leui.xxiii.c. dicitur a deo. A ueſpe uſq; ad ueſperum celebrabitiſ ſabata ueſtra Et ſic dieſ paſce ſolemniſ erat luna.xv¶Propter quod eundem diem quem Iohanniſ. nominat Ante diem feſtum paſce propter naturalem diſtinctionẽ dierum Marcuſ nominat primũ diem azimorũ quia a ueſpe precedentiſ diei incipiebant cõmedere azima. Quare ſecundũ Hiero. omneſq; theologoſ di.xi. q̃rti tenendũ eſt ꝙ Ieſuſ fecit cenam luna.xiiii. & paſſuſ eſt luna exiſtente.xv¶Tertium notandum ꝙ ſicut xp̃ſ recordabat̃ mortiſ de ꝓximo ſibi imminẽtiſ ita & qui uult cõtcare mortem xp̃i ad ſuã mentẽ reuocare debet¶Hoc docuit apoſtoluſ cum.d.i.Cor.xi. Quotiẽſ cũq; manducabitiſ panẽ hunc & calicẽ bibetiſ mortem domini annũcciabitiſ donec ueniat.

UVA. BHSC. IyR_021

¶ Qualiter xp̄s nos docuit exemplo suo ut memores simus immense caritatis sue qua nos dilexit. ¶ Capitulum. ii.

Secundum exemplum qđ docuit nos xp̄s dicitur cōsumāde caritatis de quo euangelista scribit. Cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. i. scđm glo. maiora signa dilectionis ostendit. Dilexit nanq; dñs seruos suos iustos & sanctos reos & peccatores p eis patiendo & moriendo. Ob qđ Hieronus ad Damasum papam de filio pdigo ait. Que maior pōt esse clemētia q̄ ut dei filius hominis putaret decē mensiū fastidia sustineret partus expectaret aduentū per singulas adolesceret etates & post contumelias uocū alaphas & flagella crucis pro nobis fieret maledictus ut nos a maledicto leges absolueret. Et apostolus Ro. v. inquit Cōmendat suam caritatē deus in nobis quoniā cum adhuc peccatores essemus xp̄s p nobis mortuus est Si ergo xp̄s tm̄ dilexit nos ut sanguinem suum & uitam daret p nobis nos debemus & illū diligere ac p eius amore p̄ximorū cdia deponere. An nō heretici uel ingrati habendi sunt illi qui xp̄m nō diligunt pro quibus mori dignatus est. Propterea scribitur sic de cōse. di. ii. in. c. Iteratur. Semper xp̄i mors per seculi uitam posteris est nuntiāda ut discāt q̄ caritate dilexit suos q pro eis mori dignatus est. Cui omnes uicē debemus repēdere caritatis qa ad hoc prior dilexit nos cū essemus gehenne filii ut eū diligeremus a morte iam liberati Et Cassionus in libro de dilectione dei ait alloqñs animam sic. Audi anima mea & auribus percipe diuinā clementiam ¶ Quis abissū tam in effabilis gratie cōsiderauit qs de fōte tāte dulcedinis gustauit & nō amauit. Quare non diffūdis in deum uniuersos affectos quos dirigis ad uanitates & insanias falsas Cur queso diligis aliqd preter illū qui tam benigne tā misericorditer a tot miseriis te redemit. Iugi scrutinio & assidua meditatiōe reuolue qualiter unigenitus dei patris cū eēt splendor & figura substantie eius post exinationem usq; ad formā serui post lacrimas post labores post sudores post contumelias post flagella post sputa post luores post coronā spineā pro te affixus in cruce qñq; pependit. Manus eleuabat ad patrem in sacrificium uespertinū ut te ad amplexus amicabiles iuitaret Vide anima mea ne in grata sis in tanto cumulo beneficiorū. In gratidudo enim est peremtoria salutis. hec ille Quando ergo xp̄s cōspicit hominem q̄ nō diligit cōqueritē de illo ut Augustinus inquid in libro cōtra. v. hereses. d. Cum essem unicus patris mei reconciliatu te. cum inter

UVA. BHSC. IyR_021

mōtes & siluas errares quesiui te. humeris meis portaui te. laborauī sudaui caput meū spinis appositi. manus meas & pedes clauis abiecī lancea latus meum aperuī ut te mihi copularē & tu diuideris a me.

¶ Qualiter xp̄s nos exēplo suo docuit aduersa libenti animo to/lerare & intribulationibus esse patientes ¶ Capitulū. iii.

QVartum exemplum quod nobis xp̄s dedit dicitur tolerande aduersitatis. Tolerauit enim Iudam p̄ditorem suum equo & patienti animo quem in cena retinuit cōicauitq; eum cum aliis discipulis re eius peccatū occultū faceret manifestū ut hēē. i. q. i. in. c. Xp̄s Et hoc euangelista exp̄ssit cum dixit. Et cena facta. s. quātum ad esum agni paschalis non tamen cōpleta quātum ad alia cibaria. Sequitur cum diabolus iam misisset in cor ut traderet eum Iudas symonis scarioth. s. secundū Nicolaū de lira qa die p̄cedēti eum uendiderat suggestione diabuli hanc p̄ditionem in cor ipsius mittentis. Sequitur textus. Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus & quia a deo exiuit & ad deum uadit. Que uerba exponēs Gregorius. iii. mor. ait. Sciebat enim q̄ in manu sua ipsos etiam persecutores acceperat ut ipse in se ad usum pietatis intorqueret quicqd eorū cōtra se malitia p̄missa seuiret. O quāta erat patiētia & longanimitas benedicti Iesu xp̄i quādo in cena illa respiciebat p̄ditorem uidebatq; cor eius malignū & tamen non eiiciebat eum non ostendebat sibi turbulentam faciem nō inferebat cōtumelias illi & conuitia. sed modis omnibus mansuetissimis q̄ntum in se erat querebat reuocare illum a cogitatu maligno. O patientia inuic/tissimi xp̄i Iesu bn̄dicti. Hāc docuit nos uerbo cū dixit Luce. xxi. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Et Mathei. v. Beati qui persecutionem patiunt p̄pter iustitiā quoniā ipsorū est regnū celorū. De patientie autē laudibus multa dicta sūt a nobis in opere de uirtutibus ideo pauca hec sufficiant.

¶ Qualiter xp̄s nos exēplo suo docuit contēnere p̄spera mūdi huius & ne in illis uidutiam habeamus. ¶ Capitulū. iiii.

QVartum exemplum quod xp̄s nobis dedit fuit cōtēnende p̄spiritatis. De quo Euangelista scribit. Surgit a cena & ponit uestimenta sua. i. deponit per hoc innuens deponendū esse omnem seculi huius affectum neq; cōfidendū esse in bonis presēntis uite Quod Hieronus dixit sic scribēs in epistula ad Exuperantiū. Si fieri potest imitare Ioseph Et egyptie domine palliū derelinq; nudus xp̄m nudum sequere. nec solum a christo eiusq; sanctis uer-

UVA. BHSC. IyR_021

etiã a gẽtilibuſ ſepe monemor ut huiuſ uite gaudia puipendamuſ reſpuamuſq; omnia bona eiuſ. Vnde & Seneca ad Lucillum ait. Noli huic tranquilitati confidere Et iterũ ad eunndem. Clamo. uitate que uulgo placẽt que cauſaſ ad omne fortuitũ bonũ ſuſpi/ ciioſi pauidiq; ſubſiſtite. Et fera & piſciſ ſepe aliqua oblectatione pecipitur munera iſta fortune putatiſ inſidie ſũt. Quiſquiſ ueſtrũ tutam agere uitam uolet iſta uiſcata bñfitia deuitet quãplurimũ in quibuſ hoc quoq; miſerrimi fallimor. quod dũ habere putamuſ in precipitia curſuſ iſte deducit & huiuſ eminentiſ uite exituſ ca/ dere eſt.

¶ Qualiter xp̃ſ exemplo ſuo noſ docuit obſeruare & cuſtodire ſibi ualde acceptam uirtutem caſtitatiſ. ¶ Capitulũ. v.

QVintũ exemplũ a xp̃o nobiſ datũ fuit obzuẽde caſtitatiſ, Quod euangeliſta explicauit cum dixit. Et cum accepiſſet linteũ precinxit ſe. Noſ etiã lumboſ precinctoſ habere debemuſ ſecundum illud Luce. xii. Sint lumbi ueſtri precincti que uerba exponenſ Gregoriuſ in omelia ait. Lũboſ enim precingimoſ cum carniſ luxuriã per cõtinentiã coartamuſ. Sed ut dicit Auguſtinuſ quem allegauimuſ in ſermone de luxuria. Inter omnia xp̃anorũ certamia duriora ſũt prelia caſtitatiſ i q̃buſ quottidiana eſt pugna & rara victoria O q̃ta multitudo damnatur ꝓpter uitia carniſ: ecquiſ explicet quot ſũt illi qui ut pſiſtãt in miſeriſ & turpitudine confiteri & cõcare poſtponũt. Quiſ etiã enumeret quot ſueniũt̃ qui poſt perpetrata nefandiſſima & fetidiſſima peccata carnalia preuerecũdia illa non confitent̃ & ſine uera emendatiõe cõſcientie accedunt ad ſacrã cõmunionẽ O infelix cõditio taliũ ſic fatiẽtiũ qui uiditium dei manducant & bibunt.

¶ Qualiter xp̃ſ exemplo ſuo noſ docuit ut humilitatiſ exercitia non recuſemuſ. ¶ Capitulũ. vi.

STextum exemplũ quod xp̃ſ nobiſ tribuit dicitur exercẽde humilitatiſ. de quo euangeliſta ſubdit Deinde miſit aquam in peluim & cepit lauare pedeſ diſcipulorũ & ex. l. quo. e. p. O q̃d erat uidere regem angelorũ & dominum celi & terre genuflexum ante pedeſ diſcipulorum & manibuſ ꝓpriſ cõtrectantẽ & lauan/ tem pedeſ illoſ ſordidoſ & lutoſoſ. Interroga eum anima mea & dic illi. Cur o bone Ieſu tantum te humiliaſ ut defatigatuſ & made/ factuſ ſudore pedeſ diſcipuliſ tuiſ laueſ? Et reſpondebit ibi ꝓtinuſ. O anima mea. Charitaſ que me traxit uſq; ad. exinanitionem uſq;

UVA. BHSC. IyR_021

ad formã ſerui. ipſa me ſic humiliare cõpellit. Quinimo & maiora humilitatiſ officia ſuſcipere coget cum die craſtina crucifixuſ & nuduſ cũ latronibuſ deputabor. Sed diſcite a me omneſ quia mitiſ ſum & humiliſ corde.

¶ Qualiter xp̃ſ exemplo ſuo noſ docuit ut deſideremuſ ſuperna felicitatem. ¶ Capitulum. VII.

SEptimum exemplum quod xp̃ſ nobiſ dedit dicit̃ deſiderãde felicitatiſ quia Petrũ induxit ut deſideraret habere partẽ ſecum. Dicit ergo Io. Venit ergo ad Symonem Petrũ. Et dixit ei Petruſ domine. tu mihi lauaſ pedeſ? In paſſu hoc dubitare ſolent quidã. Verum xp̃ſ lauerit pedeſ diſcipulorum aliorũ priuſq̃ Petri. Et Origeñ. dicit q̃ ſic. quia incepit lauare a minoribuſ. ſed Non uidetur ueriſimile ut dicit Nicolauſ de lira Si tranſiſſet per omneſ aliоſ quin aliquiſ eorum uel plureſ recuſaſſent hãc lotionem ſicut & Petruſ. Et ideo alii doctoreſ dicunt q̃ primo uenit ad Petrum ꝓpter quod alii diſcipuli audita reprehenſione Petri non fuerunt auſi ultra iam recuſare. q̃ ergo euãgeliſta dicit. Cepit lauare etc. & poſtea ſubdit. Venit ergo ad Symonem. non eſt per hoc intel/ligendum q̃ aliоſ lauerit ante ipſum ſed euangeliſta priuſ dixit factum ſ generali poſtea explicat modum in particulari incipiẽſ a Petro qui dixit. Domine tu mihi lauaſ pedeſ? .i. uiſ lauare mihi peccatori? tu qui eſ filiuſ dei. q̃ſi dicat. nullo modo decet. Simile uerbum dixit in principio ſue cõuerſiõiſ Luce. V. Exi a me dñe quia homo peccator ſum. Reſpondit Ieſuſ & dixit ei Quod ego facio tu neſciſ modo ſciens autem poſtea. ſ. ſecundum Cri. humili/tatẽ huiuſ doctrine. Et quomodo humilitaſ ſufficit in deũ ducere. Dicit ei Petruſ Non. l. m. p. ſ. e. i. nunq̃ ſecundum Auguſtinum ac ſi diceret. Nunq̃ ſuſtinebo ut tu laueſ pedeſ meoſ & ſecundum Nicolaum de lira licet Petruſ hoc faceret bono zelo tamen indiſ/crete hoc faciebat quia cum xp̃ſ non poſſet errare non debebat uoluntati eiuſ aliquo modo reſiſtere. Idcirco reſpondit ei Ieſuſ. Si non lauero te non habebiſ partem mecũ. quod moraliter & littera/liter intelligi poteſt. Moraliter quippe intelligendo nulluſ poteſt habere partem cum xp̃o in gloria celeſti niſi lotuſ fuerit a macula peccati. Iuxta illud Apoc. xxi. Non intrabit in ea aliquid coin/quinatum. Si autem intelligatur de lotione corporali litteraliter tunc ſecundum Origeñ. dubium eſt quomõ ille qui ob reuerentiã Ieſu non permittebat lauare pedeſ ſuoſ non habebit partem cum

UVA. BHSC. IyR_021

filio dei. Et respondet Nicolaus de lira q̄ sicut aliquid est illicitū non ex sui natura sed tantum quia ꝓhibitū ut patet de ligno uite primo penti ita similiter aliquid est necessarium ad salutem nō ex sui natura sed ꝓpter preceptū dei uel prelati & sic erat in ꝓposito. Ex quo enī xp̄s uolebat simpliciter hoc facere Petrus de necessitate salutis tenebatur hoc sustinere. Sed cū a xp̄o fuit reꝓhensus respondit. Domine nō tantū pedes meos sed & manus & caput q̄si dicat prius sustinerem a te per totum corpus lauari q̄ a te seperari quia q̄uis esset durum sibi ut magister suus ei seruiret tñ grauius illi erat ab ipso seperari. Vnde dicitur in itenerario Clementis. q̄ quādocūq; Petrus memor erat dulcissime societatis xp̄i resoluebat in lacrimas ita q̄ facies eius adusta uidebatur ex frequenti lacrimarum fluxu. Dixit ei Ihesus qui. l. ē. s. per baptismum non. i. ni. ut. pe. lauet. i. affectus qa ut dicit Augustinus in expositiōe huius passus. Si aliquis baptizatus statim moriatur euolat ad patriā nec indiget aliqua alia lotiōe. sed si superuiuat indiget lotione pedū. i. affectionum mentis Subdit adhuc xp̄s Vos. m. e. sed nō omnes. Vbi. Augustinus hoc quid sit ne quereremus ipse euangelista patefecit adiungens. Sciebat enim quisnā esset qui. t. e. Et Origen. Quod ergo dicit. Vos mundi estis refertur ad. xi. qđ uero subdit sed non omnes dicit ꝓpter Iudam existentem in mundum Seqt euangelista. Postq̄ ergo lauit pedes discipulorum suorum accepit uestimenta sua & cū recubuisset iterū dixit eis. Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magister & domine sū etenim. Si ergo laui pedes. u. ego. d. &. m. &. u. d. al. al. la. pe. Idem pietatis benignitatis & humilitatis obsequia inuicem exhibere. quoniā hec est uia per quam acquiritur beata uita Ergo ut sacra cōio nobis ꝓficiat demus operam ut in his septem premissis exemplis imitemur dñm Ihesum xp̄m ut sic tandem admittamur ad cenam illam magnam i qua omnes electi pascuntur reficiunt̄q; beata uisione dei qui est benedictus in secula seculorum Amen.

Feria. v. in cena domini de celebratiōe misse ac eius significatione nec non & illius auditione. Sermo. lxvii.

Sacrificate sacrificiū iustitie & sperate in domino. Illūinati ꝓphete uerba sunt ista psalmo. iiii. possēt ac debent omnes fideles sperare uberem fructum se forte suscepturos ex frequenti oblatione sacrificii inmaculati dei nostri Ihesu christi qui quotiēscūq; misse debite celebrantur offertur pro uiuis atq; defunctis.

UVA. BHSC. IyR_021

Et licet nō omneſ eſſe poſſit parati ſēper & quottidie ſanctiſſimū ſacramentum ſuſcipere uerū tamen non priuātur ſuauiſſimo eiuſ fructu cum aſſiſtunt fideliter & deuote quando a ſacerdotibuſ cō/ ſecratur ¶Vnde Auguſtinuſ de conſe. di. ii. in. Ca. Vt quit ait. ¶Vt quit paraſ dentem aut uentrē? Crede & manducaſti. Quoniā autem pleriq; cor habenteſ auidum & in deuotum negligenter ſuo tempore ad miſſaſ audiendaſ conueniunt aut illaſ audiunt minuſ reuerenter. Id circo in hoc ſermone de miſſa loquamur ad quam noſ inuitat ꝓpheta in uerbiſ ꝓpoſitiſ exhortanſ etiam eoſ qui nō ſūt ſacerdoteſ ut uelint adeſſe in celebratione tanti myſterii ſpāteſ ob id cōſequi copioſa munera gratie dei de miſſa itaq; tracturi tria myſteria principalia declarabimuſ ¶Primū erit de celebratione. ¶Secundum de ſignificatione ¶Tertium de auditione.

¶Quod triplex regula eſt obſeruanda in celebratione miſſe ſcilicet loci temporiſ & modi. ¶Capitulum. I.

PRimum myſterium de miſſa declarandum eſt de eiuſ cele/ bratione. Nam licet ut ait Vgo li. de ſacramentiſ. Miſſa nil aliud eſt q̄ conſecratio euchariſtie que ideo dicitur miſſa quia mittitur hoſtia uel oblatio ¶Vel ſicut dicit magiſter di. xiii. q̄rti. Miſſa dicitur quia mittitur celeſtiſ miſſuſ qui ut exponit Inno. ē magni conſilii angeluſ ¶Iſte inqua mittitur ad conſecrandum quia ille eſt ſacerdoſ imuiſibiliſ dominuſ Ieſuſ xp̄ſ qui conſecrat & con/ ficit hoc ſacramentum ubicūq; conficiatur ¶Vel dicitur Miſſa qa populuſ fideliſ per miniſteriū ſacerdotiſ preceſ & uota & oblatiōeſ deo mittit ¶Tamen celebranda eſt cū obſeruatione triplicis regule ¶Prima eſt loci. Secūda temporiſ ¶Tertia modi ¶Prima regula ob/ ſeruāda in celebratione miſſe eſt loci ¶Vt enim inquit Ric. in. iiii. di. xiii. Comuniter nō licet miſſam celebrare in loco non ſacro qa ſic iſtituit eccia ut patet de cōſe. di. c. Sicut. c. miſſarū. c. Hic ergo &. c. Nulluſ preſbyter. Cuiuſ inſtitutionis ratio fuit. quia in ſacra/ mento altariſ quod in miſſa conſecratur cōtinetur ille qui eſt ſūme ſanctuſ & totiuſ noſtre ſanitatiſ cauſa effectiue in quātum deuſ & meritorie inquantum ho. In caſu tamen magne neceſſitatiſ per/ mittunt iura celebrari in loco nō ſacro ſi tamē tabula ſit cōſecrata ceteraq; ſancta myſteria ad illud officiū pertinentia ibi affuerint. ſicut cū eccleſie pure fuerint ſcenſe uel cū homineſ eſſent in itinere uel cū adeſſet alia aliqua legittima & racionabiliſ cauſa in quibuſ caſibuſ cum licentia Epiſcopi celebrare licet in loco non Sacro.

UVA. BHSC. IyR_021

nouem assotiemur ordnibus angelorum Post hoc subiungit Gloria in excelsis deo ad representandū hymnum quē angeli pastoribus nato domino concinerūt quē sacerdos inchoat quia angelū magni cōsilii representat. Et chorus cō. mendo ꝓsequit. quia subito facta ē cum angelo multitudo militie celestis laudantium etc. Orationes autem que subsequūt representant orationes quas xp̄s post suam natiuitatem fecit ꝓ populo. Epistola que premittitur euangelio significat predicationem precursoris baptiste. Graduale significat lamentū pnie quia Io. penitentiā predicabat. Et quia post luctū sequitur cōsolatio iuxta illud Matthei. v. Beati qui lugēt qm̄ etc. Ideo post graduale cantatur Alleluia quod significat in effabile gaudium angelorū & hominū in eterna felicitate laudantiū deū. Diaconus suscipiens codicem euangelii benedictionem a sacerdote postulat ad significandum ꝙ nullus debet predicare nisi mittat. Lectio enim euangelii predicationē xp̄i significat. Et debet legi in loco magis eminenti q̄ epistola iuxta illud. Iuxta montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. & quia corde creditur ad iustitiam. ore autem confessio fit ad salutem ut ostendat ecclesia ꝙ euangelii uerbū corde recipit mox post euangeliū fidei symbolum ore decantat. Quod tamē sacerdos incipit ut significet ꝙ xp̄s ore ꝓprio xp̄ianam fidem docuit. Offertoriū quod cantat significat sacerdotem oblaturum sacrificium laudis. qui anteq̄ dicat oremus premittit dominus uobiscum ad significandum qui nisi dominus sit nobiscum ad salutē nostrā orare nō possumus. Secūdo significant in missa quedā pertinentia ad xp̄i passionē. Nam post offertoriū fit silentium & dicuntur oratiooes tacite ad representandum illud tēpus quo xp̄s nō ambulabat palā inter iudeos cū eum interficere cogitarent quia tamē apropinquāte passione iterū palā ambulauit ad hoc significādum exclamat sacerdos per omnia secula seculoꝝ. Prefatio autem est quedam gratiaꝝ actio & diuine laudis cōfessio representans illam gratiaꝝ actionē quam sancti reddūt xp̄o i celo Sanctus representat laudem quam sibi cecinerunt pueri hebreorū in dominica palmarum. Eleuatio corporis xp̄i representat eleuationem xp̄i in cruce. demissio depositionē eius de cruce. posito sup palam inuolutionem in syndone munda. pala enim syndonem representat. Ideo dicitur de conse. di. i. c. Consulto. Consulto omniū constituimus ut sacrificium altaris non in serico panno aut tincto

UVA. BHSC. IyR_021

quisq̃ celebrare p̃sumat. sed in puro linthEo ab episcopo cõsecrato terreno. s. lino pcreato atq; cõtexto sicut corpus domini nostri Iesu xp̃i in syndone linea munda sepultũ fuit. hec ibi. Cũ aũt sacerdos dicit. Nobis quoq; peccatoribus represẽtat cõtritionẽ & cõfessionẽ latronis alterum increpantis & misericordiã petentis eo q̃ Cẽturio & qui cum eo erant reuertebanẽ percutientes pectora sua. Quãdo sacerdos exclamans dicit. Pater noster etc. reductio est ad memoriam illius clamoris quẽ emisit xp̃s in hora mortis. d. Pater ñ m. etc. Altare crucẽ significat. Calix sepulcr̃ Patena lapidẽ quo sepulcr̃ fuit clausum. Tertio significãt in missa quedam pertinẽtia ad xp̃i resurrectionẽ. Nam cum sacerdos dicit. Pax domini etc. insinuat & una sabatorũ stetit Iesus in medio discipulorũ suorũ & dixit eis Pax uobis. Et quia tunc dedit eis potestatem remittendi peccata. Ideo chorus exclamat. Agnus dei. etc. Quod ter repetitur ad significandum q̃ petimus nobis dimitti peccata cogitationis locutiõis & operatiõis per quorum remissionem ueniemus ad eternã pacem. Post cõio significat gaudium apostolorum de xp̃i resurrectione. Ite missa est representat illud quod dictum est apostolis post ascẽsionem in celum. s. hic Iesus qui assumtus est etc. Deo gratias rep̃sentat apostolos regressos in Hierusalem cum gaudio magno unanimiter perseuerantes in oratione. Significant etiam q̃ ꝑ bñficio redemptionis nostre cuius mysteriũ representãt in missa debemus esse in cõtinua gratiarũ actione. Si qs uero quereret cur nõ dicit. Ite missa est in qualibet missa. Respondet Boñ. di. xiii. quarti in declaratiõe littere. q̃ quedã misse celebrant specialiter ad honorẽ sanctorum & quia ipsi sunt beati & coram deo ideo in talibus lniat populus & dicitur ite etc. quasi festinati ingredi in illam requiem. Quedam misse specialiter celebrant ad salutem uiuor̃. Et quia nõ sumus certi de salute nostra ideo debemus continue soliciti esse ut per nostram ignauiam in nobis misse efficatia depereat. Ideo dicit in missa benedicamus domino. Quedam misse specialiter dicũt ad requiem defunctorum & in illis dicit. Requiescant in pace. Si aũt adhuc aliquis quereret. qs adinuenit ritum celebrãdi missam cũ tot cõditionibus. audiat Rich. d. in declaratione littere di. xiii. q̃rti. Missam beatus Petrus apostolus primus omnium Antiochie dicit celebrasse secundũ q̃ dicit Vgo. li. ii. de sacramẽtis parte. viii. c. ultimo. & de cõse. di. i. c. Iacobus dicit. Iacobus frater domini sc̃m

UVA. BHSC. IyR_021

carnem. cui primū credita est Hierosolimitana ecclesia & Basilius cesarien. episcopus tradiderunt nobis misse celebrationem. i. misse celebrande ordinē secundū glo. ibidem. Et post alii alia addiderūt ad solemnitatem & decorem ut habet di. xi. c. Ecclesiastica.

¶ An sit melior missa sacerdotis boni q̄ mali & an sit de obligatione audire missā & q̄liter missa sit audiēda hūiliter reuerēter & deuote.

¶ Capitulum. iii.

TErtium mysterium declarandum de missa dicit auditio in quo cōsiderabimus adhuc tria uidelicet ¶ Primo melioratio/nem. Secundo obligationē ¶ Tertio deuotionē ¶ Primo cōsideremus melioratione. Vtrum melior sit missa boni sacerdotis q̄ mali. Et quibusdam uidet q̄ nō ꝓpter uerba Gregorii. qui in registro ait. Hei in q̄ magnum laqueū incidunt qui diuina & occulta mysteria plus ab aliis sanctificata fieri posse credūt cum unus idem spiritus sāctus ea mysteria occulte atq; inuisibiliter operando sanctificet. Sed in contrarium est illud quod scribit. i. q. i. c. Ipsi sacerdotes. ubi sic habetur. Quāto sacerdotes fuerint digniores tanto facilius in necessitatibus ꝓ quibus clamat exaudiunt. Ad idē facit. c. Ibidē sacerdotes. & .c. Sacrosācta. Respōdet Tho. iii. parte. q. lxxxii. q̄ in missa duo sūt considerāda. s. ipsū sacramentū qd̄ est p̄ncipale. & orationes que in missa fiunt pro uiuis & mortuis. Quātum ergo ad sacramentum non minus ualet missa mali sacerdotis q̄ boni quia utrobiq; idē conficit sacramentū. Ad qd̄ facit. c. Cū scriptura. i. q. i. &. c. Significasti &. c. Nō q̄les. &. c. Dominus. &. c. Nō nocet. De oratione autem que fit in missa dicendum q̄ potest considerari dupliciter. uno modo in q̄tū habet efficaciā ex deuotiōe sacerdotis orantis & sic non est dubium q̄ missa melioris sacerdotis est magis fructuosa. Alio modo oratio potest considerari in q̄tum ꝓfertur a sacerdote in persona totius ecclesie cuius sacerdos est minister quod quidem ministerium etiam in peccatoribus manet. Vnde quantū ad hoc est fructuosa nō solum oratio sacerdotis peccatoris & missa sed etiā omnes alie eius orationes quas facit in ecclesiasticis officiis i quibus gerit personam ecclesie. Orationes tamen eius priuate non sunt fructuose Gregorius ergo loquitur de ueritate sacramēti in auctoritate pre allegata ad partem contrariā. Ex quo Bon. dicit. Si quis libentius audiat missam melioris sacerdotis credo q̄ bñ facit dum tamē credat ipsū in substātialibus nō ꝰpexcedere peccatorē

UVA. BHSC. IyR_021

alioquin periculose erraret. Secúdo cósideremus misse obligationẽ de qua sic loquit̃. c. Missas de conse. di. 1. Missas die dominico se/ cularibus audire totas speciali ordíe p̃cipimus ita ut ãte bñedicti/ onem sacerdotis egredi populus nó p̃sumat. Vbi circa tria dubitare contingit. Primo utrú clerici teneant̃ & religiosi seruare hoc sta/ tutum quia dicitur secularibus Et respondet Io. andree in rosario super dicto. c. Quod si ad hoc tenent̃ laici multo magis & clerici q totaliter dediti sunt diuino cultui ut patet. xii. q. 1. c. Duo suo sũt genera. Secúdo dubitat̃ utrum eadem sit obligatio audire missam alis diebus festiuis que & diebus dominicis Et dicendum q̃ sic quia de similibus idem est iudicium. Nam statutum de auditione misse factum fuit ut saltem pro illo tempore uacaretur diuinis. Ex quo precipit̃ q̃ tota missa audiat̃ ut patet in preallegato. c. Missas. & in. c. Omnes fideles. & in. c. Cum ad celebrandas. Sed alia festa ab ecclesia precepta sũt superaddita diebus dominicis ut in illis uacet̃ diuinis. Ideo populus in illis festis p̃dictis audire missas tenet̃ Et hoc colligit̃ ex his que dicunt̃ extra de prochis in. c. Vt dñicis diebus & festiuis. Tertio contingit dubitare. utr̃ peccet q nó audit missã a ꝓprio ꝓchiano. Et dicũt cóiter doc. q̃ non dúmodo non fiat ex contẽptu & ꝓprius sacerdos nó requirat q si reqreret idiscrete & in debite non esset audiendus puta si reqreret ipediẽs deuotionẽ & salutẽ ꝓchianor̃ puta si requireret aliquẽ ꝓchianũ ut audiret missam suam dum ille uellet pegrinari uel p̃ implendo aliquo uoto uel p̃ consequenda aliqua in dulgentia. Nam requisitio sacerdotis in tali casu irrationabilis esset & iniusta. Similiter etiã cũ populus ire uellet ad audiendum uerbũ dei ab aliquo illud predicante qui auctoritatem habeat predicandi sicut habere solẽt religiosi men/ dicantes iniquũ ꝑculdubio esset si sacerdotes astringere uellẽt suos subditos ut omisso uerbo dei missas audiret in pochia in quo etiam casu subditi ei nó obedientes meo iudicio nó peccãt quia ut inquit Ber. i li. de precepti6e & dispensati6e. Iniquũ ꝑculdubio foret si ea que sunt p̃ sola caritate instituta contra caritatem tenerent̃ Sed obseruare statutũ de auditione misse in ꝓpria pochia est institutũ p̃ caritate ergo nó debet seruari contra caritatẽ. Esset aũt cõtra caritaẽ si populus cõis impediret̃ ne posset cibari & recreari spũali doctrina. & maxie qa ut in pluribus ipsi curati & pochiani aut nó p̃dicãt aut p̃dicare nesciũt. Et tñ ut diximus i sermõe de uerbo dei

UVA. BHSC. IyR_021

& habetur extra de officio iudicis ordinarii. c. Inter cetera. Inter cetera que ad salutem spectant populi xp̃iani pabulum uerbi dei maxime nosce necessariu quia sicut corpus materiali sic aia spuali cibo nutritur. Si ergo necessitas corporalis aut tẽporalis excusat a peccato non audientes simpliciter missam & ex consequenti si illa nó audiat in pochia multo fortius necessitas spualis excusabit que ut dictu est iest populo cóis ad audiendu uerbu dei Hortadi tamẽ sut omnes tam uiri q̃ mulieres ut suos pochianos reuereanc cósue/tasq; faciant oblationes & cum eoru benedictióe se transferat cum adest legittima causa ad missas alibi audiendu imo laudarem si ipi patres sacerdotes cum predcac uerbum dei ab aliquo famoso uiro surgerent bono mane & celebrata missa populos suos admonerent ut confluerent ad predicatióes ipiq; p bono exemplo una cu illis idem facerent qm ut dictum est facis indigent seculares dirigi per uerbum dei in uiam salutis. Tertio consideremus misse deuotionẽ. Audienda etenim est humiliter reuerenter ac deuote. Sunt tamẽ multi qui dum missa celebrac ponut se ppe os sacerdotis/piciẽtes si de illo passeres exeãt ac muisce Alii sacerdotẽ preueniut fortiter clamantes. Gloria in excelsis. Credo & similia. Nam dum sacerdos facit pausam post q̃ dixit uisibilium & inuisibilium anteq̃ sequac. Et in unum dominu Iesu xp̃m & illi submurmurantes dicut. Et in unum dominu etc. Multi adhuc nó curat audire ea que sacerdos in missa dicit sed suas oratióes & officia genuflexi dicut qui tamen q̃ diu sacerdos alte loquitur aut cãtat astare debẽt misse cu silẽtio & intente audire ut dicit de conse. di. 1. in. c. Apca. Quando uero sacerdos secretas orationes & canonem dicit tũc possut & ipsi dicere orationes & orare non tamen cum strepitu faciendo pis. pis. pis. & turbando mentẽ sacerdotis. Pleriq; etiã uolunt audire missas q̃sdã peculiares omissa ppria missa diei dominici aut festi precepti qui si scienter id faciũt non excusant a peccato nisi audiat missã ppriã. Vnde dicit extra de cele. mis. c. Quidam. Quidam laicoru habent in cósuetudine ut per singulos dies audiant euãgelium. In ꝓncipio erat uerbu & missas peculiares hoc est de sãcta trinitate & de sãcto Michaele. & ideo statutu est ut ulterius hoc nó fiat nisi suo tẽpore & nisi aliquis uelit ꝓpter reuerentiam sancte trinitatis non p alia deuotione audire. Sed si uoluerint ut misse sibi cantent de eodẽ die missas audiant pro salute uiuorum ac etiam defunctorum. hec ibi.

UVA. BHSC. IyR_021

Quare ut finem huic ſermoni demuſ audiende ſunt miſſe cum omni mãſuetudine & feruore quoniã ſic audiẽtes cõſequi úẽ in hoc ſeculo dei gratiam & in futuro. ſ. g. í. q. u. &. r. d. p. eterna. ſ. ſ. Amen

¶ Feria. v. in cena dñi de ſacramẽto baptiſmatis p qđ efficiunẽ homines dei filii ꝓmittentes in illo abrenũciare diabolo & eius pompis. ¶ Sermo. lxviii.

QVi lotus eſt nõ ídiget niſi ut pedes lauet ſed ẽ múdus totus. Verba ſunt redemptoris noſtri Io. xiii. c. & in euangelio hodierno. Multa debẽt eſſe múditia mẽtis ónibus q p ſacramẽtum baptiſmi regenerati facti ſunt ptícipes & heredes celeſtis regni dñi Ieſu xp̃i. Per baptiſmum nãq; filii dei efficimur in illo ꝓmittẽtes abrenũciare diabolo & oñibus põpis eius ut notat de cõſe. di. iiii. c. ¶ Prima igiẽ. &. c. Primũ interrogeẽ ¶ Quoniã autem pleriq; tanti beneficii inmemores omne cur ſuum ad mundana atq; terrena cõ/uertunt ꝓpendentes non ſolum repromiſſam beatitudinem uerũ etiam bícam dignitatem & gratiam per baptiſmum. Idcirco de ipõ in preſenti ſermõe aliq̃ diſcutiem ſ ut intelligẽtes tanti ſacramẽti uirtutẽ ꝓeminẽtiã & ſublimitatẽ conemur iuxta ſaluatoris noſtri ſententiam in uerbis allegatis pro themate lauare pedes. i. mentis affectiones mundare ab omni inqnamẽto & turpitudine ſordinati amoris cuiuſcumq; boni creati. De ipſo itaq; baptiſmate locuturi tria myſteria ꝓponemus declarãda ¶ Primũ dicit diffinitiõis. Scđm obligationis. Tertium fructificatiõis.

¶ Quid ſit baptiſmus & de eius inſtitutiõe ac materie determinatione necnõ & forme obſeruatione. ¶ Capitulũ. i.

PRimũ myſteriũ de baptiſmo declarandũ dicit diffinitionis in quo quid ſit baptiſmus uideamus. Et licet Vgo. li. ii. de ſacramentis parte ſexta. ca. ii. Dicat. baptiſmus eſt aqua diluendis criminibus ſanctificata per uerbum dei. Tamen conuenientior eſt diffinitio Magiſtri q í. iii. di. iii. ait. Baptiſmus ẽ ablutio corporis exterior facta ſub forma põſcripta uerborum Secundũ enim Ric. ſuper põfata d. duplex eſt materia baptiſmi. ſ. remota que eſt aqua & ꝓpinq̃ que eſt ablutio in aqua. Diffinitio ergo Vgonis exp̃mit materiam remotam. & illa magiſtri materiam propinquam ¶ Pro declaratione autem clariore huius partis tria adhuc de Baptiſmo cõſideremus ¶ Primo eius íſtitutionẽ. Scđo materie determinationẽ. ¶ Tertio forme obſeruationẽ. Primo eius inſtitutionẽ cõſideremus

UVA. BHSC. IyR_021

qñ. ſ. baptiſmuſ fuit inſtitutuſ Et aliqui dixerũt ꝙ fuit inſtitutuſ poſt reſurrectionem quando dixit apoſtuliſ Matheı. ul. Euntes docite omneſ genteſ baptizanteſ eoſ in nomine patriſ etc. Alii aũt dicũt ꝙ fuit inſtitutuſ ab illo tempore quo xp̃ſ ipſũ ſanctificauit. Sed ut dicit Dama. in. iii. li. c. i. Xp̃ſ ſanctificauit baptiſmum qñ fuit baptizatuſ. ergo tũc fuit inſtitutuſ. Et glo. ſup illud Luce. iii. Ieſu baptiſato etc. Baptizatuſ inquit eſt dominuſ mũdari nõ idi/ gens ſed tactu mũde carniſ aquaſ mũdanſ ut uim habeãt abluẽdi. Sed Ric. in. iii. dicit ꝙ xp̃ſ baptiſmi ſacramentũ primo inſtituendũ inſinuauit. Secũdo inſtituit. Tertio inſtitutũ obſeruari precepit. Primum fecit facto & uerbo. facto quãdo a Iohanne baptizatuſ fuit in quo baptiſmo inſinuauit baptiſmum fore in aqua fiendum quia ipſe in aqua baptizatuſ fuit & in nomine trinitatiſ inquantũ in ſuo baptiſmo apparuit perſona patriſ in uoce & perſona filii in carne & perſona ſpũſ ſancti in colũbe ſpẽ. nec tunc aliq̃ uirtutem regenerandiſ contulit aquiſ niſi quod ex tunc ordinata fuit aqua ad hoc ut in ea inſtitueret regenerationiſ ſacramentum. Si tamen haberet illa aqua que corpuſ eiuſ tetigit ſeruari deberet cũ maxia reuerẽtia ꝓpter mundiſſimam & ſanctiſſimam carnem quam te/ tigit. Verbo etiam inſinuauit Baptiſmum Quando Io. iii. dixit. Nicodemo. Niſi qſ renatuſ fuerit ex aq̃ & ſpiritu ſancto non póc introire in regnum dei. Secundo xp̃ſ baptiſmum inſtituit qđ fecit facto & uerbo. facto quando ut dicit Io. x. Baptizauit ꝑ diſcipu/ loſ ſuoſ qui de mandato eiuſ baptizare ceperũt. Et ut dicit Nico/ lauſ de lira ſequẽdo Aug. primo ipſe xp̃ſ baptizauit diſcipuloſ ſuoſ baptiſmo ſuo. ſ. aqua & ſpũ ſancto qđ etiã ponit de cõſe. di. iii. c. Quando ab Hieroſolimiſ &. c. Si eoſ. Deinde uerbo inſtituit quãdo miſit diſcipuloſ ſuoſ binoſ ad predicãdum & baptizandum de qua miſſione habet Luce. x. Tertio xp̃ſ inſtitutũ baptiſmũ obſeruari precepit quando poſt reſurrectionem dixit diſcipuliſ. Euntes etc. Sanctuſ uero Tho. in. iii. parte. q. lxvi. dicit. ꝙ baptiſmuſ in/ ſtitutuſ fuit ante paſſionem xp̃i ſed neceſſitaſ utẽdi hoc ſacramẽto indicta fuit poſt paſſionem & reſurrectionem. tum quia in paſſiõe xp̃i terminata ſunt figuralia ſacramẽta quibuſ ſuccedit baptiſmuſ & alia ſacramenta noue legiſ. tum etiam quia per baptiſmum cõfi/ figuratur homo paſſioni & reſurrectioni xp̃i inquantum moritur peccato & icipit nouam iuſtitie uitam. Et ideo oportuit xp̃m pati

UVA. BHSC. IyR_021

poſt & reſurgere q̃ hominibuſ indicereť neceſſitaſ ſe configurandi morti & reſurrectioni. Et licet apoſtoli baptizaſſent ut dictū eſt ante paſſionem xp̄i tamen ſecūdum Rich. adhuc non publicabant baptiſmū ut neceſſarium ad ſalutem ¶Et lex non obligat quouſq; ſit promulgata ¶Secundo conſideremuſ circa baptiſmum materie determinationem Eſt enim baptiſmi materia aqua ut ait Rich. & omneſ doctoreſ tam theologi q̃ canoniſte cōprehendēdo ſub aqua ablutionem Que fit in ea. Et loquendo de baptiſmo ſecundum q̄ diſtinguit̄ a babtiſmo ſanguinſ & flaminſ de quibuſ dicemuſ in ſequenti myſterio. Ratio eſt Vgo. in li. de ſacramentiſ quia omne ſacramentum ſimilitudinem quandam habet ad ipſam rem cuiuſ eſt ſacramentum. Aqua enim eſt repreſēt̄atiua effectuum baptiſmi & ratione nature & ratione uſuſ. Nam aqua eſt naturaliter frigida ratione cuiuſ repreſentat fomitiſ repreſſionem ¶Eſt etiam natura/liter humida humiditate apta ad abluēdū. ratiōe cuiuſ repreſēt̄ata ſordibuſ peccati purgationem ¶Eſt etiam naturaliter diaphana & clara ratione cuiuſ repreſentat gratie illuminationem. quia etiā quantū ad uſum eſt multū utiliſ repreſentat ſacramentū baptiſmi eſſe in effectu ualde utile. & quia eſt ad habendum ualde faciliſ repreſentat ſacramentum baptiſmi eſſe quantum ad obſeruantiam facile & quia etiam quantum ad uſum eſt multum cōiſ repreſentat ſacramentum baptiſmi quantū ad neceſſitatem eſſe cōmune ¶Nec poteſt eſſe aliqua artificialiſ aqua materia baptiſmi ſed naturaliſ tantū quia baptiſmuſ inſtitutuſ fuit ſacramentū neceſſitatiſ quātū ad omneſ & ideo xp̄ſ ipſū inſtituere uoluit niſi in aqua que faci/liter poſſet haberi & communiter ab omnibuſ tam pauperibuſ q̃ diuitibuſ quod non eſt uerum de aliqua aqua niſi naturali. Et ſi diceret̄ q̄ igniſ eſſet cōueniens materia baptiſmi quoniam ſecundū Dioniſiū & Dama. habet uim illuminādi. Et Io. baptiſta Math. iii. prenuncians xp̄i baptiſmū dixit. Ille uos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne. Reſpondet Tho. q̄ ꝓpter rationeſ iam tactaſ aq̃ & non igniſ eſt materia baptiſmi. Dictum uero Io. ſecundum ex/poſitionē Hiero. referť ad ſpiritum ſanctum qui ſuper diſcipuloſ in liguiſ igneiſ apparuit ut dicitur Actuū. ii. uel per ignem poteſt intelligi tribulatio ut Criſoſtimuſ dicit ſuper Math. quia tribu/latio pc̄ā purgat & cōcupiſcētiā q̃re igniſ accipit̄ ibi metaphorice Quoniam autem ut ſuperiuſ cōmemorauimuſ materia propinqua

UVA. BHSC. IyR_021

baptiſmi eſt ablutio in aqua ¶Vnde baptizare ſ greco tantū ualet quantum lauare in latino ſecundum illud Iudith.xii. Deſcendebat in uallem Betulie & Baptizabat ſe ¶Propterea apud nōnullos de inmerſione in aqua dubitat utrum.ſ. ſit neceſſaria ¶Et reſpondet Tho.in.iii.parte.q.lxvi.& Bon.& Rich.in.iiii.di.iii. ꝙ q̄muis tutius ſit baptizare per modum inmerſionis quia hoc habet color uſus poteſt tamen fieri baptiſmus per modum aſperſionis uel per modum effuſionis ſecundū illud Eze.xxxvi. Effundā ſuper uos aquam mundam. ſic apoſtoli baptizauerunt tria milia hominum una die non inmergendo ſed aſpergendo ¶Et beatus Laurentius baptizauit Romanū effundendo. Quādo ergo imineret neceſſitas uel ꝓpter paucitatem aque uel ꝓpter debilitatem miniſtri qui non poteſt ſuſtentare baptizandū uel ꝓpter damnū quod baptizāduſ ex imerſiōe timeret & ueriſimiliter dubitaret poteſt baptiſmus ſine inmerſione celebrari quia licet ablutio aque ſit de neceſſitate ſacra/menti motus tamē ablutionis per accidens ſe habet ad ſacramentū. Secundum uero Rich ¶Cum totū corpus non poſſet ablui abluēda eſt pars principalior ut caput & maxime faciēs quia in ea urgent ſēſus. unde credo ꝙ ſi caput pueri baptizaret anteq̄ pars corporis exeat quod aliquando faciēdum eſt ꝓpter periculum mortis puer baptizatus eſt ¶Si uero manus uel pes abluat anteq̄ aliq̄ pars alia appareat uolūt aliqui dicere. ꝙ puer baptizatus eſſet quia anima eſt in qualibet parte corporis tota. Communius tamen tenet ꝙ de lege cōi non eſſet baptizatus q̄uis forte diuina pietas in tali caſu uicem ſuppleat baptiſmi. & ideo ſemper quando periculum mortis imminet abluēdū eſt illud de puero quod poteſt ablui ſiue ſit pars ſiue ſit multum. hec Rich. Dubitatur adhuc a multis. An inmerſio effuſio uel aſperſio debeat eſſe una uel trina ¶Et reſpondent doc. ſuperius nominati. ꝙ unitas uel multitudo inmerſionū non eſt de ſubſtantia baptiſmi ſed ſolum de bene eſſe. ideo utrumq; licite fieri poteſt. ſ. ſemel & ter inmergere quia unica inmerſione ſignificat unitas mortis xp̄i & unitas diuinitatis. per trinam autem imerſionē ſignificatur triduum ſepulture xp̄i & etiam trinitas perſonarum Sed ut dicit Tho. diuerſis ex cauſis ſecundū ordinationem eccleſie quandoq; inſtitutus eſt unus modus quādoq; alius. quia enim a prin/cipio naſcentis eccleſie quidam de trinitate male ſentiebant xp̄m purum hominem eſtimantes nec filium dei dictū ſecundū ueritatē

UVA. BHSC. IyR_021

nature ſed tantū ꝓpter meritum eiuſ quod fuit precipue in morte. Ideo non baptizabant in nomine trinitatiſ ſed in configuratione mortiſ xp̄i & una inmerſione quod reprobatum fuit in primitiua eccleſia ſtatutūq; ut baptizaret̄ in nomine patriſ etc. & tūc imergendo ſicut patet deſconſe. di. iiii. c. Poſtq̄ uoſ. & .c. Si quiſ p̄ſbyter. & .c. De trina. & .c. Eo modo. & .c. Multi. Poſtmodum uero inoleuit quorundā hereticorum & ſciſmaticorū error qui ſecundū Aug. ſuper Io. male ſentiebant de unitate diuinitatiſ. ideo in deteſtationem erroriſ eorū fuit ſtatutum in concilio Tholetano ut una fieret tantum inmerſio ſicut habet̄ de cōſe. di. iii. c. Propter uitandum. Sed ceſſante tali cauſa cōmuniter obſeruat̄ in baptiſmo trina inmerſio ut poteſt colligi extra de baptiſmo & eiuſ effectu. c. i. Ideo grauiter peccaret aliter baptizāſ quaſi ritum eccleſie nō obſeruans nihilominuſ tamen eſſet baptiſmuſ. Occurrit autē ꝓpter dicta dubitare circa talem caſum quidā exiſtens ſuper pontem nō potens habere aquam ad baptizandū puerū & ueriſimiliter timēſ eum cito moriturū intendens puidere ſaluti pueri ꝓicit eum in aq̄m cum intentione baptizandi ꝓferens uerba in quibuſ cōſiſtit debita forma poſtea puer euadit aliquo caſu. utrum taliſ debeat reputari baptizatuſ. Et aliquibuſ uidet̄ q̄ ſic quia ibi concurrunt debita forma debita materia & debita intentio. Rich. autem diſ. iiii. q̄rti tenet cōtrariū quoniā cum ꝓxima materia baptiſmi ſit ablutio in aqua quod aqua abluit̄ primo aqua coopit̄ in toto uel in parte & poſtea diſcooperit̄. Vnde ꝓpter primū baptiſmuſ repreſēt̄at Xp̄i ſepulturam & ꝓpter ſecundū reſurrectionem. q̄uiſ autem puer in caſu predicto per actum illiuſ qui ipſum ꝓicit in aquam imergat̄ non tamē eſt actuſ ordinatuſ ex ſui natura ad hoc ut puer abluat̄ ſed ad hoc ut ſubmergat̄. Et ideo ſi aliquo caſu puer extrabat̄ de aqua puer eſſet baptizanduſ quoniā illa imerſio q̄tum fuit ex ſui natura non ordinabat̄ ad eleuationem pueri de aquā ſed ad ſubmerſionē. Tertio circa baptiſmū cōſideremuſ forme obſeruationē. Eſt enī forma baptiſmi. Ego te baptizo in nomine. p. & .f. & .ſ. ſ. ut habet̄ extra de baptiſmo. c. i. Et ut dicunt docto. Nulli licet mutare aliquid quantum ad illud quod eſt de eſſentia forme. & ſi mutat̄ nihil agit̄ & ultra hoc culpa incurrit̄. Si autem aliquid q̄d ꝓtinet ad formā ex ſola determinatiōe eccleſie mutat̄ nihilominuſ eſt ſacramentū ſed culpa ſcurrit̄. Vex ab apoſtoliſ q̄ baptizabāt

UVA. BHSC. IyR_021

in nomine dñi Iesu ut habet Act. viii. c. Non fuit mutata forma quantum ad intellectū quia in noīe Christi tota trinitas intelligit sed solum quantum ad uocē. nec hoc ipsi potuisset nisi ex familiari concilio. s. s. Et hoc fuit ut dicit Tho. ut nomen Xp̄i quod erat odiosum iudeis & gentibus honorabile redderet. Nec potest dari baptismus. d. In nomine trinitatis nō exprimendo personas nec in nomine unius persone non exprimendo alias. quoniam sacramēta habent efficaciam ab institutione Xp̄i. & ideo si pretermittat aliqd eorum que Christus instituit circa aliqd sacramentū efficacia caret nisi ex speciali dispensatione eius qui uirtutem suā sacramentis nō allegauit. Christus autem instituit sacramentum baptismi dari cum inuocatiōe trinitatis. Et ideo quicquid desit ad inuocationē plenā trinitatis tollit integritatem baptismi nec obstat q̄ i nomine unius persone intelligat alia sicut in nomine patris intelligitur filius aut q̄ ille qui nominat unam solam personā potest habere rectam fidem de tribus quia ad sacramentum sicut requirit materia sensibilis ita & forma sensibilis. Vnde nō sufficit intellectus uel fides trinitatis ad perfectionem sacramenti nisi sensibilibus uerbis trinitatis exp̄/mat. Vnde & in baptismo Xp̄i ubi fuit origo sanctificatio nostri baptismi affuit trinitas sensibilibus signis. s. pater in uoce. filius in humana natura. & . s. s. in columba. Notandū tamē ut inquit Tho. quando greci baptizant in nomine patris & filii & spūs sancti tñ dicūt baptizet seruus Christi & nō ego te baptizo quod ipsi faciūt ad euitandum antiquorū errorem qui uirtutem baptismi baptiste attribuebant. d. Ego sum Pauli ego Cephe. & nihilominus quia in illa forma exprimit actus exercitatus per ministrum cū inuocatiōe plena trinitatis uerum perficit sacramentum quoniam ego nō est de substantia forme sed ponit ad maiorem expressionē intentionis nec sufficit uerba corde cogitare nisi uocaliter exprimāt quia ut inquit Boñ. In uocali expressione uerborum significatur perfecta fidei pfessio que cōsistit in uerbo & in corde ¶ Significat etiam q̄ regeneratio facta est per uerbū icarnatū qd optime significatur per uerbū uoce inductū. Hinc Aug. ait. i. q. i. c. Detrahe Detrahe uerbum aqua quod erit nisi aqua? Accedit uerbum ad elementum & fit sacramentū. Vnde ista tanta uirtus aque ut corpus tangat & cor abluat nisi faciente uerbo? Et idem Aug. Baptismus inquit est tinctio in aqua uerbo uite sanctificata. Propter predicta ut

UVA. BHSC. IyR_021

plenior habeat cognitio de forma baptismi sciendum est secúdum Rich. & Boñ. ꝙ forma potest uariari sex modis Primo subtrahēdo. Secundo addendo Tertio interponendo Quarto corrúpendo. Quinto uerbum ꝑ uerbo ponendo Sexto transponendo Primo uariat forma subtrahēdo. & quantú ad hoc sciendú ꝙ si subtrahit aliquid de essentia forme non remanet uirtus baptismi & quia ista tota pars In nomine. p. & . f. & . s. s. per quã exprimit principalis baptizans & sanctificat elementú est de essentia forme ideo si de hoc subtrahat aliquid non remanet uirtus baptismi. In alia autē parte forme que est Ego te baptizo Sunt aliqua pertinentia ad essentiã forme. s. expressio actus baptizandi & persone baptizate eo ꝙ in illa terminat baptizandi actus. unde si aliqđ predictoꝝ subtrahat non remanet uirtus baptismi. Expressio autem ministri nó uidet esse de essentia forme quam Christus tradidit in baptismi institutione quia a ministro baptismus non habet uirtutem Sc̃do uariat forma addendo. & ut ait Rich. circa hoc cõsideranda sunt duo. unum ex parte addentis. aliud ex parte additi Si enī addens illud quod addit intendit esse de essentia forme uolens baptizare ī alia forma q̃ baptizaret ecclesia tollit uirtus baptismi ad quã requirit ꝙ baptizans intendat facere qđ facit ecclesia si etiam illud qđ additur est corruptiuum forme non remanet uirtus baptismi ut si post q̃ dictum est & . s. s. addat huiusmodi determinatio creati uel minoris q̃ pater & filius & huiusmodi Si autem addens nó intendat mutare ritum uel formam ecclesie & illud quod addit non est corruptiuum forme non tollit per hoc uirtus baptismi Vnde si baptizans terminata forma Qua utitur Ecclesia superaddit illud & beata uirgo adiuuet te aut aliquid consimile uel si in principio forme addat nomen ꝑprium post hoc ꝑnomen ego dicendo. Ego Iohannes baptizo te etc. nó tollit uirtus baptismi Tertio uariat forma interponendo seu interrúpendo & circa hoc aduertendum ꝙ cum actus baptizandi sit actus unius si fiat interpositio talis que corrumpat unitatem actus & maxime si corrumpat continuitatem intentionis baptizantis non remanet uirtus baptismi Vnde si baptizans post q̃m dixit. Ego te baptizo in nomine patris interponat unam longam narrationem uel uadat ad faciendú aliqđ negotium & postea reuertat & dicat & filii & spús. s. nó est puer baptizatus. Si autem interpositio sit modica ita. s. ꝙ nó discõtinuet intentionē

UVA. BHSC. IyR_021

baptizãtiſ neq; actuũ ſcdm uſũ cõmunẽ & iterpoſitũ nõ ſit forme corruptiuũ nõ ꝓpter hoc impedit̃ uirtuſ baptiſmi. ũde ſi baptizãſ poſtq̃ incepit actum tuſciat uel dicat tac eatiſ uel aliquid ſimile & poſtea ꝓficiat nõ ꝓpter hoc ípedit̃ uirtuſ baptiſmi. Quarto uariat̃ forma corruppendo & tũc ſi corruptio uerborũ ſit taliſ ꝙ nõ re/ maneat eadem ſignificatio nec ſecundũ inſtitutionem prime impo. ſitioniſ nec ſecundũ accomodationem uſuſ impedit̃ uirtuſ baptiſmi. Si autem ſit taliſ ꝙ q̃uiſ non remaneat ſignificatio ſecundũ inſti. tutionẽ prime impoſitiõiſ remanet tamen ſecundũ accomodationẽ uſuſ. Tũc ſi non fiat taliſ corruptio ex malitia uel diriſiõe ſed ex ignorãtia uel defectu lingue nõ ꝓpter hoc impedit̃ uirtuſ baptiſmi. Vnde de conſe. di. iiii. c. Retulerunt Zacharias papa Bonifatio exemplo ita ſcribit. Retuleruut nunci ꝙ fuerit in eadem ꝓuintia ſacerdoſ qui latinam linguam penituſ ignorabat & dũ baptizaret neſcienſ loqui latine infringenſ linguã diceret. Baptizo te in noie patria & filia & ſpũſſãctia & per hoc tua reuerẽda ſanctitaſ cõſi/ derauit eoſ rebaptizare. Sed ſanctiſſime frater ſi ille q baptizauit non errorem inducenſ aut hereſim ſed ꝓ ſola ignorantia ratione locutiõiſ ifringẽdo linguã ut diximuſ ſupa hoc baptizanſ dixiſſet non poſſumuſ conſentire ut denuo baptizaret̃. Quinto uariatur forma uerbum ꝓ uerbo ponendo. & tunc ſi accipiat̃ uerbum pro ſua materia que eſt uox ponere uerbũ ꝓ nerbo non impedit uir/ tutem baptiſmi quia in qualibet lingua licitum eſt baptiſare q̃uiſ male faceret latinuſ ſi baptizaret í lígua greca uel hebrea niſi ex aliquo caſu inpitiam lingue latine incurriſſet & in linguiſ aliſ eẽt ꝓtuſ. Si autem accipiatur uerbum ꝓ ſua materia & forma ſimul uel ſua forma tantũ cũ forma uerbi ſit ſignificatio ponere uerbũ ꝓ uerbo exiſtenti de eſſentia forme impedit uirtutem baptiſmi qa taliſ mutatio corrumpit formã. Vnde ſi diceret̃. In noie genitoriſ & geniti non eſſet baptiſmuſ eo ꝙ per nomen patriſ & nomen filii ſignificant̃ ipſe perſõe principaliter. per genitorẽ autẽ & genitum ſignificant̃ actuſ notionaleſ. Sexto uariat̃ forma tranſponendo & tunc ſi fiat taliſ tranſpoſitio que mutet ſenſum orationiſ quam habet ex ui ordiniſ uerborum impedit̃ uirtuſ baptiſmi ut ſi dicat̃. Ego patriſ & filu baptizo te in nomine ſpiritus ſancti quia ex ui iſtiuſ ordiniſ uerborum ſenſuſ eſt. Ego qui ſum patriſ & filu etc. Et hoc quod dico in nomine nõ accipit̃ niſi reſpectu ſpũſ ſancti.

UVA. BHSC. IyR_021

¶ Si autem trāſpoſitio nō mutat ſignificationē orationiſ quā habet ex ui ordiniſ uerborū tunc dico ꝙ ſi non fiat ex malitia ſed ignorantia non impedit uirtuſ baptiſmi ¶ Si autē fiat ex malitia ipedit ꝓpter defectum intentioniſ in baptizante.

¶ Qualiter oēſ tenent baptizari de neceſſitate & de poteſtate baptiſmatiſ ac de cōditionibuſ que ſeruari debēt i baptiſmo.

¶ Capitulum. ſecundum.

SEcundū miſteriū de baptiſmo declarandū dicit obligatioiſ in quo tria adhuc habemuſ nō immerito exquirere & cōſiderare ad hoc ut ꝑ iſta delucidior appareat ¶ Primo cōſiderabimuſ poteſtatem ¶ Secundo neceſſitatem ¶ Tertio qualitatem ¶ Primo cōſideremuſ baptiſmi poteſtatem quiſ. ſ. poteſtaē habeat baptizandi & circa hoc quandoq; dubia ſolent emergere ¶ Primum utrum ad diaconum pertineat baptizare. Et arguunt quidam ꝙ ſic ¶ Primo quia ſimul iniungit a domino offitium baptizandi & predicandi ſecundum illud Math. ultimo Euntes docete etc ¶ Sed ad offitium diaconi pertinet euangelizare ergo uidet ꝙ etiā ad offitiū diaconi pertineat baptizare. Secundo arguunt quia beatuſ Laurentiuſ cū eēt diaconuſ pluresſ baptizauit ¶ Sed cōtra eſt qđ .d. c. Gelaſiuſ papa. lxxxxiii. d. in. c. Diaconeſ. ubi ait. Diaconeſ ꝓpriam cōſtituimuſ obſeruare menſuram nec ultra tenorem paterniſ canōibuſ deputatam quippiā temptare permittimuſ Et ſꝑra Abſq; epiſcopo uel preſbytero baptizare nō audeant nec predictiſ ordinibuſ fortaſſe longiuſ conſtitutiſ neceſſitaſ extrema compellat. Ad idem eſt tex. de conſe. di. iii. in. c. Conſtat. Pro ſolutione ergo preſentiſ dubii. Reſpondet Tho. iii. parte. q. lxvii. ꝙ ſicut celeſtium ordinum ꝓprietateſ & eorum offitia ex eorum nōibuſ accipiunt ut dicit dioniſiuſ in li. de cele. Hier. ita etiā ex nōibuſ eccleſiaſticorū ordinum accipi poteſt quod ad unumquemq; pertineat ordinem. Dicunt autem diaconeſ quaſi miniſtri quia ad eoſ nō ptinet aliqđ ſacramentum principaliter & quaſi ex ꝓprio offitio prebetur ſed miniſterium adhibere aliiſ maioribuſ in ſacramentorū exhibitione ſicut habetur. lxxxxiii. di. in. c. Diaconi. in. c. Non oportet. & in alio. c. Diaconi. & in. c. Legimuſ. & in. c. Dominuſ. Quare ad diaconum non pertinet quaſi ex ꝓprio offitio tradere ſacramentū baptiſmi ſed in collatione huiuſ ſacramenti & aliorum aſſiſtere & miniſtrare maioribuſ. Hic Iſidoruſ li. ii. de officiiſ ait. Ad diaconū

UVA. BHSC. IyR_021

pertinet assistere & ministrare maioribus sacerdotibus in omnibus que aguntur in sacramentis Christi in baptismo. s. in chrismate in patena & calice ¶Ad primū ergo dicendum q̄ ad diaconū pertinet recitare euangelium in ecclesia & predicare ipsum postmodum ca/ thetizandis. Vnde & Dionisius dicit q̄ diaconi habent officiū sup inmundos inter quos ponit catbecuminos. sed docere. i. exponere euangelium pertinet ꝓprie ad episcupū ¶Vnde non sequit̄ q̄ ad diacones pertineat officium baptizandi ¶Beatus uero Laurentius baptizauit necessitatis causa. Secundum dubiū est utrū baptizare sit officiū presbyterorū. Et respondet Tho. q̄ sic eo q̄ sacerdotes ad hoc consecrant̄ ut sacramentū corporis Christi cóficiant. Illud autē est sacramentū ecclesie unitatis. Per baptismum autē aliquis fit particeps ecclesie unitatis quia ianua est & fundamentū aliorū sacramentorū ut dicit̄. de conse. di. iii. c. Cum itaq; ¶Vnde & bap/ tizatus accipit ius accedendi ad mensam domini quia sine baptismo alia sacramenta conferri non possunt ut habet̄. i. q. i. c. ¶Si quis ꝓ ignorantiā ¶Ideo sicut ad sacerdotē ptinet consecrare eucharistiā ad quod principaliter ordinat̄ sacerdotium ita ad ꝓprium officiū sacerdotis pertinet baptizare. Eiusdem enim uidet̄ esse opari totū & partem in toto disponere ¶Et si dicerēt̄ q̄ solum episcoporū est baptizare qa ipsorū est docere ut dicit Dionisius in li. ecclesiastice Hierar. Respondet Tho. q̄ officiū docendi & baptizādi dominus apostulis iniuxit quorū uicē gerunt episcopi aliter tamē & aliter. Nam officiū docendi cōmisit eis Xp̄s ut ipsi per se illud exercerēt tamq̄m principalissimum ¶Vnde & ipsi apostoli dixerunt Act. vi. ¶Non est equū nos dereliquere uerbum dei & ministrare mēsis. ¶Officium autē baptizādi cōmisit apostolis ut per alios exercendū Vnde. i. cor. i. dicit apostolus. Nō enim misit me Xp̄s baptizare sed euāgelizare & hoc ideo quia in baptizādo nihil opat̄ meritū. & sacramenti minister sicut in docēdo nec tamen per hoc excludit̄ quando episcopi possint baptisare. Nā & apostolus dicit se quosdā baptizasse in epistola ubi supra ¶Tertium dubiū. utrū laicus possit baptizare. Et respondet̄ q̄ ad misericordiam eius qui uult omnes homines saluos fieri pertinet ut in his que sūt de necessitate salutis homo defacili remedium inueniat. Inter omnia aūt alia sacramēta maxime necessitatis ē baptismus qui est regeneratio hois in uitam spiritualem quia pueris aliter subuenire nōpotest & adulto nō p̄nt

UVA. BHSC. IyR_021

aliter q̃ per baptiſmum plenam remiſſionem conſequi & quantum ad culpam & q̃tum ad penam Et ideo ut homo circa remediũ tam neceſſarium defectuum pati non poſſit inſtitutũ eſt ut eſt laycus imminente neceſſitate baptizare poſſit ut habet de cõſe. di. iiii. c. Conſtat. &. c ¶ In neceſſitate non debet tamen laycus facere illa ſacramentalia baptiſmi que faciunt ſacerdotes que pertinẽt ad ſolemnitatẽ non autẽ ad neceſſitatẽ baptiſmi & ideo ſolũ a ſacerdote fieri dñt cuius eſt ſolemniter celebrare ¶ Quartum dubiũ eſt utrum mulier poſſit baptizare. Et reſpõdet Tho. q̃ ſicut nec laicus debet baptizare preſẽte clerico nec clericus preſente ſacerdote ita & feia non debet baptizare non ſolum preſente clerico uel ſacerdote ſed nec etiã preſente uiro ſiue maſculo. In neceſſitatis tamen articulo poteſt abſq; ſolemnitate baptizare ut habetur de conſe. di. iiii. c. Mulier ¶ Quintum dubiũ eſt utrũ ille qui nõ eſt baptizatus poſſit baptizare. Reſpondet Tho. q̃ per eccleſiã determinatũ eſt q̃ nõ baptizati ſiue ſint iudei ſiue pagani poſſunt baptiſmi ſacramẽtum conferre dummodo in forma eccleſie baptizent ut patet de conſe. di. iiii. in. c. Romanus põtifex. & in. c. A quodam. Si autem forma eccleſie non fuerit obſeruata ſacrametũ baptiſmi non confertur & ſic intelligẽdũ eſt illud Greg. ſecũdi in. c. Quoſ a paganis de cõſe. di. iiii. Quoſ a paganis baptizatos aſſeruiſti. ſ. eccleſie forma non obſeruata ut denuo baptizes in noie trinitatis mãdamus ¶ Notãdũ autẽ q̃ ſi talis baptiſmus a pagano ſiue infideli ſuſcipiẽ neceſſitate urgente debite fit. Si uero extra articulum neceſſitatis hoc fieret uterq; grauiter peccaret. ſ. baptizans & baptizatus & per hoc impediret baptiſmi effectus licet non tolleret ipſum ſacramentum & ſi diceret quomodo ille qui non eſt baptizatus cũ non ſit miniſter eccleſie poteſt baptizare Reſpondet q̃ ille qui nõ eſt baptizatus q̃uis non pertineat ad eccleſiã uel ſacramẽto poteſt tamen ad eam pertinere intentione & ſimilitudine actus iñ q̃tũ. ſ. intendit facere qd̃ facit eccleſia & formã eccleſie ſeruat in baptizando & ſic opaẽ tãtum exteriuſ ut miniſter Chriſti qui interiuſ baptizat ut notat̃ de cõſe. di. iiii. c. Sic inter bonos &. c. Baptiſmus &. c. Cũ baptizat. ¶ Secundo conſideremus baptiſmi neceſſitatẽ & circa hoc. v. adhuc dubia ſũt aperienda ¶ Primo utrum omnes teneant̃ ad ſuſceptionẽ baptiſmi. Et reſpondet q̃ poſt diuulgationem iuſtitutionis eius oẽs tenent̃ baptizari ¶ Vnde Aug. de fide ad Petrum dicit illud quod

UVA. BHSC. IyR_021

ſcribiē .xv.q.i. in.c. Veliſ Firmiſſime. Firmiſſime tene & nulla/
tenuſ dubiteſ exceptiſ illiſ qui ꝑ Xp̄i noīe ſuo ſanguine baptizanē
nullū hominū acceptuꝝ uitā eternā qui nō hic amabiliſ ſuiſ fuerit
per penitentiā fidēq; cōuerſuſ & ꝑ ſacramentū fidei & penitētie. i.
per baptiſmum liberatuſ. Et Criſ. idem dicit in ſententia de conſe.
di. iiii.c. Non poteſt Tante autem dignitatiſ eſt baptiſmuſ ꝙ etiā
ſanctificati in utero debent baptizari ut inquit Boñ.in.iii.di.vi.
& hoc triplice ratione. Prima ratio eſt ꝓpter bonū obedientie qa
deuſ precepit ut omneſ renaſcanē aq̄. Secunda eſt ꝓpter hūilitatē
quia unuſquiſq; debet ſe reputare peccatorem & indigere Chriſti
redemptione. Tertia ratio eſt ꝓpter unitatem ut ab aliſ membriſ
Chriſti homo non diſcordet. Secundū dubiū utrum ſine baptiſmo
poſſet quiſ ſaluari. Et reſpondet Tho. ꝙ ſacramentum baptiſmi
dupliciter poteſt alicui deeſſe. Vnomō & re & uoto qđ contingit
illiſ qui nec baptizanē nec baptizari uolunt qđ manifeſte ad con/
temptū ſacramenti pertinet q uātum ad illoſ qui habent uſū liberi
arbitrii & taleſ ſalutem conſequi non poſſunt. Alio modo poteſt
ſacramentū baptiſmi alicui deeſſe re ſed nō uoto ſicut cum aliquiſ
deſiderat baptizari ſed aliquo caſu preuenīē morte ātēq̄ baptiſmū
ſuſcipiat. taliſ aūt ſine baptiſmo actuali ſalutem conſequi poteſt.
Vnde Ambroſiuſ dicit de Valentiniano qui catecuminuſ mortuuſ
fuit quem regeneraturuſ eram amiſi Verūtamen ille gratiam quā
popoſcit nō amiſit. Et de hoc Aug. de cōſe. di. iiii. in. c. Baptiſmi.
ita ait. Baptiſmi uicem aliquādo implere paſſionem de latrone illo
cui non baptizato dictū eſt. Hodie mecū eriſ in paradiſo. Beatuſ
Ciprianuſ nō leue ſacramentum aſſumit ꝙ etiā atq; etiā cōſideraſ
inuento non tantu m paſſionem ꝓ nomine Chriſti id qđ baptiſmo
deerat poſſe ſupplere ſed etiam fidem & conuerſionē cordiſ ſi forte
ad celebrandum myſterium baptiſmi in anguſtiuſ temporꝫ ſuccarri
non poteſt hec ibi. Cui conſonat notabile dictum Inno. tertii in. c.
Apoſtolicam extra de prſbytero nō baptizato. Propter iſta autē
magiſter ſententiarū ceteriq; theologi diſtinguūt tria baptiſmata.
Primum uocant flaminiſ. ſ. ſpirituſ ſancti quo baptizanē bi qui
baptizari uellent ut dictum eſt & non poſſūt. Secundum uocant
baptiſmū fluminiſ. i. aque de quo logmur. Tertiū dicūt baptiſmū
ſaugumiſ cum quiſ non ualens baptizari aqua patiē ꝓ fide Xp̄i
& moriē ꝓ cōfeſſiōe eiuſ cui tanua celi apiē ut dicit de cōſe. di. iiii. c.
Cathecuminū Et ſi obuceret ꝙ non eſt niſi unum baptiſma iuxta

UVA. BHSC. IyR_021

illud apoſtoli. Eph. iiii ¶ Vnuſ deuſ una fideſ unum baptiſma. re/ſpondet Tho. q tria baptiſmata predicta unū dici poſſuut ꝑpter unitatatem ſpūſ ſancti a quo habent uirtutem & gratiam uel pōt dici q unū eſt baptiſma ſacramentū. ſ. fluminiſ ſeu aque. alia uero duo licet conferant ſalutem tamen non ſunt ſacramentum ut dicit Boñ. in quarto di iiii. Tertium dubiū ut ꝙ baptiſmuſ ſit differēduſ uel acceleranduſ Et reſpondet Tho. q circa hoc eſt diſtinguēdum de baptizādiſ. Nam aut ſūt pueri aut adulti. ſi ſint pueri non eſt differendum baptiſma ¶ Primo qdē quia nō expectat in eiſ maior inſtructio aut plenior conuerſio ¶ Secundo ꝑpter periculū mortiſ ¶ Quia eiſ non poteſt alio remedio ſubueniri niſi per ſacramentum baptiſmi quibuſ baptiſmuſ ꝓdeſt ꝑpter fidem offerentiū & eccleſie ut dicit Aug. de conſe. di. iii c. Illud ꝑſcrutari ¶ Et Iſidoruſ ibidē in. c. Paruuli ¶ Si aūt argueret q actuſ actiuorū ſunt in patiēte & diſpoſito ſecundū Ar. in. ii. de anima. ſed in puuliſ nulla p̄ceſſit diſpoſitio ad ſuſceptionē effectuſ baptiſmi. ergo baptiſmuſ nō pōt cauſare ſuū effectū in paruuliſ. Reſpondet Rich. q illa ꝓpoſitio debet intelligi de actiuo limitate uirtutiſ. Deuſ autem a quo ſunt principaliter effectuſ baptiſmi agēſ eſt īfinite uirtutiſ minor etiā argumēti realiter intellecta falſa eſt quia fideſ eccleſie aliquo mō ad ſuſceptionem baptiſmi diſponit. quare pueri q̄tocitiuſ cōmode fieri poteſt ſunt baptizandi. Si uero de adultiſ loqmur quibuſ ſub/uenire poteſt per baptiſmi deſideriū ut ſupra dictū eſt tūc eiſ ut ait Tho. non ſtatim conuertunt eſt ſacramentū baptiſmi conferendū. Sed oportet differre uſq; ad aliqd̄ certum tempuſ ¶ Primo quidem ꝑpter cautelā eccleſie ne decipiat cōferēſ ſacramētū a credētibuſ ficti ¶ Vnde de cōſe. di. iii. in. c. Iudei. dicit Iudei quorū perfidea frquēter ad uoitū redit ſi ad legeſ catholicaſ uēire uoluerit. viii. meēſeſ iter catecuminoſ eccleſie limē introeaāt. & pura fide uenire noſcunt hāc demū baptiſmi gratiā mereant ¶ Secūda ratio dilatiōiſ eſt utilitaſ eorū qui baptizant qui aliquo temporiſ ſpatio indigēt ad hoc q plene inſtruant de fide & exercitent in hiſ que ꝓtinent ad xp̄ianā uitam ¶ Tertia ratio eſt ſacramenti reuerentia ob quā antiquitus adulti baptizabant in duabuſ precipuiſ ſolēnitatibuſ paſca. ſ. & pent. ut habet de conſe. di. iii. c. De catbecuminiſ. &. c. Duo tempora. &. c. Venerabiliſ ¶ Poſt tamē omitti dilatio p̄dicta aut ꝑpter neceſſitatem puta cum aliquiſ baptizari cupiens eſſet in articulo mortiſ perſecutionis & naufragii ut expreſſe habetur de

UVA. BHSC. IyR_021

cõse.di.iiii.in.c. Hi q Aut qñ illi q sũt baptizãdi apparẽt pfecte istructi in fide & ad baptismũ idonei sicut Phi. statim baptizauit Eunuchũ ut habet Act.viii.c. Et Petrus Cornelĩ & eos qui cũ ipo erãt Act.xi. Quartũ dubiũ utr̃ pctõres ad baptismũ accedẽtes teneãt sua peccata cõfiteri ¶ Respõdet Tho. q̃ duplex est pctorũ cõfessio. una que fit interius deo & hec reqrit ante baptismũ ut. s. homo pctã sua recogitãs de eis doleat. Nõ enĩ põt ichoare nouã uitã nisi eum peniteat ueteris uite ut Aug. dicit in li. de pnia. Alia uero est cõfessio pctõr̃ exterior que fit sacerdoti & talis confessio nõ reqrit ante baptismũ ¶ Primo qdẽ qa talis cõfessio cũ respiciat psonam ministri ptinet ad pnie sacramentũ qd̃ nõ requirit ante baptismũ qa ẽ ianua oĩm sacrãmtorũ ¶ Scõdo quia cõfessio exterior que fit sacerdoti ordinat̃ ad hoc q̃ sacerdos confitentẽ absoluat a peccatis & liget ad opa satisfactoria que babtizatis non sũt ipo/ nẽda scd̃m illud Ambro. in glo. Ro. xi. Gratia dei i baptismo nõ reqrit gemitũ neq; planctũ uel etiã opus aliqd̃ sed solã fidẽ & oĩa gratis cõdonat. que uerba notãt̃ de cõse. di. iiii. in. c. Sine pnia. Baptizati etiã nõ idigẽt remissiõe peccatorũ p̃ clauẽs ecclesie qbus omnia remittũt̃ p̃ baptismũ ¶ Sufficit ergo his q̃ baptizãt̃ cõfessio generalis quã faciunt scd̃m ritũ ecclesie abrenũciantes Sathane & omnibus opibus eius ¶ Si tñ ex sua deuotiõe uellẽt cõfiteri audiẽdi sunt nõ ad hoc q̃ satisfactio eis iponat̃ sed ut cõtra pctã cõsueta eis spũalis uite iformatio tradat̃ ¶ Quintũ dubiũ utr̃ pueri iudeorũ & infideliũ sint iuris parẽtibus baptizãdi. Et rñdet̃ secundũ sniam Ric. di. lxiii. & Tho. xxii. q. x. & iii. pte. q. lxviii. q̃ filii infideliũ aut hñt usũ rõis & annos discretiõis aut non. si sic qm̃ q̃tũ ad ea que sunt iuris dini uel naturalis icipiũt suo potestatis esse Ió ppria uolũtate inuitis parẽtibus baptizari pñt Si uero nundũ hñt usum liberi arbitrii baptizari nõ debẽt qm̃ nũq̃ hoc fecit ecclesia & hoc duplci ratiõe una qdẽ est ppter piculũ fidei si enĩ pueri nũdũ usũ rõnis habẽtes baptismũ suscipient postmodũ cum ad pfectã etatẽ puenirẽt defacili possẽt a pentibus iduci ut reliquerẽt qd̃ ignorã/ ter suscepũt qd̃ uergeret i fidei detrimẽtũ. Alia rõ ẽ qa repugnãt iustitie naturali. filius enĩ ẽ aliqd̃ patris & p̃mo qdẽ a pentibus nõ distinguit̃ scd̃m corpus q̃diu in matris utero continet̃. Postmodũ uero postq̃ a matris utero egredit̃ añq̃ hẽat usũ liberi arbitrii cõ/ tinet̃ sub pentũ cura sicut sub quodã spũali utero. Quod diu enim usũ rõnis nõ habet puer nõ differt ab aĩali irrõnali. Vñ sicut bos

UVA. BHSC. IyR_021

uel equus alicuius est ut utaē eo cū uoluerit sicut ꝓpo instrumēto secundū iura ciuilia ita de iure naturali est ꝙ filius añq̄ hēat usum rōis sit sub cura patris. q̄re iuitis pētibus ñ debet filius baptisma dari Ipi etiā ifideles adulti nullo mō coacti sūt baptizādi ut dicit̄. xlv. di. c. De iudeis qa ut ibi hēt̄ tales nō sūt multi saluādi sed uolētes ut integra sit forma iustitie. Sicut enim ꝓpi arbitrii uoluntate bō serpēti obediens ꝓpria mētis cōuersiōe qsq; credendo saluat̄. Notādū tñ scdm Ric. sequēdo sniam Inno. tertii. i. c. Maiores extra de baptisō & eius effectu ꝙ aliqs pōt cogi ad baptismū suscipiēdū duplici coactiōe. Prima ē coactio absoluta qñ qs baptizet̄ iuitus & penitus cōtradicēs q licet abluat̄ exterius & baptizet̄ scdm debitā formā tñ nec rem nec caracterē suscipit sacramēti. Secūda ē coactio cōditionalis qñ qs terroribus atq; supplicius uiolenter attrahit̄ & ne detrimentū incurrat baptismi suscipit sacramentū talis sicut & is q ficte ad baptismū accedit caracterem suscipit xp̄ianitatis ipressū & ipe tāq̄ cōdicionaliter uolēs licet absolute nō uelit cogēdus est ad obseruantiā fidei christiane. Tertio cōsideremus baptismi q̄litatē. Debet namq; baptismus cōferri qñ a ministris ecclesie dat̄ cū. v. cōdiciōibus. Prima dicit̄ unitatis. Scda similitatis. Tertia modalitatis. Quarta paternitatis. Quinta sacramētalis solēitatis. Pria cōditio que obseruari debet i baptismo dicit̄ unitas. nā unus debet baptizare & nō plures qm̄ si plures baptizarēt aut dicerēt. nos te baptizamus. & hoc nō eēt cōueniēs qm̄ bō nō baptizat nisi ut minister Xp̄i & uicē eius gerēs. Vnde unus ē xp̄s ita oportet unū eē ministrū q Xp̄m repñtet. & iō cōtraria itentio uidet̄ excludere baptismi sacramētū Aut plures baptizarēt unusq̄sq; diceret ego te baptizo & sic qlibet exp̄meret suā itentionē ꝙ ipe singulariter baptismū cōferret. & tūc manifestū est ꝙ ille qui prius uerba pferret daret baptismi sacramētū. Alius uero q̄cūq; ius baptizādi haberet si uerba pnūciare p̄sumeret esset puniēdus tāq̄ rebaptizat̄. Si aūt oīo simul uerba pferrēt aut boīem imergerēt uel aspergerēt eēnt puniendi de iordinato mō baptizādi & nō de iteratiōe baptismi qa qlibet q̄tū i se baptizaret nec traderet aliud & aliud sacramētū. Sed Xp̄s q est unus iterius baptizans unū sacramētū p omnes cōferret. Si aūt quereret̄ an possit unus plures simul baptizare. dicēdū ꝙ i casu necessitatis sic sub hac forma. Ego uos baptizo etc. nec p hoc diuersificaret̄ forma ecclesie qa plurale nō est nisi singulare geminatū p̄sertim cū pluraliter dicat̄ Math.

UVA. BHSC. IyR_021

ultimo. Baptizãtes eos etc. hec Tho. Scda cõditio que in baptismo cõferendo reqrit dicit simultas ut. s. simul sint uerba plata cũ ipa ablutiõe. Dicit tñ Ric. di. iii. q̃rti q uerba & ablutionẽ simul esse põt intelligi tripliciter, aut p realẽ exñtiã unius i alio aut p eorũ coexñtiã in itentiõe. aut i tẽpore. Simultas scd̃m modũ p̃mũ nõ reqrit qa nec possibilis est eo q uerba nõ sũt nata eẽ i ablutiõe nec ecõuerso. simultas mõ scdo reqrit de necessitate explicite ing̃tum necessariũ est q abluẽs & uerba pferẽs intẽdat circa baptizãdum facere qd̃ facit ecclesia. simultas aũt tertio mõ aliquo mõ reqrit de necessitate & aliquo mõ non. Necessariũ. n. est q baptizãs sic abluat & uerba pferat qd̃ scd̃m coẽm usũ illa duo uideant̃ pinere ad actũ unũ qd̃ nõ eẽt uerũ si in mane abluerer & in sero uerba pferret uel ecõuerso nõ est tamen necessariũ q simul pũctualiter utrq; icipiat & termiet sed sufficit q platio uerboz icipiat̃ anteq̃ ablutio terminet̃ uel ecõuerso. debet tamen baptizans illa facere simul q̃tomagis põt bono modo. ¶ Tertia cõditio que in baptismo est seruanda dicit̃ modalitas. Nã ut inqt Ric. & Boñ. Sacerdos debet puerz tenere p latera & uersa facie ad aq̃ debet imergere q̃re autẽ magis faciẽ ad aq̃ & nõ ad celũ baptizãdus tenet̃ debet eẽ in signũ hũilitatis & reuerẽtie. ¶ Quarta cõditio que i baptismo seruãda est dicit̃ paternitatis. Debet nãq; aliqs adesse qui baptizãdũ leuet de sacro fonte. ut Dionisius dicit in li. de ecclesie. hierar. Rõ est scd̃m Tho. qa spũalis regeneratio que fit p baptismũ assimilat̃ quodãmõ generationi carnali. ¶ Vnde dicit̃ prima Petri. ii. Sicut mõ geniti infantes rõnabiles sine dolo lac cõcupiscite. In generatione autem carnali puulus nup natus idiget nutrice & pedagogo. ¶ Vnde etiã in spũali generatiõe baptismi reqrit̃ aliqs q fũgat̃ uice nutricis & pedagogi istruendo eũ q est nouitius in fide de his que ptinent ad uitam xp̃ianã Ad qd̃ plati uacare non p̃nt circa oẽm curã populi occupati & debet eẽ unus q leuat de sacro fonte ut dicit̃ de cõse. di. iiii. c. Nõ plures. Si tñ plures eẽnt cũ oibus cõtrahit̃ cognatio spũalis ut habet̃ extra de cognitiõe spũali. c. Quãuis li. vi. & qui leuat etiã debet eẽ secularis nõ religiosus aut monachus ut dicit̃ de cõse. di. iiii. Nõ licet &. c. Monachi. Debet etiã eẽ fidelis ñ ifidelis ut patet de cõse. di. iii. c. In baptismate. Rõ est scd̃m Tho. quia ifidelis nõ est m̃boz ecclesie cuius pson̄ gerit tenens ad sacramẽta. Et si de facto siue in necessitate leuat uel tenet seu baptizat non cõtrahit aliq̃ cognationẽ spũalẽ. q aũt leuat de sacro fonte aliquẽ

UVA. BHSC. IyR_021

eiuſ pater ſpūalīſ dicīt ut patet. xxx.q.i.ī.c. Ad limīa ī. ſ. Filia. & in.c. Oēſ. & ī.q.iii.in.c. Ita ubi dicīt. Ita diligere debet homo eū q ſe ſuſcepit de ſacro fōte ſicut patrē. & de cōſe.di.iiii.ī.c. Voſ añ oīa de hoc Aug. ita loqt. Voſ āte oīa tam uiroſ q̄ mulieres q filioſ in baptiſmo ſuſcepiſtiſ moneo ut uoſ cognoſcatiſ fideiuſſores apd deū extitiſſe p illiſ quoſ uiſi eſtiſ de ſacro fōte ſuſcipe ideo eoſ ſemper admonete ut caſtitatē cuſtodiāt iuſtitiā diligant charitatē teneāt. Dicit tñ Tho. q patres ſpūles moderno tēpore ad hoc nō ita ſtricte obligant quia ut plurimū hi q baptizant parētes habēt Xpianoſ de qbuſ pſumendū eſt q ſuoſ filioſ diligēter inſtruant. Si tamē quocūq; mō ſētirēt cōtrariū tenēt ſcdm ſuū modū ſaluti ſpūaliū filioꝝ curā īpēdere. Sed non licet effari quot mala quot fraudeſ quo tue lenocīa ſub noīe cōpaternitatiſ fiāt. Taceo illa ne ſcandalizēt hi q deū timētes dū cōpatres fiūt ſacramētū baptiſmi fideliter reuerēter. Vnuſqſq; iudicet ſeipm & uideat ſi qſ ille eſt q cōpaternitatiſ iura fidemq; polluat & q̄ graue nefandumq; ſceluſ cōmittat. Quinta cōditio que in baptiſmo ſeruari debet dicīt ſacramētaliū ſolēnitaſ. Nā ut inqt Tho. Licet ſacramentalia nō ſint de ſubſtantia ſacramēti ſūt tamē ad bene ad excitandū deuotionē fideliū & reuerentiā ad ſacramentū. Scdm uero Boñ. di.vi. q̄rti. Ordo eoꝝ que ſūt ad ſolemnitatē ſacrām̄ti baptiſmi ſcdm cōmunē eccleſie cōſuetudinem hic eſt. Primo exuflat & hoc fit ut uirtuſ diaboli exterior expellat & īterior expellēda ſignificet ſicut patet ex dicto Rabāi de īſtitutiōe clericoꝝ. Et Aug. ī li. de ſymbolo de cōſe.di.iiii.c. Poſt q̄ &.c. Sicut noſtiſ. Scdo ſignū crucis fit in pectore & in fōte ut demō cognoſcat ſe pellendū tam in occulto cordiſ q̄ in apto cōfeſſiōiſ Rabanuſ aūt ubi ſupa & in.c. Poſtea dicit. Poſtea ſignat baptizāduſ ſignaculo ſācte crucis tā in fōte q̄ in corde ut ab eo tempore apoſtata diaboluſ in ſuo uaſe pſtino ſue interēptionis cognoſcēſ ſignaculū iam ſibi de incepſ illud ſciat eſſe alienū. Tertio ſal in ore ponit ut ſeqt Rabanuſ in.c. Ex hic. ut per ſal typicū ſapie ſale cōditus fetore careat īqtatis ne a uermibuſ pectōꝝ ultra putrefiat. ſed magis illeſus ſeruet ad maiorem gratiā pcipiendā. Significat ergo ſal q p baptiſmū ſapiētie ſapor pparat & fetor fomitis reſtrīgit. Quarto fit limitio auriū & nariū cū ſputo & de hoc dicit Rabanuſ ubi ſupra in.c. Poſtea. Poſtea tāgūt ei nareſ & aureſ ſaliua & dicit ei uerbū euāgelicū qd Ieſuſ quādo ſurdū & mutū ſanauit tāgēs cū ſputo linguā eiuſ & mittens

UVA. BHSC. IyR_021

digitoſ in auriculā eiuſ dixit. Effeta qđ eſt adapire. hoc. n. ſacra/
mentū hic agit ut p ſaluā tipicā & ſacerdotiſ tactum ſapientia &
uirtuſ diuina ſalutē eiuſdē catecumini opet ut apiant ei nareſ ad
accipiēdū odorē notitie dei ut apiant ei aureſ ad audiēdū mādata
dei. ¶ Quinto fit iunctio in pectore & ſpatuliſ ut ſignificet gratia
unctiōiſ ad deū amandū & ad bona opa faciēdū. de quo etiā loqt
Rabanuſ in. c. Deīn. ¶ Sexto poſt baptiſmū fit iunctio chriſmatiſ
in uertice ut dicit ibidē Rabanuſ in. c. Poſtq̄ ut Xp̄i regni bap/
tizatuſ pticepſ fiat ut a Xp̄o Xp̄ianuſ uocari poſſit & taliſ ūctio
fit in capite quia ut inqt Ambroſiuſ in li. de ſacramentiſ. Sapiētiſ
ſenſuſ in capite eiuſ. p caput ergo ſcđm Boñ. anima deſignat que
per baptiſmū īpetribiliſ reddit ad cōtēplandū eterna Chriſma. n.
cōfectū eſt ex oleo lucēte & blalſamo cōſeruāte. ¶ Septimo bapti/
zatuſ ueſtit ueſtimēto cādido de quo Rabanuſ in. c. Poſt baptiſ/
mū inqt. Poſt baptiſmū tradit xp̄iano ueſtiſ cādida que ſignificat
īnocentiā & puritatē Chriſtianā quā poſt ablutaſ uetereſ maculaſ
ſtudio ſancte cōuerſatiōiſ īmaculatā ſeruare debet ad rep̄ſētandū
ante tribunal Chriſti. Ambroſiuſ uero in. c. Accepiſti ſic ait Acce/
piſti poſt baptiſmum ueſtimēta candida ut eſſet indiciū q̄ exueriſ
uolūtatē pctōr̄ & indueriſ īnocētie caſte uelamina. Neq; ꝓpterea
tenendū ut ait Tho. q̄ nō liceat xp̄ianiſ aliiſ ueſtibuſ uti quoniam
ueſtiſ illa ut dictū eſt dat ꝓtūc i myſterio ſpiritualiſ ſignificatiōiſ.
¶ Vltimo ponit cereuſ i manibuſ ut ſit lucerna pedibuſ eiuſ uerbū
domini & lumē ſemitiſ eiuſ. Debēt ergo cū neceſſitaſ nō cōtradicit
ſacramēta p̄dicta deuote celebrari cū aliquiſ baptizat quor̄ etiā
nō īmemoreſ eſſe debent hi qui ſūt baptizati Recordare o anima
Xp̄iana ālter in ſacro fonte diabolo abrenuntianſ Ieſu Chriſti
membr̄ effecta es. Recordare quēadmodū in baptiſmo gratia tibi
conceſſa eſt ut ſecundum ueritatem & uoluntatē dei uiuere poſſes.
Recordare inſup qūo in baptiſmo uiam ingreſſa es eterne ſalutiſ.
Noli o infelix peccatrix tantor̄ bñficiorū oblita diabolo coīcare
Noli opera bona negligere. noli uiam paradiſi deſerere. ſed curre
poſt Xp̄m in odorē unguentor̄ illiuſ cuiuſ nomen eſt oleū effuſū
a quo Xp̄o xp̄iani dicuntur ut dicit extra de ſacra unctione. C.
Cum uenīſſet.

¶ Quod per baptiſmū delet culpa. remittit pena & conferatur
gratia. ¶ Capitulū. iii.

Certiū myſteriū declarandū de baptiſmo dicit fructificatio

UVA. BHSC. IyR_021

in quo de fructibus siue effectibus baptismi libet dicere. Et notari p̃nt tres p̃ncipales effectus. Primus dicit deletio culpe. Secundus remissio pene. Tertius collatio gratie. Primus effectus baptismi dicit deletio culpe. p ipsũ etenim delet ōnis culpa tam originalis q̃ actualis ut docet magister. sen. in. iiii. di. iiii. & de hoc dicit Aug. de conse. di. iiii. in. c. A paulo recẽter nato usq; ad decrepitũ senẽ sicut nullus p̃hibendus est a baptismo ita nullus est qui nõ peccato moriat̃ in baptismo. sed pauli tantũ originali. maiores autẽ oĩbus etiam moriunt̃ peccatis que male uiuendo addiderunt originali. Et idem Aug. in. c. Vt ostenderet ait. Nullo excepto dictũ est. s. ab apostolo. Quicũq; baptizãti sumus in Christo in morte ipsius baptizati sumus & ideo dictũ est ut p̃baret nos mortuos eẽ pct̃ō. Et glo. super illud exo. xiiii. Vnus ex eis nõ remansit inqt. Oĩa peccata ablata sunt in baptismo potentia diabolica est submersa. Dicit ergo dominus Boñ. q̃ in baptismo omnis culpa deletur & restituit̃ homo in p̃stinã innocentiã q̃tũ ad animã. Si aũt querat̃ ratio huius dicit q̃ est diuina liberalitas que tantã huic sacramẽto cõtulit efficatiã. Sed posset aliquis arguere sic. Diuersoꝝ morboꝝ diuerse sũt medicine ergo cũ culpe sint diuerse nõ tantũ specie sed genere ut pote originalis & actualis & uenialis & mortalis. ergo ad hoc q̃ curẽt̃ necesse est q̃ diuerse adhibeant̃ spũales medicine. Respõdet Boñ q̃ remediũ potest morbum respicere dupliciter aut q̃a principaliter sit ad hoc. aut quia hoc curat tãq̃ annexũ. scd̃m ergo q̃ diuersi sũt morbi spirituales diuerse etiã sũt medicie sacramentales p̃ncipaliter ad illos ordinate. Si autem morbus hẽat aliũ morbũ coniunctũ & medicina p̃fectã habeat uirtutẽ curãdi non tantũ curat p̃ncipalem sed etiam annexam & sic facit baptismus. Secundus baptismi effectus est remissio pene. Remittit̃ si quidem baptizato omnis pena pct̃ō debita. Vnde Aug. in li. de baptismo paulo ꝝ & habet̃ de cõse. di. iiii. in. c. Per baptismũ inqt. Quicqd̃ ab homie dictũ factũ & cogitatũ est totũ abolet̃ & q̃si nõ factũ habet̃. Et glo. sup illo uerbo psal. quorũ tecta sũt peccata dicit. Ita sunt tecta peccata in baptismo q̃ deus ea non uult punire. Si autẽ diceret̃ q̃ hoc non uidet̃ cõsonum eo q̃ Anselmus in li. cur deus homo ait. Si peccatũ nõ punit̃ inordinatũ dimittit̃ & deus nihil inordinatũ relinquit. Respõdet Ric. q̃ Xp̃s per passionem suam sufficiẽter exoluit penam peccatis debitam que in baptismo remittunt̃. Sed adhuc nõnulli arguũt ostendẽtes q̃ per baptismũ

UVA. BHSC. IyR_021

non remittat omnis pena. Primo qa ut habet de cõse.di.iii.in.c. Ne absit. Iudeis uenientibus ad baptismũ indicẽda est penitentia & abstinẽtia.xl.diey. Secũdo quia uidemus paulos baptizatos qui nullũ peccatũ cõmiserũt post baptismũ multis penalitatibus subiacere & cõstat q nõ inuste. ergo baptismus nõ remouet oẽm penã. Inquit enim Aug.xiii.de trinitate.c.xvi. Oia huius seculi mala dolores labores q hominũ ueniunt de pctõy & maxie de peccati originalis meritis. Tertio arguunt quia baptizatus ante Christi passionem adhuc paradisũ non intrabat. sed clausura illa erat pena peccati. ergo p baptismũ nõ remittit illa pena. Ad primũ respõdet Ric. q illa penitẽtia nõ indicit iudeis ppter sacramẽti efficatiã sed ppter eius reuerẽtiã & iudeoy recipiẽtium baptismũ pbationem. Vnde eis nõ indicebat post susceptionẽ baptismi sed ante. & q̃uis sic obseruaret quõdam tamẽ mõ nõ oportet obseruari. sed q inuit glo. in pallegato.c. Ne absit. nisi eẽt cõtraria cõsuetudo Ad scd̃m respõdet Boñ. d. q distinguendũ est de penis. Quedã enĩ sũt pene eternales & quedã tẽporales. ab omni eternali absoluit baptismus delendo omnẽ culpã. De penis aũt tẽporalibus adhuc est distinguendũ qa quedã cõtrahunt ut fames sitis passionesq; cõtẽporanee uite. quedã ponunt & assumunt ut ieiunia corporalia & spũalia exercitia & laboriosa opa baptismus ergo ut dictũ est absoluit ab omni pena eternali & ab omni pena temporali satisfactoria siue assumpta non autẽ ab omni cõtracta ut pote a fame siti & ceteris similibus. Ratio autem est quia ad hoc ipsum non ordinauit & rõ quare nõ ordinauit est qui cõgruũ fuit q huiusmodi penalitates in nobis ppter tria relinqueret. Primo ppter manifestãdã eqtatẽ diuini iudicii ut illa sententia quam dictauerat de morte Ade & posteriorũ eius immobilis permaneret unde ab illa nemo euadit. Secunda ratio fuit ad ostendẽdum fructum passionis Xpi a qua uirtutẽ sacramentũ habet ut penas remittat psonales nõ naturales quia remediũ respicit personã nõ naturã. Tertia ratio fuit ppter hominem adiuuandũ per huiusmodi etenĩ penalitates adiuuat hõ ut spũaliter uiuat & pugnans coronet. Tho. uero. q. lxix. tertie partis dicit q baptismus habet uirtutẽ auferendi penalitates pñtis uite non tamen eas aufert in presenti uita. qd̃ fit tũ ut baptizati cõformẽt Xpo qui licet a principio sue cõceptiõis fuerit plenus gratia & ueritate habuit tamẽ corpus passibile quod per passionẽ & mortẽ est ad uitã gloriosã resuscitatũ ita & xpianus i baptismo

UVA. BHSC. IyR_021

gratiam consequitꝫ q̃tum ad animam habet tamẽ corpus passibile in quo prox ío possit pati sed tandẽ resuscitabitꝫ ad ípassibilẽ uitã.
¶ Vnde & apostolus Ro. viii. ait. Qui suscitauit Iesú Xp̃m a mortuis uiuificabit & mortalia corpora nostra per inhitantem spiritú eius in nobis. Penalitates ergo uirtute baptismi auferentꝫ a iustis in resurrectione quando mortale corpus hoc induet incorruptionẽ & ímortalitatẽ ¶ Ad tertiú argumentú respondet Ric. q̃ baptismus modo apit celi tauuam baptizato q̃tum ad efficatiam q̃uis hoc nó posset facere ante passionẽ qa particularis remotio clausióis p̃dicte q̃tum ad efficaciã dependet ex uniuersali remotióe illius clausióis q̃ntum ad sufficientiã que per Xp̃i passionem facta est ¶ Tertius baptisí effectus est collatio gratie ¶ Vt enĩ íqt glo. ad Titú. iii. c. in expositione uerború apostoli. d. Saluos nos fecit per lauacrú regeneratióis & renouatióis spús sancti quẽ effudit in nobis abúde. Lauacrú regeneratióis est sacramentú baptismi in quo datꝫ gratia spús sancti & copia uirtutum ¶ Sed nónulli dubitant An pueri in baptismo cósequantꝫ gratiam & uirtutes cum nondú habeant usú liberi arbitrii. & dicit Tho. iii. parte. q. lxix. q̃ quidã antiq posuerunt q̃ pueris in baptismo non dantꝫ gratie & uirtutes sed íp̃mitꝫ eis caracter Christi cuius uirtute cum ad perfectã etatem uenerint consequuntꝫ gratiam & uirtutes. Sed hoc pót esse falsú dupliciter.
¶ Primo quidem q̃ pueri sicut & adulti in baptismo efficiuntꝫ mẽbra Xp̃i unde necesse est q̃ a capite recipiãt ífluxú gratie & uirtutis.
¶ Secundo quia secundum hoc pueri decedentes post baptismú non puenirent ad uitam eternam quia ut dicitꝫ ad Ro. vi. Gratia dei uita eterna. Causa autẽ erroris fuit quia nescierũt distíguere inter habitú & actum & sic uidẽtes pueros inhabiles ad actus uirtutum crediderunt eos post baptismum nullatenus uirtutem habere ¶ Sed ista impotentia opandi non accedit pueris ex defectu habituú sed ex impedimento corporali sicut & dormientes q̃uis habiãt habitus uirtutú impediuntꝫ tamen ab actibus ꝓpter somnú. hec Tho. Ex quibus omnibus colligimus q̃tum debeamus deo nos qui baptizati sumus quibus tam liberaliter sua dona dignatus est imptiri. conari insuper omni studio tenemur uirtutes amplecti ad quas nos faciles reddidit in susceptióe baptismi ut sic mereamur í hoc seculo gratie ꝓfectú & in futuro eterne uite premium. Amen.
¶ Feria. vi. í pasceue d̃ doloribus ãxietatibus & amaritudínibus Xp̃i Iesu quos í sua passióe p totus húani ge. salute sustinuit.

UVA. BHSC. IyR_021

Sermo. lxix.

Oloreſ noſtroſ ipſe portauit. Iſaie ꝓphe. uerba ſũt iſta. liii. c. Paſſionem domini noſtri Ieſu Chriſti tam acerbiſſimam q̃ ignominioſã hodie recolẽteſ a lacrimiſ continere minime debemuſ quinimo flenteſ inuitare debemuſ inſenſibileſ creaturaſ ut mõ ſuo cõpatiantẽ filio uirginiſ in cruce pendenti. d. illud Senece in ꝑma tragedia. Lugeat ether magnuſq; parẽſ etheriſ alti Telluſq; ferax & uaga ponti mobiliſ unda. Tuq; ante omneſ q per terraſ tractuſ q; mariſ fundiſ radioſ. Noctemq; fugaſ ore decoro Quidnam flebiliuſ cõmemorari põt q̃ morſ illa ſeuiſſima dei & ſalu atoriſ noſtri Ieſu Xp̃i. Taliſ memoria inquit Ber. requirit lacrimaſ. Ad illaſ etenĩ noſ ꝓuocat ſancta mater eccleſia hodie nigriſ iduta. Ad illaſ noſ excitat Xp̃ſ Ieſuſ in doloribuſ ſuiſ. Ad illaſ inſuper noſ trahit uirgo illa piiſſima ſpeſ unica mundi Nam ſi pie uolumuſ cõtẽplari uidebimuſ eam uultu meſto. facie ſqualida ſparſo crine ac ſciſſiſ ueſtibuſ ſtãtim ante crucẽ & querula uoce dicentem. O fili mi quẽ de ſpiritu ſancto conceptum deum uerũ & hominem peperi. uideo te inter duoſ latroneſ cruci affixũ & uulneribuſ plenum. O fili mi quem adorant angeli caput ſpiniſ tenenſ coronatum. O fili mi quẽ tanta diligentia dum tenelluſ eraſ enutriui quem ſemper dilexi ſp amaui quia tu me dilexiſti & amaſti genitricẽ tuam. ecce in cruce mortuuſ eſ & extẽctuſ. o pater eterne cõpatere mihi ſue miſerrime matri & plange mecũ tuum ac meũ filium. Et quia id tue nature nõ conuenit precipe illud creaturiſ tuiſ. O angelici ſpirituſ & uoſ mõ ueſtro plãgite mecũ. O celeſtia corpora quorũ pulchritudinẽ uincebat decora facieſ filii mei plãgite illum iſta die inſtar leproſi deformẽ factum. O inſenſibilia elementa. O terra cum tuiſ arboribuſ & plantiſ. O aqua cum tua claritate & admirabili fluxu. O aer cum tua facilitate. O ardenſ igniſ cum tua uiuacitate plãgite mecum factorem ueſtrũ filium meum. O regeſ terre principeſ & quilibet domini plangite mecum dominũ dominantiũ filiũ meum. O populi omneſ & tu precipue o populo xp̃iane quoſ Xp̃ſ tantũ amauit ut & mori ꝓ uobiſ eligeret. plangite illum mecum tam dire mortuũ filium meũ. O uirgineſ O uidue. O continenteſ. O seneſ. O paruuli. lugite mecũ benigniſſimũ dominum ueſtrũ. O matreſ qui filioſ genuiſtiſ ſoluite crinem & per meſta colla capilli fluant implenteſ aerem uocibuſ & dicenteſ mecũ. Fili mi Ieſu Ieſu fili mi. hodie ꝓ peccatoribuſ paſſuſ & mortuuſ eſ. O lumẽ oculoꝝ meoꝝ.

UVA. BHSC. IyR_021

O ſpeſ & ſolatium uite mee. O gaudiū & iocunditaſ mea. Quomō factuſ eſ mihi amaritudo & dolor. Vulneraſti cor meū & trāſſo/diſti illud pungenti gladio. His aut ſimilibuſ uerbis puſſima uirgo noſtram duritiem rumpere ſatagit. Sed quia non ſumuſ a nobis ſufficienteſ horū myſteriorū ut debemuſ cū deuotiōe cōpunctiōe fletu & lacrimis recordari opuſ eſt ut ſupernū imploremuſ auxiliū Et licet in omnibuſ aliis predicationibuſ conſueuerimuſ uirginum uirginē interpellare tamē qa hodie circa filii lamēta eſt occupata gaudiumq; angelice ſalutationis conuerſum eſt illi in triſtitiam & merorē. ideo ad crucem humiliter confugiemuſ illāq; ſalutabimuſ uerba quibuſ eccleſia utitē referenteſ. O crux aue ſpeſ unica hoc paſſionis tempore auge piis iuſtis nā reisq; dona uenia. Et tu pater de celis deuſ concede nobis oībuſ ut per merita crucis filii tui corda noſtra flectere mollireq; ualeamuſ quatenuſ cum lacrimis loqui & audire poſſimuſ paſſionem eiuſ. hac itaq; ſuſcepta fiducia de ipſa paſſione locuturi ad Xpi doloreſ conuertemuſ ſermonem quoſ in uerbis in noſtro themate allegatis Iſaias prenuntiauit. Vt autem ordinate incedamuſ diſtinguemuſ in treſ principaleſ articuloſ hodi/ernam predicationem in quorum quodlibet quatuor doloreſ Xpi pie cōtemplabimur. In Primo articulo quatuor doloreſ.

Primuſ dolor dicitē orationis. Secūduſ comprehenſionis. Tertiuſ deductionis. Quartuſ contradictionis.

In Secundo articulo quattuor.

Primuſ preſentationis. Secūduſ ſentētiatiōnis. Tertiuſ crucifixiōis.

Quartuſ inſpectionis. In Tertio articulo quatuor.

Primuſ illuſionis. Secunduſ collocutionis. Tertiuſ incompaſſionis.

Quartuſ ſeparationis.

Qualiter chriſtuſ in oratiōe uehemēter doluit ꝓpter cōtriſta/tionē. ꝓpter petitionē & ꝓpter cōfortationem. Primi articuli

Dolor Primuſ.

PRimuſ dolor quem Xpūſ Ieſuſ ꝓ nobis tulit & noſ pie illū meditare habemuſ dicitē orationis. Doluitq; dei filiuſ i labo/rioſa oratiōe q̄m poſt cenam fecit ad patrē cuiuſ doloris uehemētia colligi poteſt ex tribuſ. Primo ex cōtriſtatiōe. Scdo ex petitiōe. Tertio ex confortatiōe. Primo apparet uehemētia doloris Xpi ad orandū euntiſ ex contriſtatione. Ad quod intelligendū notare debemuſ quia Io. xix. dicitē q̄ poſt cenam egreſſuſ eſt Ieſuſ cū diſ/cipuliſ ſuiſ tranſ torrentem Cedron ubi erat ortuſ in quē intrauit

UVA. BHSC. IyR_021

ipſe & diſcipuli eiuſ. Et licet Math. xxvi. Marci. xiiii. & Luce. xxii. narretur q̄ hymno dicto exierunt in montem oleuarū. Tñ Aug. de conſenſu euangeliſtarū dicit. q̄ idem eſt locuſ. Ortuſ enī ille erat tranſ torrentem Cedron ad pedeſ montiſ oleueti Ibi poſtq̄ diſcipulis dixit ſcandalū quod paſſuri erant. premonuiſſetq; Petrū in ſe nimium confidentē qualiter eum ter anteq̄ gallus bis cātaret eſſet negaturuſ. Venit cum eis in uillam que dicit Gethſemani & dixit diſcipulis ſuis. Sedete hic donec uadā illuc & orē. Et aſſūpto Petro & duobus filiis Zebedei cepit contriſtari & meſtus eſſe. & ait illis Triſtis eſt aīa mea uſq; ad mortē. Sed hic theologi querūt. Vtr̄ in anima Xp̄i fuerit paſſio triſtitie. Et arguunt quidā q̄ nō. Nam ſapiens ecc. xxx. c. Triſtitiam diſſuadet dicēs. Triſtitiā nō des animе tue & nō affligas temetipſū in conſilio tuo. Et iterū ibi Triſtitiam longe expelle a te. multos enim occidit triſtitia & non eſt utilitas in illa Aug. ſuper. iii. thopicorū ait. Eadem sūt magis eligenda ſine triſtitia q̄ cū triſtitia Sapiens inſuper puerbioꝝ. xii. ait. Non contriſtabit iuſtum qcquid ei acciderit. Sed Ric. & Bon. di. xv. tertii reſpondent q̄ abſq; dubio ſicut magiſter ſen. refert & textus euāgelicus confirmat in anima Xp̄i fuit paſſio triſtitie. Sicut enim ex coniunctione rei amate cum apprehenſione eiuſdē cauſat in appetitu ſenſitiuo paſſio delectationis ſic ex cōiunctiōe rei odite cum apprehenſione eiuſdem cauſatur in appetitu paſſio triſtitie. Et quia reſ de p̄ximo ſuo & certitudinaliter futura conſiderat quaſi iam preſens p̄pter euentus inſtantem p̄pinquitatē & infallibilitatem ideo non ſolum reſpectu rei odite cum eſt preſens ſed etiā reſpectu rei odite infallibilit & de p̄ximo uēture eſt paſſio triſtitie. Vnde ſecunndū philoſophū in. ii. retho. illi qui iam decapitant non timent uidenteſ ſibi neceſſitatem īminere ſed triſtant. Et ideo quia ſenſualitas animе Xp̄i mortē recuſabat cū ap̄hēdit ipſā ut de p̄ximo & infallibilit uēturā tanta fuit in eius appetitu paſſio triſtitie. Aliter tamen fuit in eo triſtitia q̄ in nobis. In nobis enim frequenter cauſat contra & preter imperium rationis quod uituperabile eſt ut patet per auctoritates ſuperius allegatas. In Xp̄o uero non fuit niſi ſecundum imperiū rationis que imperabat ſenſualitatem triſtari moderate ſecundum exigentiam ſue nature Et ideo in ipſo non fuit triſtitia rationē peruertens neq; cōturbās nec de neceſſitate. Ob qd̄ Hieronus ſuper Math. ait. Dominus

UVA. BHSC. IyR_021

noſter ut ueritatē ꝓbaret aſſúpti hominiſ uere quidē cótriſtatuſ eſt. Sed ne paſſio in animo illiuſ dominaret per paſſionem cepit cótriſtari. Aliud enim eſt contriſtari. Aliud incipere contriſtari. hec ille. Cóſideremuſ ergo q̄ benigne dominuſ orbiſ tribuſ illiſ diſcipuliſ aduocatiſ eoſ forte amplexando & nunc ſupra unum nunc ſupra alium dexterā extendendo cum ſuſpiriſ & anxietate multa dicebat. Heu filii mei diſcipuli mei cariſſimi Triſtiſ eſt anima mea uſq; ad mortē. Secundū Nico. de lira li uſq; accipi poteſt dupliciter Vno modo intenſiue quia tantum intenſa erat q̄tum poterat eſſe. Alio modo extenſiue quia durauit uſq; ad horam mortiſ. Secūdo apparet uehemētia doloriſ Xp̄i ex petitiōe. Dimiſſiſ utiq; tribuſ illiſ quibuſ dixit. Suſtinete hic & uigilate mecum. Auulſuſ eſt ab eiſ q̄tū iactuſ eſt lapidiſ ut Lucaſ meminit & poſitiſ geſibuſ orabat di. Pater mi ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. uerūtamen non ſicut ego uolo. ſed ſicut tu. Et uenit ad diſcipuloſ ſuoſ & inuenit eoſ dormientes. Et dixit petro. Sic? Non potuiſti una hora uigilare mecum? Vigilate & orate ne intretis intemptationem. Spūſ quidē ꝓmptuſ eſt caro autem infirma. Iterum ſecundo abiit & orauit ut priuſ. Et uenit iterū & inuenit diſcipuloſ dormientes pre triſtitia. & relictiſ illiſ. iterū ſcdo abiit & orauit. ubi doc. tho. querit utrū illa oratio fuit a ratione aut a ſenſualitate. Et reſpondet Boñ. di. xii. tertii. q̄ de ipſa dupliciter poſſumuſ loq aut q̄ntū ad materiā. aut q̄tum ad formam. ſi loquimur de ipſa q̄tum ad materiam cum materia orationiſ reſpiciat deſiderium petentiſ taliſ fuit petitio ſēſualitatiſ cuiuſ deſiderium erat ad non moriendū ut magiſter ſen. dicit in littera. ſi autem loquamur de predicta oratione q̄ntum ad formam ſic cum forma petitioniſ reſpiciat diſcretionem ꝓponēntiſ & taliſ moduſ ꝓponendi ſit a diſcretione rationiſ concedendū eſt q̄ taliſ oratio fuit uoluntatiſ rationaliſ. Ad qđ meliuſ intelligendum Notandū ſecundū Boñ. & Ric. q̄ cum in Xp̄o ſint plureſ nature intellectualeſ uidelicet diuina & humana neceſſe eſt in Xp̄o plureſ eſſe uolūtateſ quod magiſter i textu per multimodaſ auctoritateſ ſanctorū oſtendit. Vnde ſi numerentē uoluntateſ Chriſti ſecundū naturaſ due ſunt. ſ. diuina & humana ſed ſecundum perſonaſ treſ ſunt. ſ. uolantaſ diuina & uoluntaſ anime rationaliſ & uoluntaſ appetitiua ſenſitiua que extenſo nomine uoluntaliſ uoluntaſ dicitē quia mouetē poſt apprehenſionem quia ꝓprie loquēdo de nomine

UVA. BHSC. IyR_021

uoluntatis uoluntas non inuenit nisi in parte anime rōnali scdm philosophū. iii. de anima. Igit tāq̄ uerus homo cogitans imo clare uidens dominus Ihesus Xp̄s que sibi parabant in p̄ximo passiōes que martyria in suo corpore tolleraturus erat uoluntate q̄dam pietatis dicebat Pater si possibile est transfer a me calicem istum. uerūtamē quia sic est uoluntas tua ut p̄ humano genere moriēdo & patiēdo satisfaciam. Ecce me p̄mptissimum & paratū fiat non qđ ego uolo uel ut carnis sensualitatis sed qđ tu. qā ego idem uolo uolūtate rōnis. O bone Ihesu doctor ueritatis qui cepisti facere & docere. tu nobis dixisti ut orantes loquerem̄ patri tuo uerbum hoc qđ tu in tua agonia sepius replecasti. Fiat uoluntas tua. Ob quod Leo papa in sermōe de passione ait. hec uox fideles instruxit omnes cōfessores accēdit omnes martires coronauit. Nam quis mundi odia quis tēp/tationum turbines quis posset persecutorum superare terrores ubi Xp̄s in omnibus & pro omnibus patri diceret. fiat uoluntas tua? Discant ergo banc uocem omnes ecclesie filii ut cum aduersitas ui/olenter alicuius temptationis incūbit seperato tremore formidinis accipiant tollerantiā passionis. hec ille Tertio apparet uehemētia doloris Xp̄i in sua oratione ex conformatiōe. tam urgens enī erat dolor eius ut & angelus ad eum confortandū mitteret. Apparuit inquit Lucas ei angelus confortans eum Apparitio autē illa scdm Ni. de lira fuit in uisione corporali. ubi ostendit q̄ in eo erat uera humanitas que confortabat contra tristitiam insurgentem in pte sensitiua ex aprehensione mortis imminentis Et factus in agonia plixius orabat. Erat aūt hec agonia reluctatio sensualitatis mortē horrentis & rationis ipsā acceptantis quia uirtute diuina quelibet pars permittebat agere & pati qđ erat sibi ꝓprium Et factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram ex uehemēti enim anxietate fiebat ut non solum humores exirent per sudorē sed etiam aliquid de sanguine sudorem tingente. Secundum uero opinionem aliquorum hoc supernaturaliter factum est ut sic Xp̄s suum sanguinem iam p̄ salute nostra effūdere inciperet Sed non immerito quereret quis posset. Vtq̄ dolor Xp̄i patientis fuit dolor acerbissimus ita q̄ excesserit omnē dolorem quorūcūq; patiētiū. Et respōdet Ric. in. iii. & Bon. di. xvi. & Tho. iii. pte. q. lxvi. q̄ q̄uis dolor Xp̄i non fuerit maximus oim dolorū simpliciter cum dolor damnatorū sit eo maior fuit tamē maximus oim dolorū huius

UVA. BHSC. IyR_021

uire ꝑpter tria. Primo ꝑpter cauſam paſſionis. Scđo ꝑpter modū patiendi. Tertio ꝑpter conditiōem patientis. Primo ſi conſideret cauſa ob quā Xp̄s paſſus fuit in eo doloris afflictio magna. Nō enī patiebat ꝑ culpa ꝓpria imo ꝑ aliena. nō ꝑ amicis ſed ꝑ inimicis & etiam ꝑ his quos uidebat ingratos. Secundo ſi conſideret modus patiendi fuit in eo dolor acerbiſſimus. tū ꝑpter generalitatē quia in omnibus membris affligebat. tū etiam ꝑpter continuitatē quia ſuſpendiū eius continuabat & claui adeo affligebant pendentem. Ob qđ mors confixorū in cruce eſt acerbiſſima quia cōfigunt in locis neruoſis & maxime ſēſibilibus. Tertio ſi conſideret q̄litas ſiue condicio patientis maxima fuit in eo afflictio ꝑpter maximam complexionis eq̄litatem & ꝑpter ſenſus uiuacitatem. Vnde quia nullus potuit ei equari nec in equalitate cōplexiōis nec in uiuacitate ſenſus dolor illius fuit omniū dolorū acutiſſimus. Addit etiam Tho. q ſi cōſideret puritas doloris Chriſti dolor iſte fuit maximus Nam in aliis patientibus mitigatur triſtitia interior & etiam dolor exterior ex aliqua conſideratiō e rationis per quandā diriuationē ſeu redūdantiam a ſuperioribus uiribus ad uires inferiores qđ in Xp̄o patiēte non fuit. Vnicuiq enim uiriū permiſit agere qđ eſt ſibi ꝓprium ſecundū Dama. Ideo Xp̄s Treñ. 1. c. ait. O uos oēs qui tranſitis per uiā attēdite & uidete ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Cuius magnitudinē nos colligere poſſumus cū uidemus Xp̄m ſuam paſſionem cogitantē ſudorem ſanguineum emittere. Vbi eſ o anima rationalis? Quid agis. O inſignita imagine dei tui. Velis obſecro Xp̄o Ieſu oranti ſudanti gementi lacrimāti & agonizanti ꝑ ſalute tua aſſiſtere miſericorditer. Noli dormire illi q nō dormiunt ipſe tibi. Inſpice mentis oculo compaſſiuo q̄nta ꝑ te paſſus ē a die natiuitatis ſue uſq; ad preſentem horam & nunc uigilans & orans feruenter patri ſeipſum offert mortem acerbiſſimam hodie fore paſſurum Et quia homo eſte ogitat in ſeipſo & ſibi ipſi loquit. Heu me filium matris mee hinc ad modicum captus ero ligatus flagellatus deluſus ſpinis coronatus & inter duos latrones in cruce confixus Faciam omnia libenter ut obediam patri meo & redimā humanum genus. Sed heu me quanta ſuſtinebo tormenta. O quanta eſt triſtitia mea & amaritudo cordis mei. Compatere illi anima dura & collige in corde tuo guttulas illas ſanguinis quas ſudando pro te fudit in terram.

UVA. BHSC. IyR_021

¶Quod in comprehenſione uehementer doluit propter Iude damnationem ꝑpter ſuam ligationem & ꝑpter diſcipulorū turbationem. ¶Primi articuli dolor ſecundus.

SEcundus dolor quem criſtus ꝓ nobis ſuſtinuit dicitur comprehenſionis quando. ſ. miniſtri iudeorum comprehenderūt eum & uelut mancipiū uiliſſimum ligauerūt. fuit autē tūc uehemens dolor eius ꝑpter tria ¶Primo ꝑpter Iude dānationē ¶Secūdo ꝑpter ſuam ligationē ¶Tercio ꝑpter diſcipulorū turbationē. ¶Primo fuit uehemēs dolor criſti ꝑpter Iude dānationē. Ipſe nāq; turbā duxit ad locū in quo criſtus orauerat poſtquā erat cū diſcipulis ſuis. Sciebat ipſe enī locū illū qa frequēter cōuenerat illuc cū diſcipulis ſuis ¶Dederat autem ſignū his q criſtū cōprehenſuri erāt. d. Quēcūq; oſculatus fuero ipſe ē tenete eū. hoc autē ſignū ſecūdū glo. dedit eis ne loco criſti caperēt Iacobū minorē q erat ſimilis criſto i facie ¶Accedēs ergo Iudas ad criſtū oſculatus ē eū & dixit Aue Rabi. Cui Ihesus amice inqt ad qd ueniſti. Quaſi dicat ſecundum aliquos ¶Tu oſtendis amicitiā ſigno & ꝑditionē agis de facto ¶Vel melius ſecundū alios ¶O Iuda amice mi quē ego dilexi quē ad apoſtulatū uocaui cui familiarē me dedi cuius pedes i cena laui. cui nūq; diſplicui oſculo me tradis? Cur iſta contra me facis? O amice mi Iuda. cui ſi ad pniam redire uoluerīs uenīam ſum preſtare paratus. Cur me derelinquas? Cur a tuo ꝓpoſito malo aīm tuū non reuocas? Amice mi ſi adhuc me amicum habere uoluerīs licet me tradas i manus īimicorum meorū reuertere tamē ad me & ego ſuſcipiam te ¶O uere benignissimū & manſuetiſſimū dominū qui licet doleret de iniuria quam ſibi Iudas inferebat magis tamen ac magis affligebat de dānatione eius ¶Nam licet criſtus q uidebat omnia dolore nō modico afficeret quādo Iudas cōcepit aīo illū uendere quando Iudas ad principes ſacerdotum acceſſit &. xxx. argenteos in manu recepit. quādo a cena exiuit & ad colligendū cohortem & miſtros ſollicitus ꝑpauit inſup ſuo fetido ore auſus ē ꝑditorie oſculari faciem Ieſu decoram & os eius preciosiſſimū. plus tamē anguſtiabat cū uidebat Iudā ꝑpter ſuā obſtinationē fore dānandū. Sed hic dubitat ¶Vtrū ſi Iudas non tradidiſſet criſtum & iudei nō crucifixiſſent eum fuiſſet humanū genus redemptū. Et reſpondet Alex. in. iii. uolumine ſumme. q; ſic qa in tali caſu ſola uoluntas patiendi ſuffeciſſet ad redēptionē ſiue ad deliberationē ideo non excuſat Iudas a peccato neq; iudei. Et ſi dicat Ro. viii.

UVA. BHSC. IyR_021

Proprio filio suo nō pepcit deus sed ꝓ nobis omnibus tradidit illū. Et Isa. liii¶ Tradidit in mortē animā suā. ergo sicut pater & filius non peccauerūt a simili nō peccauit Iudas neq; iudei. Respondet Tho. iii. pte. q. xlvii. ꝙ eadē actio diuersimode iudicat in bono uel i malo secundū ꝙ ex diuersa radice ꝓcedit. Pater enī tradidit christū passioni ex caritate. ꝙ itelligi possūt uno qdē modo secū/dū ꝙ sua eterna uolūtate preordinauit passionē christi ad huma/ni generis deliberationē secūdū illud Isa. liii¶ Dominus posuit i eo iniquitatē omniū nostrū¶ Secūdo non protegēdo eū a passione sed exponēdo ꝓsequentibus ut Augus. dicit. Ipse uero filius tradi/dit seipm passiōi ꝓpter humilitatē & ex obediētia factus ꝓ nobis obediens usq; ad mortem: ut dicitur philip. ii. Iudas coopatus est passioni christi ex cupiditate & iniqtate¶ Pilatus ex humano ti/more. Et phariseī ex liuore & inuidia ideo ipsi uituperantur & po/tissimū igratissimus Iudas. de quo sic exclamat. Ber. O Iuda mer/cator pessime¶ O ꝓditor auaritissime. Cur non petiuisti a matre. xxx. illos argenteos? Et qa paupercula erat aut mendicasset aut se ipsam potius uendidisset dedissetq; tibi precium ne filium suum ꝓderes innocentem¶ Scđo fuit uehemens dolor xp̄i ꝓpter suam cōprehensionem & ligationem quando. s. a ministris illis ligatus fuit. Ad quod plenius intelligendū querēdū prius nobis est. Vtrū ipse filius dei benedicti uolens passionem sustinuit¶ Et respondeo ꝙ sic. quod patet tripliciter¶ Primo ex scripture confirmatione. Vnde Isa. liii. dicit. Oblatus est qa ipse uoluit¶ Scđo ex p̄nūtia/tione. prenūciauit qdem passionem suam quando dixit Mathe. xvi. ꝙ oportet ire Hierosolimam & multa pati a senioribus & scribis & principibus sacerdotū & tercia die resurgere. Et Mathei xvii. c. quando post transfigurationem precepit discipulis suis. d. Nemi dixeritis uisionem donec filius hominis a mortuis resurgat. Et iterū Mathei. xx. quādo assumpsit. xii. discipulos suos secreto & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolimam & filius hominis tradet principibus sacerdotū & scribis & condēnabūt eū morte & tradēt eū gentibus ad illudendum & flagellandū & crucifigēdum¶ Tercio patet ꝙ uolūtarie xp̄s se obtulit passioni ex facti ꝓbatione. nam iudeos et eos qui cum ipsis erant solo uerbo uirtute sua in terram ꝓstrauit. Quippe cū interrogasset eos quem queritis. illiq; respō/dissent. Ihesū nasarenū. ut eis dixit. Ego sum. abierūt retrorsum & ceciderūt in terrā ut sic declararet uirtus diuinitatis eius. Ob qđ

UVA. BHSC. IyR_021

Auguſtinuſ ſup Io. inquit. Vbi nūc militū cohorſ? Vbi terror & murmur armorū? Vna uox turbā odiſ ferocem armiſq; terribilē ſine telo ullo pcuſſit repulit ſtrauit. Deuſ.enī. latebat in carne & ſempiternuſ dieſ ira membriſ occultabaē humaniſ ut laterniſ & facibuſ quereret a tenebriſ. hec ille. Et ut Chriſoſtimuſ ſequit demū ne qſ dicat quoniam ipſe iudeoſ ad hoc induxit ut ipſum occiderēt ſeipſum in manibuſ eorū tradenſ manifeſte oſtendit eiſ omnia que ſufficiebant eoſ reuocare ¶Sed qa pmanebant in malicia & nullā habebant excuſationem tunc ſeipſū in manibuſ eorū tradidit. ideo iterū interrogauit eoſ poſtq̄ a terra ſurrexerūt & illi reſpōderūt ſicut priuſ Quibuſ ipſe. Dixi uobiſ qa ego ſum ¶Si ergo me queritiſ ſimite hoſ abire. Tūc Simō petruſ gladio pcuſſit Malcū ſeruū pontificiſ abciditq; ariculam eiuſ dexteram Si qſ autē quereret. unde gladiuſ erat Petro Criſoſtimuſ dicit q audienſ Iudeoſ cōtra xp̄m conſpiraſſe armauerat ſe. Theophiluſ uero ait. q hūerat ipſū in cena p uſu agni. Sed xp̄ſ auricula illiuſ ſanata ut Lucaſ refert Petrū charitatiue redarguit. d. Mitte gladium tuū in uaginā An putaſ qa non poſſū rogare patrem meū & exhibebit mihi modo pluſq̄. xii. legioneſ angelorū ubi Hieronimuſ Quaſi dicat nō īdigeo. xii. apoſtulorū auxilio. Etiā ſi omneſ me defenderēt q poſſū habere. xii. legioneſ angelici exercituſ ¶Vnde legio apud uetereſ ſex milibuſ hominū cōplebaē De. xii. legionibuſ. lxxii. millia āgelorū fiūt in quod genuſ hominū ligua diuiſa eſt. hec ille. Subdidit xp̄ſ. Quomodo ergo īplebūt ſcripture pphetarū. Calicē quē dedit mihi pater nō uiſ ut bibam illū ¶Deinde dixit turbiſ ¶Tamq̄ ad latronē exiſtiſ cū gladiſ & fuſtibuſ comp̄hēdere me ¶Quotidie apd uoſ eram docenſ in templo & non me tenuiſtiſ ¶Sed hec eſt hora ueſtra & poteſtaſ tenebrrū hora ueſtra dicit. ſ. uobiſ cōceſſa ad me cōprehēdēdum & poteſtaſ tenebrarū qa diaboluſ tenebrarū princepſ eoſ ad hoc incitabat ¶Tunc illi comprebenderunt. Ieſum & ligauerūt eum ¶O flebile ſpectaculum ¶O dolendū malum ¶O lacrimabile factū uidere illoſ i criſtū ſeuienteſ ¶Nam ut pie poſſumuſ cōtemplari irruerunt in eū frementeſ & rugienteſ leonum more. Alii cepūt eum p capilloſ ſuoſ & uiolēter in terrā pſecerūt Alii gratioſaſ manuſ ſuaſ capiēteſ retrouerterūt. Alii funibuſ duriſ illaſ ligauerūt ¶Alii cathenā collo eiuſ īpoſuerūt ¶Alii cōtumelioſiſ uerbiſ iurabantur ſibi ¶Alii deniq; pugniſ & pomiſ ſuorū enſium pcuſſerūt eū. Quid uideſ o aīa mea ¶Quid audiſ ¶Quid loquor?

UVA. BHSC. IyR_021

De quo dicimuſ q̄ tanta patiebat̄. q̄ ligatuſ erat & tam uiliter op/
preſſuſ & fatigatuſ. nonne ipſe eſt Ieſuſ dei & uirginiſ filiuſ? nōne
rex hominū & angelorū ? nōne creator & gubernator redemp/
tor glorificator & benefactor tuuſ? Cur igitur non ploraſ. Cur
non clamaſ ad ſidera? O Ieſu mi ſaluſ anime mee aſca ꝓpter me
miſeram peccatricem tam dire uinctuſ eſ & catbenatuſ Emoli cor
tuū ad pietatem & cōmiſeratiōnē & ſequere illū meditatione de/
uota quocumq; decetero pget. ¶ Tercio fuit uehemēſ dolor criſti
ꝓpter diſcipulorum turbacionē. ¶ Diſcipuli etenī talia que in xp̄o
fiebant conſpiciebant & ex hoc territi fugierunt eo relicto. & hoc
p̄dixit Zachariaſ ꝓphēta. xiii. c. Percutiā paſtorem & diſpergēt̄
oueſ gregiſ. Sed hic incidit queſtio. utrū ꝓphete p̄dixerūt mortē
xp̄i & paſſionem. Et reſpondeo quod ſic. Nam lact. l. iiii. inducit
uerba Sibylle. d. Et in manuſ impiaſ infideliū poſtea uenīet. dabūt
autem deo alapbaſ inceſtiſ manibuſ & impurato ore expuent ue/
nenatoſ ſputoſ. dabit uero ad uerbera ſimpliciter ſanctū dorſum &
colapboſ accipiēſ tacebit neq; angnoſcat q̄ uerbum ſit uel unde
ueniat ut ſeriſ loquatur & corona ſpinea coronetur. Ipſa enim
inſipienſ genſ deum tuū non cognouiſti ſed ſpiniſ eū coronaſti &
borridū illi fel miſcuiſti. hec ibi. ¶ Sed expreſſe adhuc ſancti ꝓphe/
te paſſionem xp̄i multipliciter p̄nūtiarunt. Dicit nāq; Iſa. v. c.
Incuruabit̄ homo & humiliabitur uir Glo. Rabi Salamon dicit.
Inclinabitur homo & humiliabitur altuſ uel robuſtuſ uirorum. Et
idem exponenſ illud deutero. xxxii. Deum q̄ te genuit dereliqui/
ſti dicit in hebreo Theſſi. i. debilitaſ & obliuiſceriſ deū. Mobo ele
ele mole lecha. i. uulneratum uel occiſum tuum uel afflictum. Et
Treñ. i. c. Hieronimuſ. dixit. Ploranſ ploranit i nocte & lacrime
illiuſ in maxilliſ eiuſ. Glo. Rabi Moyſi habet. Ploranſ erit. ſ. ipſa
Hieruſalem & plorare faciet deū ſanctū. Et Treñ. iii. Nier? in/
quit. Dabit ꝓcucienti ſe maxillā ſaturabitur obꝓbriiſ q̄buſ uer/
biſ conſonat dictū Mathe. v. c. in uirga inquit ꝓcucient maxil/
lam iudid iſrabel. i. xp̄i. Nam Iſa. xxxiii. dicitur. Adonai iudex
noſter. Ado. dator. noſter. Ado. rex noſter ipſe ſaluabit noſ. ¶ Et
Iſa. liii. c. de xp̄o paſſuro ita locutuſ ē. Domine q̄ſ credidit auditui
noſtro. i. paſſioniſ xp̄i myſterio q̄d ego & alii ꝓphete audiuimuſ
a ſpiritu ſcto? Et brachiū domini cui reuelatū ē? q̄ſi dicat paucis.
Et aſcendet ſicut uirgultum coram eo. ſ. xp̄uſ coram deo patre &
ſicut radix. ſ. ſurſum fructificanſ de terra ſiccienti. i. de uirgine nō

UVA. BHSC. IyR_021

humectata uel fecundata humano semine ¶ Et non est ei speciꝭ neq; decor. ſ. in passione & uidimuſ eum & nó erat aſpectuſ & de/ ſideraumuſ eum deſpectum & nouiſſimum uiroꝝ uirum dolorú & ſcientẽ infirmitatẽ & quaſi abſconditus uultuſ eiuſ & deſpectuſ. ſ. ꝑ uerecúdia. Vnde nec reputauimuſ eú ¶ Vere languoreſ noſtroſ ipſe tulit & doloreſ noſtroſ ipſe portauit & noſ reputauimuſ eú quaſi leproſum & percuſſum a deo & humiliatú. Ipſe aút uulne/ ratuſ eſt propter iniqtateſ noſtraſ & attrituſ eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtre ſup eum & liuore eiuſ ſanati ſumuſ. Oñeſ noſ quaſi oueſ errauimuſ unuſquiſq; in uiam ſuã declinauit & dominuſ poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrú. hec ille. q̃ autem predicta prophetia ad litteram intelligatur de Xp̃o patet ꝑ rabbi Moiſen q̃ hoc tenet ut dicit Nico. de lira. De tribulatiõe etiã Xp̃i exponunt doc. iudei illud Iſa. xi ¶ Timoriſ dñi qđ ſeq̃t ad illa uerba. Requieſcit ſuper eú ſpirituſ timoriſ dñi etc. Nam in li. Zãhedri ípbec. i. di. helecy taliter ſcriptú ẽ Vabaribo. i. & moleſtabit eú in timore dominuſ Ibi dicit Rabbi Alexãdri docet q̃ hóraret eum dñſ p̃cepto tribulationú & tormẽtoꝝ. Et Dauid in pſal. xxi. que de xp̃o ſcđm Nico. de lira intelligitur in pſona xp̃i ita dicit Deuſ deuſ meuſ. i. pater róe diuinitatiſ & róe huma/ nitatiſ reſpice í me. ſ. poſitú í afflictione q̃re me dereliquiſti. ſ. in manibuſ iudeoꝝ longe a ſalute mea. ſ. corporali uerba delictorú meorum. i. populi que ſua fecit ſuſtinendo ꝑ eiſ penã. Deuſ meuſ clamabo per diem. ſ. circa horam nonã & nó exaudieſ quia ora/ tio illa p̃cedebat ut dictú ẽ quantú ad ſuam materiã a uoluntate ſẽſualitatiſ & non ad ſſipientiam mibi. ſ. boc cõtigit q̃ nó ſuú ex/ auditus imo magna fuit ſapía ſic redimire genuſ humanú Tu autẽ í ſancto habitaſ. i. oía ſancte facíſ. In te ſpauerút patreſ noſtri & liberaſti eoſ. ſ. de ſeruitute egipti & captiuitate Babiloniſ Que li/ berationeſ fuerút quedam figure liberatióiſ hóim ꝑpter mortem meam facte. Ego autem ſú uermiſ. i. uiſuſ abbominabiliſ & nó hó. ſ. nó ut enſ róe q̃ntum ad opinionem iudeorum qui dicebãt eum demoniacú ob ꝑbriú hominú. ſ. maiorum & phariſeoꝝ & abiectio plebiſ. ſ. populi cóiſ Oẽſ uidẽteſ me deriſerút me locuti ſút labiſ & mouerút caput. ſ. dicenteſ Sperauit in domino eripiat eú ſaluú faciat eum quoniam uult eú Quoniam tu eſ qui extraxiſti me de uentre. ſ. ſup naturam feciſti me naſci de uirgine Speſ mea quia in xp̃o fuit ſpeſ future glorie quo ad corpuſ. In te proiectuſ ſum ex

UVA. BHSC. IyR_021

utero. i. tibi in ſuppoſito uerbi unitus acõceptiõis ꝓncipio de uẽtre matris mee deus meus es tu. i. deũ meũ te cognoui quia aĩa xp̃i ab inſtãti conceptionis fuit repleta uirtutibus ne diſceſſeris a me qm̃ tribulatio proxima eſt & nõ ẽ qui adiuuet Circũdederũt me uituli multi tauri pinguef. ſ. iudei petulantes & auari obſederũt me Apperuerũt ſuper me oſ ſuũ ſicut leo rapiens & rugiens Sicut aq̃ effuſus ſum & diſpſa ſũt omnia oſſa mea ideſt diſcipuli Factũ eſt cor meũ tamquã cera liqueſcens in medio uentris mei Aruit tamq̃ teſta uirtus mea & lĩgua mea adheſit faucibus meis & i puluerem mortis deduxiſti me. Quoniã circũdederũt me canes multi cõſilĩũ malignãtiũ obſedit me. Foderũt manus meas & pedes meos di/ numerauerũt omnia oſſa mea. Ipi uero cõſideraũerũt & iſpexe/ rũt me diuiſerunt ſibi ueſtimẽta mea & ſup ueſtem meam miſerũt ſortẽ Et ite ꝓ pſal. ii. quẽ apoſtoli actuũ. iiii. c. de xp̃o itelligẽdũ teſtati ſũt de eius paſſiõe ita iquit. Quare fremuerũt gẽtes & po/ puli meditati ſũt iania. Aſtiterũt reges terre. i. Herodes q uoca/ bat rex Galilee Marci. vi. & Matthei. xiiii. Et poſitus pilatus q tenebat pro tunc locũ iperatoris unde cẽturio ſub eo cõſtitutus uocatur reguluſ. Io. iii. Et pricipes cõuenerũt in unũ aduerſus dn̄m & aduerſus xp̃m eius. Ad hoc etiam eſt ꝓphia illa. zacharie xii. d. Videbũt i quẽ tráſfixerũt ¶ Sũt & alie plures de xp̃i paſ/ ſiõe ꝓphie q̃s omittimus breuitatis cã & ad diſcipulos reuertimur i captione xp̃i pterritos & fugiẽtes. Neq; credẽdũ ẽ id fuiſſe ſine anguſtia cordis magiſtri ſui etiã & ſine fletu ac plãctu iꝓs. Pu/ to etenim q poſt q̃m uiderũt turbã xp̃m ligãtẽ ab illo aliquãtulũ elõgati fugiendo cum eiulatu & ſuſpiriis dicebant ¶ O magiſter clemẽtiſſime omni melle ſuauior quõ uidemus i te ſeuire malitiã iu/ deoꝝ. Heu & nos miſeri quid faciemus tã gratioſũ patrẽ omitten/ tes. Reliquimus oĩa ut ſequeremur te & nũc certificati ſumus q pñtia tua priuabimur qm̃ occidẽt te phariſei ¶ Hiſ & ſimilibus que relationibus diſcipuli meſti magiſtrũ ſolũ i pſequẽtiũ manibus ac crudeliſſime eũ tractãtium dereliquerũt.

¶ Quod xp̃s uehementer doluit in deductione ꝓpter diſcipuli negationem ꝓpter Anne interrogatioem & propter alaphe pcuſſionẽ. ¶ Primi articuli dolor tertius.

GErtius dolor quem xp̃s pro nobis peccatoribus ſupportauit dicitur deductionis. qñ ut hẽc Io. xviii. ¶ Victus ductus ẽ ad Annam primũ, i. ꝑmo. Cuius cauſa ſubditur. Erat enim ſocer

UVA. BHSC. IyR_021

Caiphe & quia eúdo ad domú Caiphe bẽbant tranſire ãte domú iſtius Anne ideo intrauerũt domú eius ob ipſius reuerentiã Beda uero dicit qa forte diuinitus factũ eſt ut qui erant affines ſanguine ſotiarentur í ſcelere. Tũc autem fuit uehemens dolor xp̃i ꝓpter tria. Primo ꝓpter negationem. Secundo ꝓpter interrogationẽ. Tertio ꝓpter percuſſionẽ. Primo fuit uehemens dolor ille ꝓpter negationem qñ a diſcipulo negatus fuit Vt etiam inquit Io. Sequebat Ieſum Symon petrus & alius diſcipulus .i. Io. ſcd̃m Aug. Diſcipulus aũt ille erat notus põtifici & introiuit cũ Ieſu in atriũ põtificis Petrus aũt ſtabat ad hoſtium foris quem Io. introduxit. Cui ancilla hoſtiaria dixit Nunquid & tu ex diſcipulis eſ hominis iſtius? Dicit ille Nõ sũ. Erat autem Symõ petrus ſtans et caliſacens ſe & ibi ſcd̃o míſtris dixit Non sũ Et tertio reſpõdit cognato illius cuius abſcidit auriculam dñi Nõne ego te uidi in orto cũ illo? Sed dubitaẽ hic de hac negatiõe Petri eo ꝙ uidetur diuerſimode ab euãgeliſtis narrari. Nã Matheus dicit ſcd̃am negationẽ factam ad uocem ancille & Io. dicit ad uocem míſtrorũ ad ignem ſtantium Similiter Matheus dicit tertiam negationem factam ad uocẽ illoꝝ qui ſtabãt. Et Io. ad uocẽ cognati illius cuius Petrus abſcidit auriculã. Reſpõdet Nico. de lira ſequẽdo Aug. decõſenſu euãgeliſtaꝝ. ꝙ p̃ncipalis ítẽtio euãgeliſtaꝝ erat exp̃mere tertiã Petri negationẽ & í hoc oñs cõuenit. De pſonis aũt accuſãtibus ſiue de negationis loco non erat principalis intentio. & ꝓbabile eſt ꝙ multi ad uerba Petri circa eum & cõſimilia uerba dicebant in ꝓperãdo ei magiſtrũ ſuũ & ideo unus euangeliſtarũ exprimit unã perſonam accuſantem & alius aliam. Vnde ſecũdũ ueritatem hiſtorie prima negatio fuit facta ad hiſtorie uocẽ principaliter. Scd̃a ad uocem illoꝝ qui ſtabãt ad ignem fuerunt tamẽ excitati ab alia ancilla. & tertia facta eſt multis eum accuſantibus inter quos principalis erat cognatus illius cuius Petrus abſciderat auriculam. De hac autẽ negatione Petri Criſo. in ſermone ita ait. Idcirco autem diuine prouidentie ſecretum permiſit ut primus ipſe labereť Petrus quo erga peccãteſ duriorẽ ſenteutiam ꝓpriu caſus intuitu temperaret ¶ Petrus enĩ orbis terrarũ doctor & magiſter peccauit & ueniã impetrauit ut hec indulgentie norma & regula iudicãtibus preberet Idcirco nõ angelis arbitror cõmiſſam ſacerdotii poteſtatem ne cum ipſi minime peccarent í peccatoribus ſine miſericordia iudicarent homo paſſibilis ſupra hominẽſ ordinaẽ ut

UVA. BHSC. IyR_021

dum ipſe in aliuſ ſuiſ recolit paſſioneſ mitem apud eoſ ſe prebeat & benignū. hec ille. Scđm autem Nico. de lira ¶Quidam uoluerunt tenere q̄ Petruſ nō negauit xp̄m ex timore mortiſ ſed ex amore noleſ ab eo ſeparı ¶Sciebat. n. q̄ ſi dixiſſet ſe eē diſcipulū xp̄i ſtatī fuiſſet electuſ & ſepatuſ ab eo ¶Sed hoc patet eſſe falſum ꝓpter uerbum xp̄i qui predicenſ Petro q̄ eum eſſet negaturuſ & uidenſ q̄ eſſet de ſe multū preſumēſ ſubdidit Spiritus quidē promptuſ eſt caro aūt infirma. Et q̄ uegatio ex timore ꝓuenerit teſtat Rabanuſ qui ait. Palam coram ōnibuſ negauit qui ſe manifeſtarı expauit. Et de hoc Leo papa ſic dicit Ob hoc autē beſitare permiſſuſ eſt ut in eccleſie p̄ncipe remediū penitentie recōderet & nemo auderet de ſua uirtute confidere Et Hieronymuſ ſic refert ¶Scio quoſdam pio affecto erga apoſtolū Petrū locum hūc ita īterp̄tatoſ ut dicerēt Petrū hominē negaſſe nō deū & eſſe enſū. Neſcio hominem quia ſcio deum. hoc q̄ friuolum ſit prudenſ lector ītelligit. Si. n. iſte nō negauit ergo mentituſ eſt dominuſ qui dixerat ter me negabiſ Et iterū Leo papa in quodam ſermone ſic loquit̄ Feliceſ o appoſtole ſancte lacrime tue que ad diluendam culpam negationiſ uirtutē ſacri habuere baptiſmatiſ. Affuit enī dextera dn̄i Ieſu Xp̄i que labētē te priuſ q̄ deū cereriſ exciperet & firmitatem ſtandi ī ipſo cadēte periculo recepiſti Cito itaq; ad ſolidatem redit petra tamq̄ recipienſ fortitudinem ut qui tunc in Xp̄i expauerat paſſione ī ſuo poſt ſupplitio non timeret ¶Et Grego. in. iii. mor. ita ſcribit Ideo ītuſ & charitatiſ calore Petruſ torpuerat & ad amorē preſētiſ uite quaſi ad p̄ſecutoꝝ prunaſ īfirmitate eſtuāte recalebat Ex quibuſ cōſtat q̄ Petruſ ex timore magiſtꝝ negauit quem tamen ipſe pie reſpexit penitentemq; miſericorditer ad ſe recepit ¶Secūdo fuit uehemēſ dolor xp̄i ꝓpter interrogatiōnem. Interrogabat namq; eū pōtifex Anna de diſcipuliſ ſuiſ & de doctrina eiuſ Scđm Cryſo. īterrogabat eū uelut ſiditioſum & nouaꝝ rerū factorem redarguere uolenſ ¶Sed hic dubiū oritur utrū iſte Anna & ceteri p̄ſecutoreſ xp̄i cognouerūt eū Et q̄ nō ꝓbarı poſſet ex uerbo apoſtoli. i. coꝝ. ii. c. d. Si cognouiſſēt nūq̄ dominū glorie crucifixiſſent. Et de hoc etiam actu. iii. c. Petruſ loquenſ iudeis dixit ¶Scio q̄ p ignorantiā feciſtiſ ſicut & p̄ncipeſ noſtri ¶Verūtamen Tho. iii. parte. q. xlvii. Et Ric. in. iii. dn̄t q̄ iudei nō cognouerunt xp̄m ꝓpter iguorantiā craſſā & affectatā q̄m euidentia ſigna habebant aduentuſ eiuſ & uidebant miracula

UVA. BHSC. IyR_021

que fiebant per ipsum sed ꝓpter odium & inuidiam uoluerũt eum recipere. Ideo. Io. v. xp̃s dixit ¶Si nõ uenissem & eis locutus non fuissem peccatum non haberent ¶Tertio fuit uehemens dolor xp̃i ꝓpter percussionẽ. Narrat enĩ euangelista ꝙ phariseo respõdit. Ego sẽper docui in sinagoga & ĩ tẽplo quo omnes iudei cõueniũt & in occulto locutus sum nihil ¶Quid me interrogas ¶Interroga eos qui me audierũt quid locutus sũ ipsis ¶Ecce hi sciũt que dixerĩ ego ¶Hoc cum dixisset unus assistens ministrorum dedit alapham Iesu dicit Sic respondens pontifici ¶O admiranda patiẽtia mãsue/ tissimi Iesu. percussus in faciem ictu graui manu furibunda. adeo ut secundum quosdam dentes oris eius remouerentur & os sãguinẽ expueret nihil tñ cõtumeliose locutus ẽ illi. sed sic magis innocentiã suam defendit dicens ¶Si male locutus sum testimoniũ perhibe de malo. si autẽ bene cur me cedis ¶Vbi Aug. ait quod ista respõsiõe uerius mansuetius iustius ¶Sed hic dubitatur an xp̃s sic respondẽdo benefecerit cum ipse dixerit Mathei. v ¶Si quis te percusserit in maxillam dexteram prebe ei & alteram. Ipe autem hoc non fecit sed magis percutiẽtem se correxit ¶Ad quod respõdet Aug. quod illud preceptũ nõ datur absolute sed magis secũdum ꝓparatiõem animi quia homo debet habere animũ preparatũ ad hoc faciẽdũ ubi uideret hoc expedire ad honorẽ dei & utilitatẽ ecclesie. alias autem non imo aliqñ expedit iniuriantibus respondere ad ipsorũ & aliorum ĩstructionem sicut fecit hic xp̃s qui licet ita respõderit tamen non solum alteram maxillam iterum percussuro sed totum corpus figiendum pauit in cruce ligno.

¶Quod xp̃s uehemẽter doluit ĩ contradictione propter falsã testificationem propter publicam criminationẽ & ꝓpter sibi factam derisionem. ¶Primi articuli dolor quartus.

QVartus dolor quẽ xp̃s sustinuit in passione pro nobis dicitur contractionis qñ a domo Anne ligatus missus est ad domum Caiphe pontificis in qua uehementer doluit propter tria ¶Primo ꝓpter falsam testificationẽ ¶Secũdo ꝓpter publicã criminationẽ. ¶Tertio propter derisionem. ¶Primo fuit uehemens dolor propter falsam testificationem ¶Vt enĩ dicit Matthеus princeps sacerdotũ & omne consilium querebant falsum testimoniũ contra Iesum ut eũ morti traderẽt & nõ inuenerũt cũ multi falsi testes accessissẽt. Refert enim Nicodemus in euãgelio suo ꝙ cum multi surrexissẽt aliquis eorum dicebat ¶Ego uidi xp̃m miracula facientem. Alter

UVA. BHSC. IyR_021

asserebat. Et ego uidi eum & audiui uerba ueritatis predicantem & similia pleriq; locuti sunt spiritu sancto mouente linguam eorū contra uoluntatem suam. Nouissime autem uenerunt & duo falsi testes & dixerūt ¶Hic dixit. Possū distruere templum dei & post triduū reedificare illud ¶Sed hic orit̄ questio quomodo isti dicūt falsi testes qñ Io. ii. xp̄s dixerat. Soluite tēplum hoc & in tribus diebus excitabo illud. Ad quod rñdet Hieronymus sup Matheum quē sequit̄ Nicolaus de lira q̄ illa uerba que dixit xp̄s itelligunt̄ de templo corporis sui ut ibidē dicitur. Et hoc sonāt uerba ibidē posita que xp̄s dixit nō precipiendo sed predicendo eis quid essēt facturi ¶Vnde sensus est. soluite. i. soluetis templū hoc. s. corpus meum per mortem & i tribus diebus excitabo illud p resurrectionē & non destruam dixit uel possum destruere. Inquit ergo Hiero. Falsus testis est qui non eodem sensu dicta itelligit quo dicuntur possent etiam dici predicti falsi testes ex falsa intentiōe quia intendebant procurare mortem innocentis ¶Secundo fuit uehemēs dolor Xp̄i ꝓpter publicā criminationem. Nam cū taceret & nihil respōderet ad ea que sibi obiciebantur quasi responsione indigna p̄ncep̄s sacerdotū qui ex impatientia de tribunali surexerat ait illi Adiuro te p deū uiuū ut dicas nobis si tu es Xp̄us filius dei. dicit ei Iesus tu dixisti Ad qđ rñdit ꝓpter reuerētiā diuini nois iuocati. Et subdidit ¶Verumtñ dico uobis. amodo uidebitis filiū hominis sedentem a dextris dei & uenientem in nubibus celi ¶Tunc p̄ncep̄s sacerdotū scidit uestimenta sua dicens. Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Audistis blasphemiam Quid uobis uidetur ¶Vbi Hierony. ait. Pōtificē quē de solio sacerdotali furor excusserat eadem rabies ad scindendas uestes prouocat ¶Et Cryso. i omel. i. quit. hoc fecit ut accusationem redderet grauiorē & quod uerbis dicebat factis extolleret ¶Qui autē erant cū pontifice frementes dixerūt. Reus ē mortis ¶Vbi Origen. ait, q̄tū putas fuit erroris ipsam principalem omnium uitam ream mortis pronūciare & per tantorū resurgentium testimonia non respicere fontē uite de quo omnes uiuētes uita fluebat. hec ille ¶Quāuis uero falso illi uolēta morte dignum acclamassent xp̄m tamen dubiū hic incidit ¶Vtrū i ipō necessitas fuit ad moriēdū morte naturali. Et respōdet Ric. in. iii. di. xvi. q. i xp̄o fuit necessitas moriēdi quantū ad humanā naturam que necessitas non fuit contracta nec propter peccatum debite sed fuit uoluntarie assumpta ¶Voluntarie. n. filius dei talē

UVA. BHSC. IyR_021

assūpsit natā humanā ꝙ nisi cā miraculose cōseruaret necessariū erat ꝙ corpus eius resolubile & mortale senio defecisset quamus ualde diu durasset propter excellentissimam complexionem. Fuit ergo in eo necessitas moriendi ratione nature assumpte relicte suo regimini naturali. non tamen fuit necessarium illum mori morte qua mortuus est nisi per comparationē ad diuinā preordinationē Sed adhuc non nulli dubitant. utrum necessitas moriendi in xp̄o subiecta fuerit eius uoluntati humane & quidā tenent ꝙ sic Primo quia secundum Ansel. in li. cur deus homo ¶ Sapietie & iustitie dei repugnat cogere mortem pati sine culpa illū quē iustū ad eternā fecit beatitudinem. sed homo xp̄s numquam habuit culpam & fuit factus iustus ad eternam beatitudinem ergo repugnasset sapiētie & iustitie dei ꝙ xp̄s mortē sustinuisset si uoluisset. Alii uero cōtra/rium asserunt. qm̄ mori ex conditione nature & posse mori numq̄ aliq̄ creata uirtute repugnare uideret ¶ Sed i xp̄o fuit necessi/tas moriendi ex cōditione nature. ergo cum uoluntas humana sit creata non potuit illa uoluntate fieri imortalis ¶ Respondet Ric ad istam. q. ꝙ ut tactum est aliqui dicunt ꝙ necessitas moriēdi in xp̄o subiecta fuit uoluntati humane. Dicunt enim ꝙ per compa/rationem ad necessitatem moriendi Xp̄s inquantum homo tenuit medium inter statum innocētie & nature lapse. in primo enī statu nec natura nec uoluntas suberat necessitati moriendi sed in nobis tā nata q̄ uoluntas subsūt necessitati moriēdi. non sic itelligēdo ꝙ necessarium sit uoluntatem mori sed quia corpus a morte p̄seruari non potest ¶ In natura aūt hūana xp̄i natura suberat necessitati moriendi sed uoluntas p̄erat ita ꝙ nō potuisset mori nisi uoluisset Cui opinioi uidet cōcordare Dama. li. iii. c. xix. di. ꝙ nō p̄cede/bant in domino uoluntatem naturalia. Nihil enim coactum i ipso consideratur sed omnia uoluntaria. Alii autem dicunt contrarium quia ille solus potest mutare cursum & legem nature qui naturam istituit & ordinauit. cū ergo i natura humana xp̄i fuit necessitas moriendi ex conditione nature ergo per aliquā uolūtatē creatā tamquam per causam effitiētem non potuisset preseruari a morte si tamē ex deliberatioe mori noluisset diuina uolūtas eū a morte p̄seruasset. huic opinioni scde magis quā p̄me Ric. ſherere uidet licet itaq; sit sustētabilis nihilominus ꝓpter dicta alia suborit qō ¶ Vtrum xp̄s per uolūtatem seperauerit miraculose animam suam a suo corpore. an uero fuerit seperata ui afflictionum et illatarū

UVA. BHSC. IyR_021

Et reſpõdet Ric. q̃ Xp̃ſ mortuuſ fuit per uiolentiam afflictiõ/
nũ et illatarum concurrente uehemẽtia doloriſ compaſſioniſ que
mortẽ accelerauit. Vnde Petruſ act. ii. dixit iudeis de xp̃o. hũc
per manuſ iniquorum affligenteſ interemiſtiſ. Et. c. iii. Autorem
uero uite interfeciſtiſ. Et ſi argueretur ex dicto Aug. in. iiii. de
trinitate. c. xiii. ubi ait: Longa morte cruciabãtur ligno ſuſpẽſi
Vnde latrõibuſ ut iam morerentur & de ligno iam antè ſabbatum
deponerẽtur crura cõfracta ſũt xp̃ſ autem quia mortuuſ iuẽtuſ
eſt miraculo fuit ergo ſi fuit mortuuſ miraculo non p̃ uiolentiam
mortuuſ ẽ afflctionũ illatarũ. Reſpõdet Ric. q̃ ibi Aug. accepit
miraculum p̃ mirabili quia mirabat Pilatuſ & ſui qũo ita cito eſſet
mortuuſ eo q̃ cauſam acceleratioñiſ mortiſ eiuſ non conſiderabãt
Cuiuſ acceleratiõiſ cauſa fuit uehemẽtia doloriſ cõpaſſiõiſ & tener/
rima cõplexio quã hẽbat & p̃terea p̃ totã noctẽ fuerat afflictuſ
& i crucifigẽdo cum crucifigenteſ grauiuſ extẽderunt mẽbra eiuſ
quam illorũ qui crucifixi fuerũt cum eo quia pluſ eum odiebãt.
Fuit tamẽ aliquo modo morſ illa miraculoſa quia niſi diſpenſatiue
diuina potentia p̃hibuiſſet beatitudinẽ anime xp̃i in ſuũ corpuſ
redũdare. corpuſ xp̃i nulla ĩteruẽiente morte glorificatum fuiſſet
Quod ſi fuiſſet factum nulla uirtute creata potuiſſet illa anima a
ſuo corpore ſeperari hec Ric. Ex quibuſ omnibuſ colligimuſ dñm
noſtrum Ieſũ xp̃m p̃ charitate ſua uoluiſſe unire aĩe ſue corpuſ
paſſibile & mortale ut ſic p̃ nobiſ peccatoribuſ patiẽdo & moriẽ/
do pro noſtriſ debitiſ ſatiſfaceret Iudei autem criminabãtur eum
fore reum mortiſ tamquam malefactorẽ ſeductorẽ & blaſphemũ.
Tertio fuit uehemenſ dolor xp̃i p̃pter deriſionẽ qñ. ſuſq; mane
dimiſſuſ eſt i manuſ ſeruorũ uiliſſimorũ qui expueruut i faciẽ eiuſ
& colaphiſ eum ceciderũt. Alii autẽ palmaſ in faciem eiuſ dederunt
dicenteſ Prophetiza nobiſ xp̃e quiſ eſt q̃ te p̃cuſſit. Et ut inquit
Marcuſ uelauerũt faciẽ eiuſ. & hoc fecerũt ſc̃m aliquoſ ne uidẽ/
teſ dignitſſimã faciem illam pietate uſcerentur. O Ieſu benedicte q̃
dura nox hec eſt i qua a p̃ncipio uſq; ad finẽ getẽ neſciſ. ſed nũc
uno mõ nũc alio corpore & aĩo fatigariſ. O amãtiſſime iuuenis
quãtũ me peccatorem dilexiſti quẽ cum tot laboribuſ paſſionibuſ
& cruciatibuſ redimere uoluiſti. O menſ humana cur tã dura eſ ut
dõmino tuo compati negligaſ qui p̃ cõpaſſione tua ſputiſ det̃ pat̃
alaphiſ ceditur & ab idigniſſimiſ perſoniſ uiliter pertractat̃. Heu
me quid erat iſpicere illoſ ſeuiẽteſ i eũ alioſ trahenteſ capilloſ eiuſ

UVA. BHSC. IyR_021

nónulloſ ſudariú leuãteſ ſpuere í oſ eiuſ quoſdã íportunís uocibuſ clamare in aureſ eiuſ? Hoſ pugnís ꝓcutere pectuſ eiuſ illoſ extẽſa manu uerberare collum eiuſ. O Ieſu mi quantú noſ dilexiſti. Sed noſ miſeri te non diligimuſ. Více o humanú cor uíce torporẽ tuú genuſ humanú & oẽm affectú tnú porrige Ieſu xp̃o. Ecce ꝙ iã appropíquat dieſ & morſ de ꝓximo pro amore tuo ſibi paratur.

¶ Sed ubi eſ o maria mater? Vbi habitaſ? An ignoraſ que circa dilectiſſimú filium tuum gerúẽ. Dicút namq; quidam ꝙ Iohanneſ euãgeliſta dimiſſo Ieſu in domo Caiphe cucurrit uerſuſ Bethaniã ad domum Magdalene ubi uirgo remanſerat qñ xp̃ſ cú diſcipuliſ ſuiſ uenit Hieruſalẽ ad cenam faciẽdam & ibi clamanſ ad hoſtium a uirgine orante tremente & attonita audituſ eſt Aduocauit mox Magdelenã dicenſ ſurge filia & uideamuſ quid nobiſ de filio meo ſignificat Aperta fuere hoſtia domuſ & intrauit Io. eiulanſ flenſ & lacrimanſ dicenſq;. Heu me ueneranda mater quam duruſ tibi nútiuſ aduenio & cú preſingultibuſ uix loq ualeret íterrogabat a uirgine collacrimãte Vbi ẽ filiuſ meuſ? Vbi ẽ Ieſuſ meuſ? Quid actum eſt de filio? Viuit adhuc an iudei interfecerút eum? Heu me doléẽ nimiú Et Io. rñdere poterat atq; dicere. núdú mortuuſ ẽ ſed puto hodie morti erit tradenduſ. Cõp̃hẽderút cní illú í nocte miniſtri iudioꝝ & detinẽt eú unctum in domo Caiphe. aſſerútq; nequã illi phariſei & ſcribe debere morti adiudicari. O quã gelidú túc factú ẽ cor illud uirgineú quamtoue dolore repleta fuit aía eiuſ que ſtatim exiuit domú cum Io. & Magdalena aliſq; comitantibuſ Hieruſalẽ feſtina petenſ. Cum autem intrauit ciuitatem tranſeúteſ quoſdam interrogabat dicenſ illud canti. iii. Num quẽ diligit anima mea uidiſtiſ filiú meú unicum? Et illi interrogabant qualiſ eſt dilectuſ tuuſ? Et illa Dilectuſ meuſ candiduſ & rubicúduſ filiuſ meuſ pulcher & decoruſ ſáctuſ morigeratuſ uirtutibuſ redimituſ gratia pleuuſ etatiſ xxxiii. annorum & mihi cariſſimuſ

¶ O fili mi Ieſu ubi te inueniã? Circuibo ciuitatẽ p uicoſ & plateaſ ut te querã ut te inueniam ut te uideam ut cõplectar ut aloquar priuſq̃m moriariſ. Perrexit tandem uſq; ad domum pontificiſ ubi multitudinem cõgregatã inuenit qm̃ ad Pilatú Ieſuſ xp̃ſ mittẽduſ erat ¶ Temptabat ad filium propare & non ꝓmittebat Clamabat altiſona uoce. Fili mi Ieſu Ieſu fili mi. Audiebat tunc forte filiuſ lam̃tãtẽ matrẽ & adaugebat ãguſtia mẽtiſ eiuſ. Nã q̃to iter eoſ amor erat uehementior tanto utriuſq; dolor compaſſioniſ intẽſior

UVA. BHSC. IyR_021

Cõpatiebatur utiq; mater filio. compatiebatur filius compassiue matri ¶Sed ut deuotius hanc partem exoluamus querendum est. ¶Vtrum uirgo gloriosa magis dilexerit filium suum quam aliqua alia mater filios suos ¶Ad quod ego respondeo q̃ sic & probo hoc multiplici rõe ¶Primo rõe claritatis. Clare enĩ uirgo cognoscebat & certissima erat q̃ a filio sũme diligebat. & cũ firmiter crederet ipsum esse deum in suo utero incarnatum sciebat illũ eam diligere p̃ ceteris creaturis & humanis & angelicis. q̃re cor eius ĩ illũ amabat ut illum diligeret a quo sciebat magnopere se fore dilectã ¶Scõo hoc probo rõe sanctitatis. Diligebat uirgo filiũ suũ copiosissime quem plenum sanctitate gratia omniq; uirtute diligẽdum cẽsebat ¶Tertio hoc p̃bo ratiõe totalitatis. fuit enĩ beata uirgo ita mater xp̃i ut ab ea sola spiritu sancto cooperante corpolentã substãtiã acciperet. quare amor qui debet esse patris & matris ad filium erat in uirgine sola ad xp̃m ab ea genitum ¶Quarto hoc probo ratiõe diuturnitatis. Amor enim quanto diuturnior tanto uehemẽtior. cũ ergo filium suum uirgo dilexerit per annos .xxxiii. absq; ulla p/turbatione cõsequens est q̃ eũ diligebat in etate florẽti tã cõstitutũ ultra quam dici possit. ¶Quito hoc p̃bo ratione familiaritatis nũq̃ enĩ iuuentus est aliquis filius q̃ ita blande ita reuerẽter ita dulciter ita familiariter conuersaretur cũ parẽtibus suis sicut xp̃s faciebat cum uirgine matre. non enim dubitare quispiam posset q̃ per tot annos quibus xp̃s cum matre conuixit nõ fuerit liquefactum cor eius ĩ amorem illius a quo totiens uocari matrẽ se fẽcit quẽ et ipsa filium sepe nominabat ¶Quare firmiter teneo q̃ uirginis amor ad xp̃m uincebat omnem amorem quorumcunq; parentum q̃ tener/rime filios suos diligunt aut dilexerunt.

¶Quod xp̃s ĩ p̃sentatione uehemẽter doluit p̃pter accusationẽ propter flagellationem & propter coronationem.

¶Secundi articuli primus dolor.

Secũdi articuli primus dolor Iesu xp̃i dicitur presentationis Cum enim Pilato fuit presẽtatus doluit uehemẽter & p̃pue propter tria. ¶Primo propter accusationẽ. Secũdo p̃pter flagel/lationẽ ¶Tertio propter coronationem ¶Primo doluit uehemẽter propter accusationem ¶Ad quod intelligendum cõmorandum est q̃ euãgeliste tradũt uidelicet q̃ mane aductus fuit Iesus a do/mo Caiphe ad domum Pilati presidis in pretorium. Erat autem pretorium locus ubi audiebantur & examinabantur rei. & ipsi nõ

UVA. BHSC. IyR_021

introierunt iudei in pretorium ut nó cótaminarẽtur ex ingressu domus hominis gentilis sed mãducarent pasca. i. azimos panes qui a iudeis p̃ dies. viii. comedebatur. O ipia cecitas Alienigine iudicis pretorio contaminari timebant & fratris innocentis sanguinem non timebãt. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras dicẽs. Quã accusationẽ affertis aduersus hominem istum? Responderunt. Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eũ ¶ Vbi Aug. Interrogentur atq; respondeant ab immundis spiritibus liberati. Ceci uidentes. mortui resurgẽtes. utrum sit malefactor Addiderunt etiam quod Lucas dicit. Hũc inuenimus subuertẽtẽ gentẽ nostrã & p̃hibẽtem tributa dari Cesari. & dicentẽ se xp̃m regẽ esse. Dixit eis pilatus Accipite eum uos & secundum legem uestram iudicate eum. Quasi dicat ¶ Si sufficit uestra examinatio sufficiat & uestra sẽtẽtia. Nã ut dicit Nicolaus de lira. Romani aliqua minora iudicandi permiserant iudeis retinẽtes sibi penam mortis & causam sanguinis Iõ per hanc responsionem inhibebat ne xp̃o mors inferretur. Et iõ illi intendentes eũ morti adiudicari respondebant. Nobis nó licet interficere quem q̃m. Introiuit ergo iterum in pretorium Pilatus & interrogauit Iesũ. Tu es rex iudeorũ? Vbi queritur q̃re Pilatus sic eum interrogabat. Et respondet Nico. de lira q̃ cum iudei accusassent eũ de tribus uidelicet qa subuerterat gentẽ. & p̃hibuerat tributa dari Cesari. & dixerat se esse regẽ. De duobus p̃mis pilatus non curauit inquirere. Non de primo quia ipse gentilis erat & non iudeus. non etiam de secundo quia sciebat illud esse falsũ. sed tantum de tertio eo q̃ romani nomen regium a iudeis abstulerãt Respondet Iesus A temetipso hoc dicis. an alii tibi dixerũt de me Quasi dicat. Concepisti hanc opinionem de me per temetipsum? Vbi Crysostomus ait. Non ignorans interrogat. sed ab ipso accusari iudeos uolens. Vnde sequitur euangelista. Respõdit Pilatus Nunquid ego iudeus sum? Gens tua et pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid feciśti? Respondit Iesus Regnum meum non est de hoc mundo. Quasi dicat. non quero temporalem dominationem Dixit ei Pilatus Ergo rex es tu? Respondit Iesus ¶ Tu dicis quia rex sum ego ¶ Ego in hoc natus sum & ad hoc ueni in mundo ut testimonium prohibeam ueritati. Omnis qui est ex ueritate audit uocem meam. Dicit ei Pilatus. Quid est ueritas? Et nõ expectato responso exiuit ad iudeos dicens Ego nullam inuenio in eo causã & ut liberaret eum de furore ipsorũ p̃posuit secundũ cõsuetudinẽ

UVA. BHSC. IyR_021

quam habebāt. ſ. in ſolemnitate paſce ut unū reū morte peterent liberandum an uellent Xp̄m eē illum uel Barrabā q in carceribuſ ꝓpter maleficia ſua detinebaē & populo erat odioſuſ. Clamauerūt autem omneſ. Non hunc ſed Barrabam. O quali gladio feriebaē tunc cor uirginiſ matriſ quādo audiebat borribileſ illoſ clamoreſ iudeorum petentium ꝓtiuſ liberationē Barrabe latroniſ q̄ filii ſui innocentiſſimi. Dixit Pilatuſ iudeiſ ¶ Quid igitur faciam de Ieſu qui dicitur Chriſtuſ? Dicunt oēſ. Crucifigaē. Et ille ¶ Quid iquit mali fecit? R̄nderunt. Cōmouit populum per uniuerſam Iudeā incipienſ a Galilea uſq; huc ¶ Quare Pilatuſ miſit Ieſum ad He/rodem Galilee tetrarcham qui illiſ diebuſ Hieruſolimiſ erat. Et cum Ieſuſ benedictuſ nullum uerbū coram eo dixiſſet ſpreuit illū Herodeſ cū exercitu ſuo & illuſit īductum ueſte alba & remiſit ad Pilatum. Pilatuſ autem conuocatiſ principibuſ ſacerdotum dixit eiſ uolenſ eripere Chriſtum de manibuſ eorū. Ego nullā cauſam inuenio i hoīe iſto ex hiſ in q̄buſ eū accuſatiſ. Sed neq; Herodeſ. Nam remiſit eum ad noſ & ecce nihil dignum morte actum ē ei. At illi clamabāt. Noſ legem habemuſ & ſcd̄m legem debet mori. Dixit eiſ Pilatuſ. Corripiam eum & dimittā. O Pilate ſi innocenſ eſt cur corripieſ? ſi reuſ cur dimitteſ ¶ O q̄m laborioſa fuit morſ Ieſu Xpi: tādiu maligniſ cōſiliiſ criminationibuſ accuſationibuſ & clamoribuſ exquiſita. Secūdo doluit Xp̄ūſ uehemēter propter flagellationē q̄n ut refert Marcuſ Pilatuſ tradidit Ieſū militibuſ flagellandum ¶ Vt enim doctoreſ dicunt. Ligauerunt illi Ieſum denudatum ad columnam quādam & flagellauerunt eum a pl̄ā a pediſ uſq; ad uerticē. Et ut ait Gregoriuſ Nazāzenuſ Caro xp̄i flagellata poſt liuoreſ ſanguinem ex omni parte ſcaturiebāt quo etiam terra ſub pedibuſ Ieſu & columna ipſa atq; flagella madefi/ebant. Et ut arbitror poſt crudelem illam flagellationē cum ſol/uiſſent eum pre debilitate nimia & doloriſ immenſitate in terram cecidit ſanguine ſuo irrigatam dn̄uſ noſter Ieſuſ. Sed hic theologi querunt ¶ Vtrū in Chriſto fuit uera doloriſ paſſio. & quidam licet non dicere uoluerint q̄ nō arguēteſ dicūt primo ex dicto Hilarii d. in. x. li. de trinitate ¶ Virtuſ corporiſ ſine ſenſu pene uim pene in ſe deſeuiētiſ excepit. ueruſ autem dolor nō eſt ſine ſenſu pene. ergo etc ¶ Secundo adducunt dictum Dionyſii qui ad Iohannem euangeliſtam ita ſcribit. Abſit ut ita inſaniam ut credam ſanctoſ aliquid paſi ſcd̄m corporiſ paſſioneſ. ſed ſolum credo noſ iudicare

UVA. BHSC. IyR_021

ipſoſ ſentire. ſi ergo ſancti nō ſentiunt paſſioneſ niſi ſcd̄m iudiciū & nō ſcd̄m experientiā ergo patiendo nō ꝓbēt dolorē uerū & ꝑ cōſequēſ multominuſ nec ſanctuſ ſanctoꝝ xp̄uſ ¶Tertio conant̄ ꝓbare opinionē ſuam exemplo Moyſi qui ieiunauit. xl. diebuſ & xl. noctibuſ ſine aliqua corporiſ leſione ꝓpter continuā cōtem/plationem ſi ergo perfectio contemplationiſ aufert paſſionem & ſenſū famiſ pari ratione uidetur ꝙ aufert ſenſum doloriſ in carne paſſibili ¶Sed in Xp̄o fuit continua contēplatio & perfectiſſima ergo uidet̄ ꝙ nulla fuit in eo doloriſ expientia ¶Sed cōtra hanc opinionem eſt omniſ ſcriptura ſacra ¶Vnde in pſal. in pſona Xp̄i dicit̄. Afflictuſ ſum & humiliatuſ ſū nimiſ ¶Et iterꝝ ¶Ego ſū pauꝑ & dolenſ. Et iterum. Super dolorem uulnerum meoꝝ addiderūt. ¶Propterea dicunt theologi di. xvi. tertii li. ꝙ uera doloriſ paſſio fuit in Xp̄o quoniam in eo fuit caro paſſibiliſ & ꝑforabiliſ. fuit etiam uirtuſ ſentiendi ſcd̄m quam anima compatit̄ corpori leſo. Et quoniam hec duo uerum dolorem faciūt. ſ. uera leſio & ueruſ leſioniſ ſenſuſ. & hec duo uere fuerunt in Chriſto indubitanter tenendum eſt ꝙ in ipſo uera fuit doloriſ paſſio. Ad dictum autem Hilarii rn̄detur ꝙ ſecundum quoſdam dictum illud retractauit. Vel poteſt dici ꝙ Hilariuſ in uerbo p̄dicto non excludit ſenſum doloriſ a Chriſto ſecundū humanam naturam ſed ſcd̄m diuinam. ¶Vnde uerba illa referēda ſunt ad pſonam Xp̄i ¶Vel ut magiſter ſen. exponit dicere poſſumuſ ꝙ Hilariuſ non uult oſtendere xp̄m non habuiſſe ueꝝ dolorē ſed non habuiſſe cauſam doloriſ quoniā paſſuſ eſt ꝓpter delicta noſtra. Ad ſcd̄m uero. ſ. uerbum Dionyſii dicit Boñ. ꝙ Dionyſiuſ non uult dicere nec ſenſit ꝙ beatuſ Io. & alii ſancti non expiantur dolorem in tormentiſ ſed uult cōmen/dare conſtantiā mentiſ que non magiſ cōmouebat̄ ex expientia ſenſuſ q̄ commoueretur ex ſola conſideratione & iuditio rationiſ. Ad tertiū uero ꝙ obiiciebatur de Moyſe dicēdum ꝙ & ſi dulcedo contēplationiſ quodamodo ipſum reficeret & a ſenſibuſ exterio/ribuſ abſtineret a deo ut naturaleſ uirtuteſ quodamō conſopiret ut non ita conſumerentur & cibum requirerēt. tn̄ ꝙ tāto tēpore ieiunauit ſine ſui leſione hoc fuit ꝓ ſpeciale beneficium & diuinū miraculum. & ideo non habet locum in propoſito. quia Xp̄uſ in paſſione ſua nō exercuit miracula potētie. ſed potiuſ uſuſ ē armiſ patientie ¶Tertio doluit uehementer Xp̄ſ ꝓpter coronationem. quādo militeſ duxerunt eum in atrium pretorii & induerunt eum

UVA. BHSC. IyR_021

purpura & ſpoſuerunt capiti eiuſ coronam ſpineam & circunde/derunt eũ. Et ueniebant ad eum illudenteſ &. d. Aue rex iudeoꝝ & expuebant in eum & dabant ei alaphaſ & percutiebant caput eiuſ¶Et caput illud angelicis ſpiritibuſ tremendum ut Bern̄. ait: ſpinaꝝ denſitate pungebatur. Nam corona illa de iunciſ marinis ad modum ſpinaꝝ acutis erat confecta ut dicit Nicolauſ de lira At Pilatuſ fecit Ieſum ſic coronatum & purpura ueſtitum uelut contemptibilem & abiectũ exire. Dixitq; iudeis. Ecce homo. q̃ſi dicat. punitus ẽ ideo debet uobis ſufficere. At illi magis clamabãt Crucifige crucifige eum. Et poſt multa addiderunt. Si hunc di/mittis non es amicus Ceſaris. Omnis enim qui ſe Regem facit cõtradicit Ceſari. Et cum talia agitarentur. miſit ad pilatũ uxor eius. d. Nichil tibi & iuſto illi Quaſi dicat. Nullo modo eum cõ/demnes ſed magis dimitte. Multa enim ſum hodie paſſa p uiſum ꝓpter eũ. Quia ut dicit. Rabanus diaboluſ apparuerat ei moueſ eam terroribus ad liberationem chriſti uolens ſic impedire hoim ſalutem. Sed dubitatur utꝝ uiſio predicta facta fuerit in ſomno uel uigilia. Et rñdet Nicolauſ de lira q̃ hoc non habetur exp̃ſſe creditur tamen magis q̃ fuerit in ſomno.

¶Quod xp̃s in ſententiatione uehementer doluit propter onerationem ꝓpter aſſotiationẽ & ꝓpter lamentationẽ.

¶Secundi articuli dolor ſecunduſ.

SEcunduſ dolor ſecundi articuli dicit̃ ſentẽtiationis¶Videns namq; Pilatuſ non poſſe iudeoꝝ furorẽ ſedare nec mitigare quinimo audiebat eoſ magno cum tumultu clamanteſ¶Si hunc dimittis non es amicus Ceſaris accepta aqua lauit manus coram populo. d. Innoceus ego ſũ a ſanguine iuſti huius. Voſ uideritis. ¶Vbi Remigius ait. Moſ erat aput antiquoſ ut cum ueller quis oſtendere ſe immunem eſſe ab aliquo crimine accepta aqua lauit manus ſuas corã populo. Et reſpondens uniuerſus populus dixit Sanguis eius ſuper noſ & ſuper filoſ noſtroſ. Quare Pilatus bu/mano timore uictus pro tribunali ſedens ſecundum ordinem curie ſue ſententiam iniuſtam contra Ieſum protulit ut crucifigeretur Tunc amantiſſimus noſter Ieſus cruciatus eſt ꝓpter tria¶Primo propter onerationem¶Secundo propter aſſociationem¶Tertio propter lamentationem¶Primo cruciatus eſt propter onerationẽ quando. ſ. crux onerosa & dura humeris ſuis fuit impoſita¶Tũc enim cum de domo Pilati uerſus montẽ caluarie duceretur añq̃

UVA. BHSC. IyR_021

deuenisset ad locum ut dicit ī quadam historia afflicta & mesta mater eius obuiā illi pcessit uolens illum tāgere & amplecti. quā ut filius aspexit merore confectam cecidit fatigatus sub cruce. Ipa etiā mater dulcissima quasi mortua in terrā ruit. Ob qđ in loco illo ī huius facti memoriā capella a fidelibus cōstructa fuit que sancta Maria de spasmo nuncupat. Tādem iudei angaria/ uerunt hominem cyreneum nomīe Symonem ut tolleret crucem Iesu. Quoniam ut aiūt quidam cum sepius temptasset Iesus illam portare pre debilitate ferre amplius non ualebat. Curre o anima mea curre uelociter & humeros tuos subice illi cruci ī qua Iesus. dei filius opabit salutem tuam imo omnium saluando. Sed hic doctores querunt quare xp̄s bn̄dictus pati uoluit mortē crucis. Et respōdet. Tho. iii. pte q hoc fecit ppter. vii. rationes. Prima ratio est ppter exemplū uirtutis. Dicit enim Augustinus in li. lxxxiii. q. Sapiētia dei hominem ad exemplū quo recte uiuere/ mus suscepit pinet aūt ad uirtā rectā ea que non sunt metuenda nō metuere. Sunt aūt hoies qui q̄uis mortē non timeant genus tñ mortis horrescunt. Vt ergo nullum genus mortis recte ui/ uēti hōini metuendum eēt. illius hōis cruce oñdendum fuit. nihil enī erat inter oīa genera mortis illo genere execrabilius & for/ midabilius. Secūda rō est qa hoc genus mortis maxime cōueniēs erat satisfactioni p pctō p̄mi pentis. Vnde Augustinus dicit in quodā sermone de passioē Cōtempsit Adā pceptum accipiens ex arbore sed quicqd Adā pdidit Xp̄s ī cruce inuenit. Et Ambro. de Xpo ita ait. De pentis proplasti fraude facta condolens qñ pomi noxialis morte morsu corruit ipe lignū tūc notauit damna ligni ut solueret. Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat mul tiformis pditoris ars ut arte falleret & medelā ferret inde hostis unde leserat. Et ite ecclesia dicit. Omp̄s eterne deus qui salutē humani generis ī ligno crucis cōstituisti ut unde mors oriebatur inde uita resurgeret & qui ī ligno uicebat in ligno quoq; uicereē. Tertia ratio est quia ut dicit Chrisostimus ī sermone de passione In excelso ligno & non sub tecto passus est ut etiam ipius aeris natura mūdaretur. Sed & ipa terra simile bn̄ficium sentiebat de/ currentis de latere saguis stillatione mūdata. Et idē Crisostimus sup Io. inquit. Audiens suspensionē intelligas in altū ut sanctifi/ caret aerem q sanctificauerat terrā ambulando ī ea. Quarta rō est qa p hoc q xp̄s in cruce morit ascensum nobis parat ī celum

UVA. BHSC. IyR_021

ut Chrſoſtimuſ dicit¶Quinta ratio ē quia hoc cōpetit uniuerſali ſaluationi totiuſ mundi. nā figura crucis ut ait Grego. Niſſenuſ a medio cōtracta in quatuor extrēa ꝓtita ſignificat uirtutē & ꝓ/uidentiam eiuſ q ī ea pendit ubiq; diffuſam Criſo. etiā dicit q ī cruce expānſis manibuſ morit ut altera mānu ueterē populū altera eoſ q ex gētibuſ ſūt trahat¶Sexta ratio ē quia ꝓ hoc genuſ mortis diuerſe uirtuteſ deſignāt. Vñ Augu. dicit ī li. de. gratia ueteris & noui teſtamēti¶Nō fruſtra tale genuſ mortis elegit ut latitudinis & altitudīs & lōgitudīs & ꝓfūditatis de ꝙbuſ apoſtoluſ loquit ma/giſter exiſteret. nā latitudo ē ī eo ligno q trānſuerſū deſup figit. hoc ad bona opa ptinet qa ibi extendūt manuſ. lōgitudo ē in eo ligno qđ uſq; ad terrā trahit quo crux ſtat ſiſtitur & ꝓſeuerat qđ lōganitati tribuit. altitudo eſt ī ea ligni pte que ab illa que tranſ/uerſa figitur uerſuſ ſurſum relinquitur hoc eſt ad caput crucifixi qa bñ ſperantiū ſupna expectatio ē tā uero illđ ex ligno qđ fixū occultatur ūde totū illđ exurgit ſignificat ꝓfūditatē gratuitate gratie. Et ſicut etiā Augu. dicit ſup Io. Lignum in quo fixa erāt mēbra patiētis ad cathedrā fuit magiſtri docētis¶Septīa rō ē quia hoc genuſ mortis plurimis figuris rñdet Vt enim Auguſti. dicit in ſermone de paſſiōe. In diluuio aquaꝝ humanū genuſ arca lignea liberauit¶De Egypto dei populo recedente Moyſeſ mare uirga diuiſit & Pharaonem proſtrauit ac populum dei redemit. Idem Moyſeſ lignū ī aqua miſit & amaritudinē eiuſ ī dulcedinē cōmu/tauit. Ex lignea uirga de ſpūali petra ſalutariſ ūda ꝓferē Et ut Amalech uīceret contra uirgā Moyſeſ expānſis manibuſ extēdit Et lex dei arce teſti credit lignee ut his oībuſ ad lignū crucis ꝓ quoſdā graduſ ueniat. Scđo cruciatuſ eſt Criſtuſ ingenti dolore propter aſſociationē. Aſſociatuſ namq; eſt cū duobuſ latronibuſ ſicut ꝓdixerat Iſa. liii. c. Et cū ſceleratis deputatuſ eſt¶Vbi doc. querūt. utꝝ hoc cōueniēter ſit factū. et rñderūt q ī hoc alia fuit intētio iudeoꝝ alia ordinatio dei quātū ent ad intentionē iudeoꝝ ſic dicit Chriſo¶Duoſ latroneſ utriq; crucifixerūt ut eoꝝ ſuſpiti/onis fieret ptcepſ. ſed nō ita euenit. nā de aliis nil dicit huiuſ aūt ubiq; crux honorat. Regeſ diademata deponēteſ aſſumūt crucē ī purpuris in diadematibuſ maxīs ī mēſa ſacrata ubiq; terraꝝ crux emicat. q̄ntū uero ad dei ordinationē xp̄s cū latrōibuſ crucifixuſ ē. Prīo qa ut dicit Hier. ſup Mat. ſicut ꝓ nobis maledictū crucis factuſ ē ſic ꝓ omniū ſalute inter noxioſ q̄ſi noxiuſ crucifigitur.

UVA. BHSC. IyR_021

¶Secúdo ut dicit Leo papa in ſermone de paſſione. Duo latroneſ unuſ ad dexteram aliuſ ad ſiniſtrã crucifigũtur ut in ipſa patibuli ſpecie denotaretur illa que in iuditio ipſiuſ hominum oim faciẽda eſt diſcretio. Et Aug. dicit ſuper Io. Ipſa crux ſi attẽdaſ tribunal fuit in medio. n. iudice conſtituto unuſ qui credidit liberatuſ. alter q̃ inſultauit dãnatuſ eſt iam ſignabat quid facturuſ eſt de uiuiſ & mortuiſ alioſ poſituruſ ad dexterã & alioſ ad ſiniſtrã ¶Tertio ſc̃m Hilarium. Duo latroneſ leue ac dextre affigunt̃ omnem humani generiſ diuerſitatẽ uocari ad ſecram̃tũ paſſioniſ dñi oñdẽteſ. ſed qa p̃ diuerſitatẽ fideliũ atq; ifideliũ fit oim ſc̃m dexterã & ſiniſtrã diuiſio. unuſ ex duobuſ ad dexteram ſitus fidei iuſtificatione ſaluat̃.

¶Tertio cruciatuſ eſt chriſtuſ acerbo dolore ꝓpter lamẽtionem q̃ ut meminit Lucaſ ſequebatur illũ multa turba populi & mulierũ que plangebant & lamentabãtur eum. Cum quibuſ etiam ipſe cõpatiẽdo predixit futuram illiuſ ciuitatiſ calamitatẽ & deſolationẽ. Sed doc. hic querunt. Cur Ieſuſ x̃pſ in Hieruſalem pati uoluit. Et reſpondent q̃ hoc conuenienter factum eſt multiplici ratione.

¶Primo quidem quia Hieruſalem erat locuſ a deo electuſ ad ſacrificia ſibi offerenda que quidem figuralia ſacrificia figurabãt Xp̃i paſſionem que eſt uerum ſacrificium iuxta illud Eph. v. Tradidit ſemetipſum oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatiſ. Sc̃do quia uirtuſ paſſioniſ eiuſ ad totum mũdum diffundenda erat. ideo in medio terre habitabiliſ pati uoluit. i. in Hieruſalem ¶Vñ dicit̃ in pſal. Deuſ autem rex noſter ante ſecula operatuſ eſt ſalutem in medio terre. i. Hieruſalem que dicitur eſſe terre habitabiliſ umbilicuſ ¶Tertio quia hoc maxime conueniebat humilitati eiuſ ut. ſ. ſicut turpiſſimum mortiſ genuſ elegit ita etiam ad eiuſ humilitatẽ pertinuit q̃ in loco tam celebri confuſionẽ pati non recuſauit. Vñ Leo papa dicit ĩ ſermõe epiphanie. Qui formam ſerui ſuſceperat Bethleem p̃elegit natiuitati. & Hieruſolimam paſſioni.

¶Quod ĩ crucifixione Xp̃ſ uehemẽter doluit ꝓpter potationẽ ꝓpter conclauationẽ & ꝓpter eleuationẽ.

¶Sc̃di articuli dolor tertiuſ.

QUartuſ dolor ſecundi articuli dicitur crucifixionis q̃n crucifixerũt eũ in mõte calauarie ubi nío dolore agitatuſ ẽ ꝓpter tria. Prío ꝓpter potationẽ ¶Sc̃do ꝓpter cõclauationem ¶Tertio ꝓpter eleuationem ¶Prío nío dolore agitatuſ eſt Xp̃uſ propter potationẽ. qa ut ĩqt Math. dederũt ei uinũ bibere cũ felle mixtũ.

UVA. BHSC. IyR_021

Vbi querēdū est quare illo uino sic amaro potauerūt eū. Et dicit Nicol. de lira q̄ aliq dicūt id factum fuisse ut citius Xp̄s morereť & sic militeſ eius custodia citius expedirēť qui debebant eū custo/dire quousq; expirasset. Sed ipse Nicol. aliter dicit. Nam legitur in quedam libro hebraico qui apud eos intitulatur liber iudicum, ordinariorū. q̄ qa Salomon dixerat prouer. xxxi. Date sicceram merentibus & uinum his qui amaro sunt aío ut bibāt & obliuiscāť egestatis sue. & ideo seniores iudeorum statuerant ut cōdemnatis ad mortem daretur uinum aromaticum ad bibendum ut facilius tollerarēt passionem in Hierusalem aūt erant matrone deuote & compassiue que hoc uinum & sicceram. i. potum inebriatiuū dabāt ex deuotione. Iudei ergo ex nimia crudelitate moti tale uinū datū pro Xp̄o & alius duobus latronibus acceperunt sibi scd̄m q̄ dictū erat Amos. ii. Vinum damnatorum bibebant & loco eius posuerūt acetum cum felle mixtū. Talem potum cum gustasset Iesus noluit bibere. nec contradicit Marcus cuius textus habet. Et nō accepit qa non accepit ad bibēdum sed ad gustandum solum ut sic ipleretť in eo quod dictum est in psal. Et dederunt in escam meam fel & in siti mea potauerunt me aceto. Secundo multo dolore fatigatus est Xp̄s propter conclauationē quando. s. cruce iam parata atq; dis/posita & in terra collocata scd̄m cōmunē opinionem exuētes neq; illi magno impetu dn̄m Iesum xp̄m ad terram proiecerūt ut clauis eum configerent. Et licet euangeliste non omnia dicant quia tm̄ eēntialia scribere curauerūt nihilominus ueresimiliter credere pos/sumus q̄ ita nudatus & genuflexus Iesus ut se sup crucē extēderet oculis ad celū leuatis in corde suo dixit. Suscipe sācte pater eterne me dilectum filiū tuū quem tibi offero in sacrificiū imaculatū pro salute humani generis & remissione peccatoꝝ. Ecce iā nō offerūť tibi legalia sacrificia hircorum aut agnorum uel similium sed caro inocentis mei filii tui. Triginta & tres anni elapsi sunt quibus hāc crucem semp aspiciens in illam mori pro humani generis redēptiōe concupiui & desideraui. Tandē piciēs se super crucem manus suas & pedes liberalissimo gestu extendit. Acceperunt autē clauos cru/cifixores & crucifixerunt eum. Maleorum autem ictus & sonitus audiri poterant a uirgine matre cuius cor clauis illis acutissimis qui manus & pedes ossa & carnes filii sui rūpebāt cōfigebat. Crucifixi sunt etiam cū eo duo latrones quos plerique uoluerūt tenere fuisse cruribus alligatos tantum. Sed ego dico quod fuere conclauati.

UVA. BHSC. IyR_021

Quia ut inquit Aug. super Io. ¶Pendentes in ligno clauis ad lignū manibus confixi producta morte necabant. ¶Scripsit aūt & titulū Pilatus & posuit super crucem. Erat aūt scriptū. Iesus nazarenus rex iudeorū. litteris hebraicis grecis & latinis. ¶Vbi queriē a doctoribus. Cur hac triplici lingua deo uolēte titulus ille fuerit scriptus. Et respondet Chrisost. Credibile est multo gentiles simul cū iudeis propter festum conuenisse. ¶Et ideo ut nullus ignoraret nō in una lingua sed in tribus scripsit. Et Aug.d. Tres lingue ibi pre ceteris eminebant. Hebraica propter iudeos in lege dei gloriantes. Greca propter gentiū sapientes. Latina ꝑpter Romanos multis & pene omnibus tunc gentibus iperantes. Theophilus uero ịgt. Significat aūt superscriptio triplici sermōe signata dominū eē regē. practice philosophice necnon theologice. nam per latinas litteras figuratur practica eo q̄ Romanum imperium potētissimum satisq; officiosū in expeditiōibus fuit. ¶Per grecas uero philosophia figurat. Greci namq; erga naturaliū speculationē īsudauerūt. demū p hebraicas theologia portenditur. dum iudeis est credita rei diuinaq; agnitio. Dicebāt ergo Pilato pōtifices iudeoq;. Noli scribere. Rex iudeoq; sed quia dixit rex sum iudeorum. Respondit Pilatus. Quod scripsi scripsi. Milites aūt diuiserunt sibi uestimēta sua & tunicā mittētes sortem. Erat autem tunica inconsutilis. i. sine sutura desuper contexta per totum super quā miserunt sortes. Et licet Marcus dicat q̄ sortes miserunt super eis. s. aliis indumentis Christi. tamen scd̄m Nicolaū de lira. ¶Illud debet intelligi per synecdoche. i. sup aliqd eorum. i. super tunicam. ¶Tertio uexatus est Iesus multo dolore qñ crux fuit eleuata a terra & posita in foramine atq; plantata in q̄ iam natus erat fructus nostre saluationis. anteq̄ in mōte calauarie defigeretur. In ipso autē motu & eleuatione crucis ac plantatione ponduſ corporis per tres clauos uel q̄tuor scd̄m quosdā sustinebat Ideo membra illa debilitata incredibili cruciebātur dolore. ¶Sed & tunc mestissima mater filium intuens contemptibilem cōfusibilem despectum deformem grandi angustia plenum plagis attritum in medio latronum pendentem adiutorio Magdalene & Io. quātum potuit crucī propinq̄ se fecit. ¶Vbi mutatam cernens aspectus filii sui uenustatem & elegantiam considerausq; q̄ graui supplitio detinebatur lamentabiles uoces emittebat. Hoc autem expressit Ioh. qñ dixit. ¶Stabat aūt iuxta crucē Iesu mater eius & soror matris eius Maria Cleophe & Maria Magdalene. ¶Sed dubium est hic.

UVA. BHSC. IyR_021

Quia Luce. xxiii. dicitur ¶ Stabant omnes noti eius a longe. Sed dicit Nicol. de lira sequendo Aug. in li. de consensu euangelistarum. q̄ in tāto interuallo erant ut & iuxta dici possent quia in cōspectu eius presto aderant & a longe respectu turbe ꝓpinqus circūstātis cum Cēturione & militibus. Pretereuntes aūt blasphemabant eum mouentes capita sua & dicentes. Vah qui destruis templum dei & in triduo illud reedificas. Salua temetipsū. Si filius dei es descende nūc de cruce ¶ Similiter & principes sacerdotum illudēt cū scribis & senioribus dicebant. Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. Iesus aūt in tot persecutionibus & maledictis dixit uerbum illud primum in cruce omnis patientie exemplū. Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt. opere implens quod uerbo docuit q̄ndo dixit. Orate pro persequentibus & calūniantibus uos. Im ꝓpabāt etiam et latrones qui crucifixi erant cum eo. Lucas uero dicit quod unus tm̄ blasphemabat quem alius reprehendit Sed Aug. in libro de consensu euangelistarum dicit q̄ Io. loquitur in plurali ponens plurale pro singulari scd̄m usitatum loquendi modum. Vel potest dici scd̄m Hiero. q̄ primum uterq; blasphemauerit. Deinde unus credidit in xp̄m & priorem negationem sequenti confessione emē/ dauerit. Vnde Hieronim. sequitur. In duobus latronibus uterq; populus et gentilium et iudeorum primo dominum blasphemauit postea signorum multitudine alter exterritus egit penitentiam & usq; hodie iudeos increpat blasphemantes. hec ille ¶ Dixit ergo latro penitens. Domine memento mei dū ueneris in regnū tuū. Respitiēs aūt Iesus benedictus huius latronis contritionem fidem spem atq; caritatem respondit ei scd̄m uerbum quod in cruce protulit dicēs. Hodie mecum eris in paradiso ¶ O felix promissio ¶ O breuis tante felicitatis adimpletio. Nullus ante latronem hoc uerbum audiuit. Promissa siquidem fuit patribus & prophetis eterna uita per xp̄m sed nulli sicut latroni ita breui spatio designata.

¶ Quod in ispectione Christus uehemēter doluit propter que/ relationem propter recordationē & propter cōmendationē.

¶ Scd̄i articuli dolor q̄rtus.

QVartus dolor secūdi articuli dicitur inspectionis ¶ Cum enim de cruce ispexisset matrem asperrimo dolore uulneratum est cor eius & precipue propter tria ¶ Primo propter querelationem. ¶ Secundo propter recordationem ¶ Tertio propter cōmendationē. ¶ Primo doluit Christus propter querelationem ¶ Audiebat namq;

UVA. BHSC. IyR_021

querelaſ matriſ ingeminantiſ & dicentiſ ſibi uocabulum illud quod p triginta & treſ annoſ cú tanta dulcedine utriuſq; cõmẽoraueratin paſſione uero illud proferebat cum corde pleno dolore merore & amaritudine¶ Poterat ergo uirgo illa ſanctiſſima lamentari & dicere. Fili mi anime mee olim conſolatio & gaudium. nunc autem gladiuſ penetrabilior ói mucrone acutiſſimo¶ Fili mi quem nouem menſibuſ in utero tenui quẽ paruo lacte paui quem totiẽſ infantẽ & paruulum pãniſ inuolui in cuna repoſui & amoroſiſ ãplexibuſ ſtrinxi inter ubera mea & oſculata ſú. O q̃ felix mihi & tibi facta eſt dieſ iſta Et quiſ poterit mederi uulneribuſ dolorum meorum. & mitigari anguſtiam miſelle matriſ tue cum inſpiciam te filium meú ut leproſú factum qui ſpecioſuſ eraſ pre filiſ hominú ut maleficú & reum cum iniquiſ deputatú? Qui ſanctuſ ſanctorum eſ ut fatuú & ſtultum cerno in quo reconditi ſunt omneſ theſauri ſapiẽtie dei ut hoſtem & omnium inimicum qui omnibuſ affabiliſ benignuſ & humanuſ ſemper aſtitiſti. Et ſup omnia uelut oblitum mei uidue matriſ tue. Nam ecce iam morieriſ & nil mihi diciſ. Et quid faciam ego ſine te filio meo¶ Quo diuertam? Ad quẽ confugiá? Tu mihi pater. Tu mihi frater. Tu mihi blanduſ filiuſ eraſ. Tu mee diuitie. Tu mee delitie. Tu mea gloria. O me deſolatam que tantú filium ſ cruce uideo deficere¶ O amãtiſſime fili Loquere mihi matri tue. Loquere ut audiã uocẽ tuã cigneo canore dulciorẽ. Loquere ſq̃ ut ſic ſaltem audiẽſ uerba tua patientior fiam ad tollerandam que me cruciat pro amore tuo penã¶ Nó denegeſ mihi quod poſtulo. Exaudi me & uerbo tuo conſolare ne deficiã in hac tribulatione. O fili mi lumen oculorum meorum condeſcendiſti latroni miſeri/corditer loquenſ ei. Acquieſce itaq; uoto matriſ tue & dic mihi qd factura ſim. Cui me orphanam derelinqniſ? His aũt uel ſimilibuſ querelis pulſabat meſtiſſima mater aureſ afflictiſſimi filii ſui q non minorem penam experiebaẽ in mente ꝓpter teneritudinẽ matriſ quam ſentiebat in corpore a planta pediſ uſq; ad capitiſ uerticem uulnerato. Ideo ſcd'm quendã deuotú tacituſ in ſuo corde dicebat carmẽ illud uulgare ſiue eiuſ ſentẽtiã. Matre mia benedeta multõ te uego afflicta. El tuo lacrimare e una ſagitta. Che el cuor mio ha paſſato. Non piagnere o matre mia. El tuo lacrimare e pena mia. Supporta fin chio ſia da morte reſuſcitato¶ Secúdo doluit Xpſ ꝓpter recordationem. In talibuſ namq; myſteriis recordabatur & in ſeipſo conferebat dicenſ¶ O mi mater quomodo omnia gaudia

UVA. BHSC. IyR_021

que de me ſuſcepiſti conuerſa ſunt tibi in merorē & luctū. Vbinā ſunt angeli in mea natiuitate cantantes¶Vbi paſtores ad preſepe uenientes¶Vbi orientales reges in cuna me adorantes¶Vbi grata per triginta & tres annos utriuſq; conuerſatio & familiaritas? Vbi tot & tanta de me predicata miracula propter que omnia letabat cor tuum? Heu me nunc uides tm̄ filium tuū factum in deriſum omni populo & abiectiſſimam mortem pati¶Tertio doluit Xp̄us propter commendationem¶Quando aperiens os ſuum melliſluum dixit ei. Mulier ecce filius tuus. ſ. Iohannes euangeliſta qui ſecum iuxta crucem aſtabat. Et ut doctores dicunt non uocauit eā materno nomine ſed communi ne ex teneritudine nominis materni ſi exprimeretur aggrauaretur animus eius. Deinde commendans eā diſcipulo dixit. Ecce mater tua. Quaſi dicat¶Deputo te ad eius obſequium. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam. ſ. curā & diligentiam¶O quot dolorum aculeis punctū fuit tunc cor uirgineum ex una parte cum mulieris non matris audiuit uocabulum licet ex parte altera aliqualiter conſolaretur quia filius amantiſſimus eius Ieſus eam commedauerat dilecto diſcipulo. Ideo Auguſt. ait ſuper hoc paſſu Io. Ex illa hora etc¶Hec nimirum ē illa hora de qua Ieſus aq̄m conuerſurus in uinum dixerat matri. Quid mihi & tibi eſt mulier. Nōdū uenit hora mea¶Tunc enim diuina factus/ ruſ nō diuinitatis ſed infirmitatis matrē uelut icognitā repellebat. Nunc aūt humana tā patiēs ex quo fuerat factus homo affectu commendabat humano. Moralis igitur inſinuatur locus & exmplo ſuo inſtruit preceptor bonus ut a filius pius impendatur cura parē/ rentibus tāq̄m lignum illud ubi erant fixa membra morientis eſſet cathedra magiſtri docentis.

¶Quod Chriſtus uehementer doluit in clamatione propter mundi horrorem propter ſui confuſionem & propter patris derelictionem. ¶Tertii articuli primus dolor.

PRimus dolor tertii articuli dicitur clamationis¶Oſtendit enī in clamore ſuo immenſitatē doloris & potiſſimum ꝓpter tria. ¶Primo propter mundi horrorē¶Secundo propter ſui confuſionē. ¶Tertio propter patris derelictionem¶Primo oſtendit Chriſtus immenſitatem doloris in mundi horrore¶Quando ſcilicet inſenſibiles creature crudelitatem que in ipſum fiebat horrētes modo ſuo patienti Ieſu compati uiſe ſunt¶A ſexta namq; hora tenebre facte ſunt ſuper uniuerſam terrā uſq; ad horam nonā. Et ut Lucas ſqt.

UVA. BHSC. IyR_021

Sol obſcuratuſ eſt & uelum templi ſciſſum eſt in duaſ parteſ a ſú/
mo uſq; deorſum & petre ſciſſe ſunt. & terra mota eſt. Vbi appet
perturbatio corporum ſuperiorũ primo. deinde ĩferiorũ. Qualiter
autem fuit illa tũc ſoliſ eclipſiſ doctoreſ uarie ſunt opinati. Hiero.
namq; dixit ꝙ ille tenebre fuerunt facte per retractionẽ radiorũ
ſoliſ diuina uirtute. Origeneſ autem dixit ꝙ hoc factum eſt per
impoſitionem nubium denſarum ¶Sed in hoc magiſ credendum
Dionyſio ariopagite qui dicit in epiſtola ad Policarpũ hoc fuiſſe
per interpoſitionem lune inter terram & ſolem ſicut fit in eclipſi
ſoliſ. Et ibidem dicit ꝙ ipſe hoc uidit tunc exiſtens in egypto ubi
eſt aeriſ puritaſ ¶Vidit igitur lunam ab oriẽte aſcendentẽ uerſuſ
meridiem & ſupponentem ſe ſoli. Hieronimuſ autem & Origeneſ
non loquuntur de illa eclipſi aſſerendo ꝙ ſic fuerit ut dicũt ſed ꝙ
potuit ſic fieri ¶Quare ſequẽdo Dionyſium dicimuſ. ꝙ illa eclipſiſ
non potuit eſſe naturaliſ ſed miraculoſa & hoc multipliciter ¶Primo
quia luna erat. xv. & tunc diſtat a ſole per diametrũ celi. Eclipſiſ
autem ſoliſ non poteſt fieri naturaliter niſi tempore cõiunctionis
ſoliſ & lune propter quod dicit Dionyſius ꝙ mirabatur quia non
erat tẽpuſ conueniens ad talem cõiunctionem ¶Secundũ miraculũ
fuit quia tranſacta eclipſi luna redit ad orientem ita ꝙ in ueſpere
fuit in oriente ſole exiſtente in occidente & ſic orbeſ eorũ ſunt ad
priſtinum ſtatum reſtituti ¶Tertiũ miraculum fuit quia parſ oriẽ/
talis ſoliſ primo fuit obſcurata & iterum illuminata. cõtrario aũt
modo fit in eclipſi naturali ¶Quartum miraculum fuit ꝙ luna fuit
immobiliſ ſub ſole per treſ horaſ. In naturali uero eclipſi cõtinue
mouetur ſub ſole ut etiam refert Chriſoſt ¶Quintum miraculũ fuit
quia illa eclipſiſ abſtulit lumen uniuerſis partibuſ terre licet aliqui
hoc uelint intelligi tantum de terra Iudee ¶Verumtñ ut apparet
ex dictis Dionyſii fuit in egypto fuit in grecia & fuit Rome &
ſic in aliis mundi partibuſ. Vnde Horoſius ait. Cũ dominuſ pati/
bulo affixuſ eſt maximo terremotu per urbẽ Romã facta ſaxa
in montibuſ ſciſſa maximarumq; urbium plurime parteſ pluſ ſolita
concuſſione ceciderunt ¶Eodemq; die ab hora diei ſexta ſol in totũ
obſcuratuſ eſt tetra nox ſubito obducta terris eſt a deo ut ſtellaſ
tunc diurnis horis uel potius in illa horrenda nocte toto celo uiſaſ
fuiſſe referatur. Euſebius etiam in chronica aſſerit ſe legiſſe quod
tunc in Bithinia que eſt in Aſia fuit magnuſ terremotus & maior
ſoliſ obſcuratio q̃ ũq̃ fuerit. & ꝙ dieſ hora. vi. in tenebroſã noctẽ

UVA. BHSC. IyR_021

uersus sit ita ut stelle uidereutur in celo ¶Et q̄ in Nicea que est urbs Bithinie multas edes terremotus subuertit ¶De illius eclipsis miraculo Dionysius in epistola ad Apolophanium qui secum erat in egypto illo tempore postea sic scripsit. Cum reperimus quia & erat notissimū solem pati molestias non debere aio ad te uaste pe/ritie sacrarium. adhuc nescimus tante rei mysterium ¶Quid inq̄m speculum doctrine Apolopani his secretis ascribis atq; tu mihi ore diuino & non humani sensus sermone ¶O bone Dionysi diuinarū permutationes sunt rerum. In historia uero scolastica legitur. qđ philosophi ad hoc abducti sunt ut dicerent. Aut deus nature pa/titur aut ordo nature peruertit̄ ¶De turbatione corpoꝝ īferiorū clara sunt omnia tantum de uelo sciendum est scd̄m Nicolaum de lira. qđ erat iuxta tēplū iter sanctū & sāctūꝝ sancto. Cuius scissio significauit impletionem ueritatis in morte Christi que latebat in figuris ueteris testamenti ¶Secundo fuit immensus dolor Christi propter sui confusionē quando cōsiderabat q̄ confusibiliter patie/batur quia precedenti dominica ab omni populo ita uenerabiliter fuerat susceptus. Erat enī passio eius ignominiosissima & despecta ualde de qua alias deo dante suo loco dicemus ¶Tertio immensus fuit dolor Christi ꝑpter patris derelictionem. Ideo clamans circa horam nonam uoce magna dixit. Hely. Hely. lamazabathani? Quod est interpretatum hely idest deus meus. lama idest quare. zabathani idest dereliquisti me ¶Vbi glosa. dicit̄ deus eum deseru/isse in morte quia potestati persequentium eum exposuit ¶Sub/traxit enim protectionem sed non soluit unionem ¶Quidam autē illic stantes scilicet milites Romani scd̄m Hiero. idioma hebraicū ignorātes dicebāt. Helia uocat iste. At & mater uerba illa audiēs & intelligens illorū q; uim considerans undiq; experiebat̄ merorē·

¶Quod Christus uehementer doluit in potatione ꝑpter ama/ricationem propter peccatorū obstinationē ꝑpterq; matris lamentationem. ¶Tertii articuli scd̄s dolor.

SEcundus dolor tertii articuli dicitur potationis. quādo itez clamans dixit ¶Sitio. oblataq; fuit ori eius spōgia potu ama/rissimo repleta ¶Tūc doluit Christus propter tria ¶Primo propter amaricationē ¶Secundo propter peccatorū obstinationē ¶Tertio ꝑpter matris lamentationē ¶Primo doluit Christus ꝑpter amari/cationē qa spōgia illa ori eius sic appōita amaricauit labia & eius lignā. Quare iterum clamans dixit. Consumatum est. s. totum iam

UVA. BHSC. IyR_021

corpuſ meum doloribuſ & paſſionibuſ circũdatũ eſt ¶Nam lingua que ſine leſione hucuſq; fuerat reſeruata : modo amaritudine eſt repleta ¶Vel conſumatum eſt myſtice intelligendo opuſ redẽpti/ onis humane ¶Secundo doluit uehementer Chriſtuſ ꝓpter pcl̃ oꝝ obſtinationem. Non enim minuſ ſitiebat peccatorum ſalutem q̃m corporiſ ſui in cruce extenſi & fatigati recreationẽ. Dicebat etenĩ ſitio ideſt ſalutem omnium quia pro omnibuſ patior pro omnibuſ ſanguinem meũ patri offero pro omnibuſ morior ¶Venite ad me omneſ corde compuncti & emendatione ac correctione ueſtra re/ create mentẽ meam. O q̃ grauiſ tunc illiuſ animum dolor urgebat cum uidebat innumeroſ eſſe qui a peccatiſ ad penitentiam nunq̃m redirent quibuſ nec paſſioniſ ſue uirtuſ propter eorum duritiã eẽt in aliquo profutura ¶Vt enim dicunt theologi licet Chriſti paſſio ſufficientiſſima fuerit pro ſalute omnium tamen illiuſ effectum nó conſequuntur illi qui peccata deponere nolunt. Quare cũ ónibuſ ꝓſit ſufficienter non tñ oĩbuſ efficienter ¶Vnde ſicut erga Xp̃m crudeleſ fuerunt illi qui eum potauerunt felle & aceto ita pecca/ toreſ qui ad penitentiã redire nolunt. Audite illũ audite o pecca/ triceſ anime. pro uobiſ clamat amoroſiſſimuſ Ieſuſ pro uobiſ dicit. Sitio. Cur ergo ſaxea corda non rumpitiſ? Cur tam clemẽtiſſimo domino non compatimini. Hinc Bernar. Aſcendit in altum crucĩ ut ab omnibuſ uideretur. uoce magna clamauit ut ab oĩbuſ audi/ retur. clamori lacrimaſ addidit ut ei homo compateretur ¶Qui ad eiuſ uocem non excitatur. ad clamorẽ nó compungitur. grauior eſt terra & fetidior ſepulchriſ ¶Tertio doluit Chriſtuſ uehemẽter propter matriſ lamentationem. Potuit igitur tunc uirgo benigna filium audiẽſ in cruce dicentem ¶Sitio. multiſ ſingultibuſ lacrimiſ ac ſuſpiriſ dicere. Heu heu me. Quid uideo? Quid audio? O uni/ uerſe creature celi & terre admiramini paupertatem filii mei. Ipſe enim qui diuitiaſ ſue potẽtia ſaciat angeloſ paſcit etiã ꝓuidẽtia ſua uolucreſ celi & piſceſ mariſ beſtiaſq; ac uniuerſa pecora campi atq; hominibuſ cunctiſ quottidianum panem diſtribuit clamat in cruce ſitio & denegatur ſibi paululũ aque imo tribuit ſibi potuſ amariſſimuſ. O fili fili fili mi amoroſiſſime. Cur tibi de meo pecto/ re lac illud porrigere non ualeo quod totienſ dum paruuluſ eraſ ſuxiſti? O fili mi. Cur non poſſum tibi miniſtrare in cruce ſitiẽti cibum & potum quem colo & acu ita diligenter dum in etate iſãtili eraſ acquirebam ¶Poterat etiã tunc illa feruẽtiſſima Magdalena

UVA. BHSC. IyR_021

& ipsa flendo dicere ¶O magister care ¶O magister bone. Et cur ego indigna tua discipula in hac tanta necessitate tibi subuenire ñ possum? O damnata seuitia iudeorum. Cur tãto furore iflãmaris aduersus dominum & magistrum meum? Que omnia ipsi domino Iesu ad dolorem accedebant.

¶Quod Christus uehementer doluit cognoscens generalẽ scã/ dalizationem. iudeorum ingratitudinẽ. & multoꝝ icõpassionẽ

¶Tertii articuli tertius dolor.

¶Ertius dolor tertii articuli dicitur cognitionis. Doluit etiam summopere Iesus noster amorosissimus propter suam sciẽtiã & cognitionem. Quia ut inquit sapiens ecclesiastes prío. Qui addit scientiam addit & dolorem ¶Et licet omnia Christus cognosceret presentia preterita & futura. uerũtamen in cruce positus cognos/ cebat & considerabat precipue tria. unde tristabatur & dolebat.

¶Primo generalem scandalizationem ¶Secundo iudeorum ingrati/ ficationem ¶Tertio multorum icompassionem. Primo cognoscebat generalẽ scãdalizationẽ ¶Videbat utiq; q̃ uirgine matre dũtaxat excepta in qua sola ut doctores dicũt remansit fides diuinitatis sue ceteri oẽs a fide defecerant. Nam apostoli & oms discipuli uidẽtes ignominiam crucis putanerunt eum purum hominem & non deũ.

¶Secundo considerabat Christus & cognoscebat iudeorum ingrati/ ficationem de quorum ingratitudine dolens in seipso dicebat illud quod ecclesia hodie decantat. Populе meus qd feci tibi aut in quo contristaui te? responde mihi ¶Ego propter te flagellaui egyptũ cum primogenitis suis & tu me flagellatum tradidisti. Ego te eduxi de egypto demerso Pharaone in mare rubrum & tu me tradidisti principibus sacerdotum. Ego ante te preiui in columna nubis. & tu me adduxisti ad pretoriũ Pilati. Ego te paui manna per desertũ & tu me cecidisti alaphis & flagellis. Ego dedi tibi sceptꝝ regale. & tu mó capiti meo coronã spineã. Ego propter te Chananeorũ reges pcussi & tu percussisti arundine caput meum. Ego te exal/ taui magna uirtute. & tu me suspendisti in patibulo crucis ¶Tertio cognoscebat & considerabat xp̃us in cruce multorũ icõpassionẽ. Sciebat etenim quotquot futuri erant qui non solum sibi compati non debebant uerum etiam & crucẽ ipsam & passionem ipsius forẽt derisuri ¶Verbum namq; crucis ut apostolus inquit pereuntibus qdẽ stultitia est ¶O quot innumerabiles ut sic dicã uiri & mulieres inter Christianos reperiũtur qui hodie passionem X̃pi recolẽtes

UVA. BHSC. IyR_021

nec minima pietate flectuntur. nec curant dare operam ut in cō/ memoratione tanti mysterii & si non oculis corporis saltem oculis mentis fleant & lacrimentur. Quinimo multi sunt qui aut luxuria aut auaritia aut superbia excecati dominū Iesum Christū habēt in derisum. rursus sibi crucifigentes filium dei. pro quibus omnibus ipse mitissimus dñs sua caritate dolere attrahebatur uehementer.

¶ Quod xp̄us uehementer doluit dum inclinato capite emisit spiritum. & de lamentatione matris eius.

¶ Tertii articuli dolor q̄rtus.

QVartus dolor tertii articuli dicitur separationis. Doluit dñs Iesus Christus dum clamans ad patrem dicēs. In manus tuas commendo spiritum meum inclinato capite tradidit spiritū ¶ Vbi Chrisost. ait. per hoc ꝙ moriens uocem emisit magnā apertissime se uerum deum esse ostendit ¶ Quoniam homines cum moriuntur uix tenuem uocem emittere possunt. Caput autem inclinauit ut ex modo moriendi ostenderet ꝙ moriebatur ex obediētia patris. Com̄pbata autem fuit ueritas mortis eius ut patet ex textu euā/ gelii. Iudei enim quoniā parasceue erat ideſt dies ueneris in cuius uespera incipit solemnitas sequentis sabbati ut non remanerent in cruce corpora sabbato. Erat enī magnus dies ille sabbati & p̄pter se & propter pasce solēnitatem Rogauerūt Pilatū ut frangerēt crucifixorum crura & de cruce tollerēt eorū corpora ¶ Venerūt ergo milites & fregerunt crura latronum ¶ Ad Iesum autem cum uenissent ut uiderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura Sed unus militū lācea latus eius aperuit. & cōtinuo exiuit sāguis & aqua. Sanguis ad nostram redemptionē. Aqua uero ad pc̄tōrū ablutionem ¶ Sciendum tamen scd̄m Tho. iii. parte. q. lxvi. ar. .iiii. in responsione ad tertium argumentum. ꝙ aqua illa non fuit humor fleumaticus ut qdā dixerunt sed aqua miraculose egrediēs a corpore mortuo. sicut & miraculose p̄duit sanguis ad cō̄pbādā ueritatem dominici corporis contra Manichеorum errorem ut. s. per aquam que est unum ex quatuor elemētorū numero. corpus Xp̄i uere fuisse compositum ex q̄tuor elementis ¶ Per sanguinē uero ostenderetur esse compositum ex quatuor humoribus. Itaq; post tot labores cruciatus & penas rex angelorum & dominus in crucis supplitio fuit extinctus. O quale nouum. Quo merito pro amore & pietate tanti domini omnes homines lugere debent senes & iuuenes mulieres & uiri. Moueri siqdē debent eorū corda cum

UVA. BHSC. IyR_021

ſtuenē mortuū inter latroneſ benignū Ieſum & matrē ſemiuiuam inter brachia Magdalene & Io. ac aliarum mulierum deuotarum cadentē. O q̄ duruſ eſſet qui temperaret a lacrimiſ uidenſ uirginē illam iuxta crucem interfectum filiū lamentantem ¶ Puto q̄ pre lacrimiſ & clamoribuſ p̄c edētibuſ rauce facte fuerant fauceſ eiuſ. Tamen uoce qua poterat clamanſ dicebat ¶ O fili mi uita angelo⁹ quō extinctuſ eſ & ampliuſ non loqueriſ ¶ O fili mi lumē oculorū meorū. Quiſ mihi det ut moriar pro te ¶ O fili mi in cuiuſ cōceptu partu & ortu tantam ſuſcepi letitiam. quō omnia mihi uerſa ſunt in triſtitiam ¶ O pater eterne defleo & plango unigenitum filium tuū ac meū. & pre dolore quaſi deficio. Adiuua me & quaſi dolore mortue mihi ſuccurre ¶ O Gabriel angele. Et ubi ſunt uerba que mihi dixiſti ¶ Dixiſti uāq̄ mihi aue. i. ſine ue & hodie circūdederunt me anguſtie undiq̄ ¶ Dixiſti mihi q̄ eram plena gratia & hodie plena ſū tot tribulatiōibuſ. Dixiſti mihi q̄ eram in mulieribuſ bñdicta & hodie ſū a iudeiſ maledicta ¶ Dixiſti mihi q̄ erat benedictuſ fructuſ uētriſ mei. & ecce factuſ ē hodie crucis maledictū. O me miſeram tot penis atrociſſimiſ agitatam. Fleuit ergo hodie xp̄ſ ſaluator noſter ī cruce. Fleuit mater eiuſ Maria peccatorū omnium aduocata. Fleuit Magdalena. Fleuit Io. Fleuit Petruſ. Fleuere diſcipuli ceteri. Fleuit ſol dum obſcuratuſ eſt. Fleuit terra dū contremuit. Fleuit templi uelū dū ſciſſum eſt. Fleuerūt ſaxa dum ſunt ſciſſa. Fleuere ſepulchra dum ſunt aperta. Plange ergo & tu o populexp̄iane. & dum paſſionem xp̄i commemoraſ age ei quaſ poteſ totiſ uiribuſ gratiaſ ut ſic ip̄e pticipeſ noſ efficiat meritiſ ſāctiſſime paſſionuſ ſue q cū patre &. ſ. ſ. uiuit & regnat deuſ p ī mortalia ſeculo⁹ ſecula. Amen.

¶ Sabbato ſācto de ſepultura corporiſ Xp̄i & eiuſ morte q̄m ſp animo reuoluere debemuſ. ¶ Sermo. lxx.

ERat. n. magnuſ dieſ ille ſabbati ¶ Scribuntur hec uerba Io. ix. c. Deuotiſſimuſ hic dieſ ſabbati pia deuotione a nobiſ eſt recolēduſ in quo domini noſtri Ieſu xp̄i morſ occurrit nō īmerito cōtēplanda. Diximuſ nāq̄ in precedenti ſermone q̄ntiſ doloribuſ agitatuſ xp̄ſ crucem pro nobiſ conſcendit. Ibiq̄ tradidit ſpiritum. nunc uero ad declaranda ſue mortiſ myſteria dirigēduſ eſt ſtiluſ. Neq̄. n. qcq̄ aut deuotiuſ aut cōuenētiuſ meditari hodie fideleſ poſſent. Propterea magnuſ dicitur dieſ iſte ſabbati non ſolū ſcd̄m litteralem intellectū iudeorū uerum etiam ſcd̄m myſticū ſpūalēq̄

UVA. BHSC. IyR_021

intellectum. Magnificauit.n.illum xp̃us benedictus per mortem & sepulturam suam de q̃ loq uolentibus tria mysteria se ingerunt declaranda ¶Primum est ex parte carnis ¶Secundū ex parte aīe. ¶Tertium ex parte sepulture.

¶An caro Christi fuerit mortua. Et an fuerit a diuitate sepa rata. Et utrum per mortem carnis sit mors attribuēda pſōe uerbi. ¶Cap.i.

PRimum mysterium declarandum de morte xp̃i est ex parte carnis circa quam tripliciter dubitare contingit ¶Primo circa mortificationē ¶Scd̄o circa sep̃ationē ¶Tertio circa attributionē. ¶Primo contingit dubitare circa mortificationem ¶Vtrum.s. per sep̃ationē aīe a corpore xp̃i caro eius fuit mortua. Et q̄ sic patet quia in symbolo dicitur de Christo q̄ mortuus est & resurrexit. Et hoc cantat ecclesia cū dicit ¶Ipse.n. uerus est agnus q abstulit peccata mūdi. q mortem nostram moriendo destruxit & ui.re.re/ pauit ¶Dominus autem Boñ.di.xxi. tertii dicit ¶Quod caro illa fuit mortua eo q̄ caruit usu & complemento uite. Res.n.corpa/ lis non est uiuificabilis nisi ab aliqua forma spūali ipsam cōplente & sibi ꝓportionabili. Quoniā ergo in ipsa separatione anime caro xp̃i caruit huiusmodi forma ideo uere mortua fuit. Et.quamuis haberet diuinitatem unitam non tamē ab ea uiuificabat ñ ꝓpter defectum a parte uiuificantis sed propter improportionē a parte uiuificabilis ¶Secundo contingit dubitare circa sep̃arationē. utrū s.in morte caro xp̃i fuerit a diuitate sep̃ata. Et rñdēt doct. q̄ nō Vnde Leo papa in sermōe inqt ¶Tāta est unio dei & hoīs ut nec supplitio posset dirimi nec morte disiúgi. Et Aug. cōtra felicianū. Xp̃us in sepulchro carnē suam non deseruit. Que uerba magister sen. ponit in littera di.xxi. tertii. Quare autē non fuit diuinitas a carne sep̃ata scd̄m Boñ. potest eē ratio triplex uidelicet liberalitas ex parte assumentis. dignitas ex parte assumptibilis & utilitas ex pte assūptionis. Liberalitas inq̃ ex pte assumentis qa quādo deus dat aliquod donum non subtrahit illud sine culpa ¶Si ergo nulla culpa interuenit non decuit diuinam liberalitatem carnem quam sibi liberaliter unuerat a se separe ¶Dignitas etiā ex pte assūpti/ bilis fuit in cā qa sicut caro illa propter sui dignitatem nō debuit uidere corruptionem ita nec ipsam decuit a uerbo separi. Vtilitas aūt ex pte assūptionis ad hoc ipsā faciebat ¶Ad hoc.n. fiebat illa unio diuinitatis ad humanā natā & carnis ad aīam. ut ꝓcuraret

UVA. BHSC. IyR_021

noſtra ſaluſ. & qm̃ ſeparatio anime a carne ordinabatur ad hoc ut noſtra ſaluſ procuraretur. ſeparatio autem carniſ a diuinitate ad nihil utiliſ erat ió firmiter eſt tenendú ꝙ núq̃ diuitaſ fuit a carne illa ſanctiſſima ſeparata. Tertio contingit dubitare circa attribu/tionem. Vtrum. ſ. propter mortem carniſ ſit morſ perſone uerbi attribuéda. Et rñdent doct. theologie ꝙ abſq; dubio cócedẽdú ẽ filiú dei pro nobiſ fuiſſe mortuú pro ut in ſymbolo dicit. Quod etiam Ambro. expſſe teſtatur. d. Tantum fuit peccatum noſtrũ ut ſaluari non poſſemuſ niſi unigenituſ dei filiuſ moreret ꝓ nobiſ debitoribuſ mortiſ. hoc aút ſibi uere attribuit non ſcd̃m naturam diuinam ſed ſcd̃m humanã non ꝓ eſſẽtiam aut ꝓ inherentiã ſed ꝓ idiomatú cõicationem. & hoc in nullo derogat diuine dignitati & multum cõſonat pietati. Nullum. n. uerbum maioriſ dignationiſ & clementie reſonare poteſt í auribuſ cordiſ noſtri q̃ ꝙ unigeitus dei filiuſ pro nobiſ ſit mortuuſ. qd̃ ut predictum eſt ítelligi debet non ſcd̃m naturam diuinam ſed humanã per idiomatú cõicationẽ quia ut inquit Aug. quem magiſter inducit in textu. Si qſ dixerit atq; crediderit deum paſſum anathema ſit.

¶ An aía xp̃i fuerit a carne ſepata etiã ſepata diuitate. & an poſt iſtãſ ſepatióiſ ſit effecta ípaſſibiliſ & an ex benignitate deſcendit ad inferoſ. ¶ Cap. ii.

Scd̃m myſterú declarandú de morte xp̃i ẽ ex pte aíe. Circa quã adhuc cótigit tripliciter dubitare. Prío circa ſepabilita/tem. Secũdo circa ípaſſibilitatẽ. Tertio circa benignitatẽ. Primo cõtingit dubitare circa ſepabilitatẽ. An. ſ. aía xp̃i a carne ſepata fuerit etiam ſeparata diuinitate. Et rñdet magiſter ſen. quem ſe/quúntur ceteri theologi di. xxi. ꝙ ſicut nunq̃ fuit diuinitaſ ſepata a carne ita nec ab anima. Vnde Io. Dama. inquit. Si mortuuſ ẽ ut homo & ſancta illa anima ab eiuſ corpore diuiſa eſt diuitaſ cñ inſepabiliſ ab utroq; permanſit. Ró aút huiuſmodi inſepabilita/tiſ ſcd̃m Boñ. poteſt eſſe triplex. Prima quia deú non decebat qui indiſſolubili matrimonio animã illã ſibi copulauerat. Vñ ſicut ñ decet uirum relinquere uxorẽ ſic non decuit uerbú ab aía ſepari. Secunda ratio eſt quia non nobiſ expediebat eo ꝙ ſi facta fuiſſet ſeparatio aía illa non habuiſſet potentiam ad experiendú genuſ captiuú nec mediatriciſ effectum ad reconciliandum & neutr̃ erat nobiſ expediens. Tertia ratio eſt quia aíe illi non cógruebat. tú quia erat innocentiſſima. tú quia erat beatiſſima. qa. n. beatiſſima

UVA. BHSC. IyR_021

erat nolebat a uerbo ſepari & qa innocentiſſima nó poterat cótra uolútatem ſuam ſeparari ab eo quia iam punita fuiſſet ſine culpa. Hinc Dama. ait ¶Anathema ſit qui dicit uerbum depoſuiſſe quod ſemel aſſumpſit. Sed cótra hoc aliq inſtant obicientes illud Io. x. Poteſtatem habeo ponendi animam meam & iterum ſumendi eam. Ergo ſi iſte ſermo eſt perſone fili dei. uidetur ꝙ filius dei animā depoſuit in morte. ergo in morte anima fuit a uerbo ſepata ¶Ad hoc reſpondet Aug. ꝙ uerbum illud eſt perſone filii dei ratione carnis aſſumpte ¶Erat. n. in poteſtate eius ſepare aiam a corpore & iterum corpori illam reunire ¶Ideo aliud eſt ibi deponēs. aliud unde deponit. deponēs eſt uirtus diuina. unde deponit eſt corpus. Secundo contingit dubitare circa impaſſibilitatem. utrum anima xp̄i poſt inſtans ſeparationis impaſſibilis ſit effecta. Ad qđ rñdet Boñ. ubi ſupra ꝙ ex certitudie auctoritatis hoc eſt determinatū ſicut etiam magiſter tangit. in. iii. di. xviii. uerūtamen probabile eſt & rationi magis conſonum. ꝙ ſtatim poſt ſeparationem habuit impaſſibilitatē ¶Si. n. non patiebatur anima xp̄i niſi diſpenſatiue & propter noſtram ſalutem ſi iam non erat tempus & locus merēdi iam anima xp̄i nó debebat nec poterat pati nec ſolum anima xp̄i probabile eſt ꝙ ſtati poſt ſepationē a corpore facta ſit ipaſſibi/ lis ſed etiam de q̄libet anima uiri ſancti in qua nó reperit reatus alicuius peccati ¶Et ſi diceretur cur caro xp̄i non fuit impaſſibilis facta āte reſurrectionē ſicut & aia. Rñdet Boñ. ꝙ hoc fuit ex duplici cā ¶Pria qdem qa aia propiqor erat glorie q̄ caro. Erat enim beata ſcđm aliq̄ ſui partem ¶Secunda uero cauſa qa dilatio impaſſibilitatis in carne faciebat ad fidei noſtre confirmationem uidelicet ut oñderetur xp̄s ueraciter paſſus & mortuus fuiſſe. nó ſic dilatio impaſſibilitatis in aia ideo magis dilata fuit ipaſſibilitas corpis q̄ impaſſibilitas aie ex diſpēſatione diuina ¶Tertio cótin/ git dubitare circa benignitatem. utrum. ſ. ex benignitate aia xp̄i deſcendit ad inferos. Et ꝙ ſic patet quia in ſymbolo apoſtolorum dicit ¶Deſcendit ad inferos & act. ii. Hunc deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni. Et Io. Dama. ait. Deſcendit ad inferna anima deificata ut quēadmodum his qui in terra ſunt ita & his qui in te/ nebris & umbra mortis ſedent ſuperluceſcat ¶Sciendum tam ſcđm Boñ. di. xxii. tertii li. ꝙ nomine inferni aliquādo itelligit pena. aliqñ. locus pene. & ſcđm hoc dupliciter poteſt aliq̄s dici deſcēdere ad inferos. aut quia deſcēdit ad penam aut quia deſcendit ad locū

UVA. BHSC. IyR_021

Molli corpis ubi dicas erat clausa hostia ñ obstiterũt. Ille qppe ñ eis aptis itrare potuit quo nascẽte uirgitas matris iuiolata pmãsit. Ad scdm argumentũ. d. Tho. q qcũq habet corpus glorificatum in ptãte sua habet uideri qñ uult & ñ uideri qñ nó uult hoc tamen xps habuit nó solum ex cõditione corpis glorioši sed etiã uirtute diuinitatis sue. Euanuit ergo ab oculis discipulorũ nó qa corrupet aut resolueret in aliq tulsibilia sed qa sua uoluntate desiit ab eis uideri uel eo pnte uel eo abscedẽte per dotẽ agilitatis. & si adhuc quereret cur post resurrectiõẽ ñ cõuersabat cũ discipulis sicut añ cõtinue. rñdet Tho. q circa resurrectionẽ xpi duo erãt discipulis declarãda. scilsa ueritas resurrectiõis & gloria resurgẽtis. ad ueritatẽ autẽ resurrectiõis maifestãdã sufficit q eis pluries apparuit ut dicetur in tertio mysterio. Ad gloriam autem resurrectionis maifestandã noluit cõtinue cõuersari cum eis sicut pus fecerat ne uideretur eis ad talem uitam resurrexisse qualẽ pus habuerat. Ad tertium dicendũ quod apparuit discipulis sicut uoluit sine sui mutatiõe qa sic erat in potestate eius. Exquibus cõcludimus q uerꝫ corpus hũit & ueraciter resurrexit. Tertio surrexit xps feliciter quia i resurrectiõe corpus habuit gloriosũ pt appet triplici rõe. Prio quidẽ quia resurrectio xpi fuit exẽplar & cã nostre resurrectionis. Sãcti autẽ in resurrectiõe habebũt corpa gloriosa ut dicit aplus. 1. Cor. xv. Vñ cum cã sit potior causato & exẽplar exẽplato multomagis corpus xpi gloriosũ fuit cũ resurrexit. Secũdo hoc appet qa per humilitatẽ passionis meruit gloriã resurrectiõis. Tertio qa aia xpi a pncipio sue cõceptiõis fuit gloriosa p fruitionẽ & uisionẽ dicatis. Est aũt dispẽsatiõe factũ ut ab aia gloria ñ redũdaret i corpus ad hoc q mysteriũ nostre redẽptiõis sua passiõe impleret & iõpacto hoc mysterio aia xpi statí i corpus in resurrectiõe reassũptũ suã gloriã deriuauit & ita factũ ẽ corpus illud gloriosũ. de quo Phil. iii. aplus. d. Reformabit corpus hũilitatis nostre cõfiguratũ corpi claritatis sue. Sed nõnulli obiiciũt ppter cicatricẽs q̃s in corpe post resurrectionẽ retinuit que ad q̃dã corruptionẽ ptinere uidẽt. Ad qd rñdet Tho. q cicatrices ille erant in corpe xpi post resurrectionẽ ñ ad corruptionẽ & deformitatẽ sed ad dignitatẽ & decorẽ ut Aug. d. xxii. li. de ciui. Quare aũt cum cicatricibus resurrexit plures a doc. assignãt rões. Prima rõ est ppter gloriã xpi. Vñ Beda sup Lucã. Nõ ꝯt ex

UVA. BHSC. IyR_021

impotẽtia curádi cicatricẽſ ſeruauit ſed ut ꝑpetuú uictorie ſue circunferat triũphú. Scđa ró fuit ad cófirmádã fidẽ circa reſur/rectionẽ. Tertia ró ut patri ꝓ nobiſ ſupplicáſ q̃le genuſ mortiſ ꝓ hoíe ꝓtulerit ſp oñdat. Quarta ró ut illaſ in iudicio ad cófuſionẽ re ꝓbox demóſtret. Vnde Aug. in li. de ſym. aic. Inimicſ uulnera demóſtraturuſ ẽ ſua ut cóuícẽſ eoſ ueritaſ dicat. Ecce hoíem quẽ crucifixiſtiſ uidete uulnera que infixiſtiſ agnoſcitiſ latuſ qđ pu/pugiſtiſ quoniam per uoſ & propter uoſ apertum eſt nec intrare uoluiſtiſ.

¶ Quod ſufficienter Chriſtuſ declarauit reſurrectionẽ ſuam uerbo nuncio & argumento. ¶ Cap. iii.

¶ Tertium myſterium detlarandú de reſurrectióe Chriſti dicitẽ ueritatiſ. Voluit namq; clementiſſimuſ ſaluator noſter ueri/tatem reſurrectioniſ declarare ſufficienter quod fecit tripliciter. ¶ Primo uerbo ¶ Secundo nuncio ¶ Tertio argumẽto. Primo decla/rauit Chriſtuſ ueritatẽ reſurrectioniſ ſue uerbo q̃n ſcilicet ante paſſionem prenuntiauit illam ¶ Vnde Mathei. xvii. poſt tranſfi/gurationem ſuam dixit. Nemini dixeritiſ uiſionem hanc donec a mortuiſ filiuſ hominiſ reſurgat. Et Mathei. xx. poſtq̃ dixit quod filiuſ hominiſ erat crucifigenduſ ſubdidit & tertia die reſurget. Et Mathe. xxvi. paſſione ſua tam de proxío iminente dixit. Poſtq̃ reſurrexero precedam uoſ in galileam ¶ Secundo declarauit ueri/tatem reſurrectioniſ ſue núcio quando ſcilicet ipſo uolẽte ãgel iſ dixit mulieribuſ ¶ Surrexit non eſt hic ¶ Marci ultimo & Mathei .xxviii ¶ Tertio id declarauit argumento ¶ Vnde Actuú primo. Prebuit ſeipſum uiuum in argumẽtiſ multiſ poſt paſſionem ſuam. Notandum tamen ut inquit Thomaſ. iii. parte q argumentum dicitur dupliciter ¶ Vno modo quecunq; ratio rei dubie faciẽſ fidẽ. Alio modo aliquod ſẽſibile ſignum quod inducit ad alicuiuſ ueri/tatiſ manifeſtationẽ ¶ Primo modo Chriſtuſ nó probauit diſcipuliſ reſurrectionem quia taliſ probatio argumentatiua procedit ex aliquibuſ principiiſ que ſi non eſſent nota diſcipuliſ nihil per ea eiſ manifeſtaretur. quia ex ignotiſ non poteſt aliquid fieri notú. Si autem eſſent eiſ nota non tranſcenderent rationem humanam & ideo non eſſent efficacia ad fidem reſurrectioniſ aſtruendã que rationem humanam excedit ¶ Oportet enim principia ex eodem genere aſſumi ut dicitur primo poſteriorum ¶ Si autem accipiat

UVA. BHSC. IyR_021

argumentum ſecundo modo ſic Chriſtuſ reſurrectionem ſuam di/
citur argumentiſ declaraſſe in quantum per quedam ſigna euidē/
tiſſima uere ſe reſurrexiſſe oſtendit. oſtēdit autem illa ꝓpter duo.
¶ Primo quia non erant corda eorum diſpoſita ad hoc qđ de facili
fidem reſurrectioniſ acciperent ¶ Vnde dixit eiſ Luce ultimo. O
ſtulti & tardi corde ad credēdum. & Marci ultimo. Exprobrauit
incredulitatem illorum ¶ Secūdo ut per huiuſmodi ſigna eiſ oſtēſa
efficatiuſ teſtimonium illorum redderetur. Ipſa autem argumēta
uel ſigna omnia ſimul ſumpta oſtendunt ueram & glorioſā reſur/
rectionem. ꝙ uera fuerit reſurrectio oſtendit Chriſtuſ ex parte
corporiſ & ex parte anime ¶ Primo ex ꝑte corporiſ circa qđ tria
oſtendit ¶ Primo ꝙ eſſet uerum & ſolidum non fantaſticū uel ra-
ſicut aer per hoc ꝙ palpabile ꝑbuit ¶ Vñ ipe dixit Luce ultimo.
Palpate & uidete. q. ſ. c. & . o. n. b. ſ. m. u. h ¶ Secundo oſtendit ꝙ
eſſet corpuſ humanum oſtendendo eiſ ueram effigiem quā oculiſ
intuerentur ¶ Tertio oſtendit ꝙ eſſet idem corpuſ numero oſten/
dendo uulnerum cicatriceſ ob quod dixit Luce ultimo ¶ Videte
manuſ meaſ & pedeſ meoſ. q. e. i. ſ ¶ Secundo oſtendit ueritatē re/
ſurrectiōiſ ex parte anime iterato corpori unite & hoc per opera
tripliciſ uite ¶ Primo quidem per opuſ uite nutritiue in hoc ꝙ cum
diſcipuliſ manducauit & bibit ut legitur Luce ultimo. Et ſi diceret
qđ angeli in aſſumptiſ corpibuſ comederunt & biberunt ut patet
Gen̄ xviii. de angeliſ quoſ Abraham ſuſcepto hoſpitio & tamē ex
hoc non concluditur ꝙ angeli habeant uera corpora ſibi naturā/
liter unita ergo nec per hoc qđ Chriſtuſ comedit poſſet argui ꝙ
habuerit ſuum uerum corpuſ iterum anime unitum ¶ Reſpondet
Thomaſ. Quod alia ratio eſt de angeliſ alia de Chriſto. Nam an/
geli apparentes non aſſerebant ſe homines eſſe ſicut aſſerunt xp̄s
ſe uerum hominem eſſe Etiam aliter Chriſtuſ manducauit & ali/
ter angeli. Nam quia corpora ab aliis aſſumpta non erant cor/
pora uiua uel animata non erat uera comeſtio licet eſſet uera cibi
contritio & iniectio in interiorem partem corporiſ aſſumpti. Vnde
angelus dixit Thobie. x. Cum eſſem uobiſcum uidebar quidem
manducare & bibere uobiſcum ſed ego cibo inuiſibili utor ¶ Sed
quia corpuſ Chriſti uere fuit animatum uera fuit eius comeſtio qa
ut Auguſtinus inquit. Non poteſtaſ ſed egeſtaſ edendi corporibuſ
reſurgentiū aufertur quare Chriſtus uere manducauit poteſtate

UVA. BHSC. IyR_021

non egestate. Ideo Beda inquit. Manducauit post resurrectio/
nem non quasi cibo indigens nec quasi nos in resurrectione quam
expectamus cibis egere significans. sed ut eo modo naturam cor/
poris resurgentis astrueret ¶Secundo ostendit ueritatem resur/
rectionis per opera uite sensitiue in hoc q discipulis ad interrogata
respondebat & pñtes salutabat in quo ostendebat se & uidere &
audire ¶Tertio per opera uite intellectiue in hoc q cũ eo loque/
bantur & de scripturis disserebant & ne quid deesset ad perfectio/
nem manifestationis ostendit se habere diuinã naturã p miraculũ
quod fecit in captura piscium & ulterius per hoc q eis uidentibus
ascendit in celum ¶Gloriam adhuc ostendit intrans ianuis clausis
permittens se uideri & non uideri ¶Vnde Gregorius in omelia.
Palpandam carnẽ dominus prebuit quam clausis ianuis introduxit
ut etiam post resurrectionem ostenderet corpus suũ eiusdẽ nature
& alterius glorie. Ipse itaq; redemptor mundi qui tot argumentis
ueritatem sue resurrectionis ut tactum est confirmauit uoluit tã/
dem de illa certiores nos reddere cum ad se attraxit omnes populos
omnesq; nationes falsorum deorum cultu penitus extincto ¶Quó
namq; nisi uueret deus & homo sedens in gloria patris crediderẽt
in eum non solũ populares & rudes uerũ etiam & docti philosophi
ac potẽtissimi reges & pncpes ¶O uere efficacissimũ signũ ad credẽ/
dum in xp̃m resuscitatum quem adorãt ut diximus tot milia milium
eorũ qui credunt & spant in illum. Ip̃e igitur est in cuius semore erat
scriptum ¶Hic est rex regũ & d.d. Apoc.xix. Ip̃e est cui data est
oís ptãs in ce. & in t. qui surrexit uere rgnaturus cum p.&.s.s. in
eternm Amen.

¶Feria tertia post dominicam resurrectionis. De resurrectiõe
omnium generali ante iuditium contra illos quibus hec uidẽ
ueritas impossibilis.

¶Sermo.lxxiiii.

¶Videte manus meas & pedes meos quia ego ipse sum ¶Verba
sunt redemptoris nostri Luce.xxiiii.c. & in euangelio ho/
dierno ¶Cum audimus a mortuis suscitatum dominum Iesum xp̃m
spem nostram subleuare debemus ad futuram omnium resurrecti/
onem ¶Quoniam pleriq; incredulis & curiosis impossibile uidetur
ac nullo pacto uerisimile q rursus anime suis corporibus reuniẽ
sicq; omnes homines tandem resurgent. Idcirco in presenti sermõe

UVA. BHSC. IyR_021

de generali reſurrectione aliqua diſcutiemuſ quoniam hanc ſalua/
tor noſter reſurgenſ idem numero premonſtrauit in ſeipſo ſicut
patet in uerbiſ allegatiſ in themate ¶ In quibuſ ad generalem re/
ſurrectionem animum reuocanteſ tria myſteria declarabimuſ.
¶ Primum dicitur ueritatiſ ¶ Scd̄m generalitatiſ ¶ Tertium qualitatiſ.
¶ Quod ueritaſ reſurrectioniſ generaliſ probatur per aucto/
ritateſ rationeſ & exempla.

¶ Capitulum .i.

PRimum myſterium de reſurrectione generali declarandum
dicitur ueritatiſ. In quo ponitur taliſ concluſio. qd̄ numero
electorū completo omneſ anime reunientur corporibuſ ſuiſ & re/
ſurgent homineſ illi idem ſcd̄m naturam qui priuſ fuerūt probaē
autem hoc tripliciter ¶ Primo auctoritate ¶ Secundo ratiōe ¶ Tertio
exemplo. ¶ Primo auctoritate. Scribitur enim Iob. xix. Scio. n.
qd̄ redemptor meuſ uiuit & in nouiſſimo die de terra ſurrecturuſ
ſum & rurſuſ cum pelle mea & ī carne mea uidebo ſaluatorē meū
quem uiſuruſ ſum ego ipſe & non aliuſ & oculi mei conſpecturi ſūt
propter que uerba Hieronimuſ dicit de Iob ad Paulinum ut de
ceteriſ ſileam reſurrectionem corporum ſic prophetat. ut nulluſ de
ea uel manifeſtiuſ uel clariuſ ſcripſerit ¶ Et Ezechieliſ. xxxvii.
deuſ ait. Ecce ego intromittam in uoſ ſpiritum & uiuetiſ & dabo
ſuper uoſ neruoſ & ſuccreſcere faciam ſuper uoſ carnem & ſuper
extēdam in uobiſ cutem & dabo uobiſ ſpiritum & uiuetiſ & ſcietiſ
quia ego dominuſ. Et Iſaye. xxvi. dicitur. Viuēt mortui inter/
fectiq; ueſtri reſurgent. Et Danie. xii. Multi de biſ qui dormiūt
in terre puluere euigilabunt alii in uitam eternam alii in obpro/
brium ut uideant ſemper. Et ſopho. iii. Expecta me in die re/
ſurrectioniſ. Et Ioñ. iii. Subleuabit de corruptione uitā meā. Et
pſalmo. c xxxviii. Tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrecti/
onem meam. Et. ii. Mathei. vii. Rex mundi defunctoſ noſ pro
ſuiſ legibuſ in eterne uite reſurrectione ſuſcitabit. Et. i. co4. xv.
Omneſ quidem reſurgemuſ. Et ibidem. Stella differt a ſtella in
claritate ſic erit & reſurrectio mortuorum. Et. i. theſal. iiii. Nolū/
muſ uoſ ignorare de dormientibuſ ut ñ. c. ſ. & . c. q. ſ. ñ. b. Si. n.
c. q Ieſuſ. m. ē. & . r. i. & . d. e. q. d. p. Ieſum ad. cum. eo. Et Luce
xiiii. Retribuetur tibi in reſurrectione iuſtorum. Et Io. v. pro/
cedent q. b. f. in. reſurrectionem uite. qui. uero. . m. e. in. r. iudicii.

UVA. BHSC. IyR_021

Et Mathei. xxii. In resurrectione neq; nubent neq; nubentur Et ne multa dicamus in utroq; symbolo resurrectio mortuorum decantatur. De qua etiam in c.i. de summa trinitate & fide catholica. Innocētius tertius ait sic. Omnes cum suis propriis resurgent corporibus. Que nunc gestant ut recipiant scd̄m opera sua siue bona fuerint siue mala. illi cum diabolo penam perpetuam & isti cum Christo gloriam sempiternam ¶Sed contra hanc ueritatem arguunt nonnulli multipliciter ¶Primo infirmant testimonium scripturarum asserentes q̄ quicquid in eis dicitur de resurrectione est spiritualiter intelligendū licet etiam corporaliter loqui uideāt sicut cū dicimus multa de deo corporalia qui incorporeus est que per metaphoram aliquid spirituale designant. ¶Secundo arguunt quia .i. Cor. xv. dicitur. Caro & sanguis regnum dei non possidebunt ¶Tertio arguunt quia dicit Auicenna. iii. meta. quod anihilatum est non reducitur ¶Sed forme corporum humanorum ad ultimum anihilantur quia nihil de eis remanet nisi materia prima Ergo ille forme eedem numero nunq̄m reuertentur ¶Quarto arguunt quoniam contingit ut aliquādo homines carnibus uescant humanis & solum tali nutrimento nutriantur ¶Caro ergo eadem in pluribus hominibus reperitur. Non est autem possibile quod in pluribus resurgat nec aliter uidetur uniuersalis resurrectio & integra si unicuiq; non restitueretur quod habuit uidetur ergo impossibile q̄ hominum resurrectio sit futura. Ad primum argumētū respondet Thomas in. iiii. sum. contra. gentiles. dicens. q̄ phiretus quidam & himeneus tenuerunt spiritualiter intelligēda duntaxat uerba scripturarum de resurrectione quos apostolus. ii. thi. ii. reprobat. dicens. Phiretus & Himeneus exciderant a ueritate dicētes. resurrectionem iam esse factam. Contra eorum igitur opinionem est euangelicus textus Iohannis quinto ubi de utraq; resurrectiōe spirituali scilicet & corporali expresse dominus est locutus. Ait. n. Amen amen dico uobis quia uenit h. & nunc ē. q. m. au. u. fi. dei & q. au. ui. Quod ad resurrectionē spūalem animarum pertinere uidetur que iam tunc fieri incipiebat cum aliqui per fidem Christo adherebant ¶Sed postmodum corporalem resurrectionem exp̄mit dicens ¶Venit hora in q̄. o. q. i. m. s. au. uo. fi. dei. Manifestum est autem q̄ in monumentis non sunt anime sed corpora ¶Ergo predicitur hic resurrectio corporum. Ad secundum argumentum

UVA. BHSC. IyR_021

dicit Boñ. in. quarto. di. xliii. ꝙ apoſtoluſ loquitur ibi de carne & ſanguine quãtum ad corruptionem non quantum ad ſubſtantiam ut intelligatur ꝙ qui carnaliter uiuunt regnum dei poſſidere non poterunt & ſumitur ibi caro pro homine per ſynedochẽ ¶ Ad tertium argumentum reſpondet Richarduſ in quarto di. xliii. quod Auicenna loquitur de poteſtate nature que eſt limitata & finita. ¶ Virtuſ autem diuina cum ſit ĩfinita poteſt idem corpuſ in numero reformare & anime ſue unire. Ad quartum argumentum rñdet Thomaſ in quarto ſumme cõtra gentileſ capittulo. lxxxi ¶ Quod nõ eſt neceſſarium ꝙ quicquid fuit in homine materialiter reſurgat in eo ¶ Et iterum ſi aliquid deeſt ſuppletur per potentiam dei. Ad hoc ergo ꝙ reſurgat homo idem numero nõ requiritur quod quicquid fuit materialiter in eo ſcd̃m totum tempuſ uite ſue reſumatur ſed tantum quantum ſufficit ad complementum debite q̃ntitatiſ & precipue illud reſumendum uidetur quod perfectiuſ fuit ſub forma & ſpecie humanitatiſ ſubſiſtenſ. Caro ergo comeſta reſurget in eo in quo priuſ fuit anima rationaliſ perfecta in ſecũdo uero ſi non ſolum carnibuſ humaniſ paſtuſ eſt ſed & aliuſ cibiſ poterit reſumere tantum de alio quod ei materialiter aduenit quod erit neceſſarium ad debitam quantitatem corporiſ reſtaurandam. ¶ Si uero ſolum humaniſ carnibuſ ſit paſtuſ reſurget in eo quod a generantibuſ traxit & qd̃ defuit ſupplebitur oĩpotentia creatoriſ. qd̃ & ſi parenteſ ex ſoliſ humaniſ carnibuſ paſti fuerant ut ſic & eorum ſemen quod eſt ſuperfluum alimẽti ex carnibuſ alieniſ generatum ſit reſurget quidem ſemen in eo qui eſt natuſ ex ſemine loco eiuſ ei cuiuſ carneſ comeſte ſunt ſupplebitur aliunde. Hoc enĩ in reſurrectione ſeruabitur ꝙ ſi aliquid materialiter fuit in pluribuſ hominibuſ reſurget in eo ad cuiuſ perfectionem magiſ pertinebat ¶ Vnde & ſi fuit in uno ut radicale ſemen in quo eſt generatuſ in alio uero ſicut ſupplementũ ſupuenienſ reſurget in eo q eſt generatuſ ex hoc ſicut ex ſemine ¶ Si uero in uno fuerit ut pertinenſ ad perfectionem indiuidui in alio ut deputatum ad pfectionem ſpeciei reſurget in eo ad quem pertinebat ſcd̃m pfectionẽ indiuidui. unde ſemen reſurget in genito & non in generante ¶ Et coſta Ade reſurget in Eua non in Adam in quo fuit ſicut in nãe principio ¶ Si autem ſcd̃m eundem perfectioniſ modum fuit in utroq; reſurget in eo in quo primituſ fuit. que omnia fiẽt uirtute

UVA. BHSC. IyR_021

illiuſ cui nihil eſt impoſſibile. Hinc Auguſtinuſ li.xxii.de ciuitate dei c.xx.ait¶Abſit ut ad reſuſcitanda corpora uiteq; reddenda ñ poſſit omnipotentia creatoriſ omnia reuocare queuiſ beſtie uel ignis aſſumpſit uel i puluerem cineremue collapſum uel i humorẽ ſolutum uel in auraſ eſt exalatum. Abſit ut ſinuſ ulluſ ſecretumq; nature ita recipiat aliquid ſubtractum ſenſibuſ noſtriſ ut omniũ creatoriſ aut cognitionem lateat aut refugiat poteſtatem. hec ille. ¶Scđo probatur ueritaſ generaliſ reſurrectioniſ ratione que triplex eſſe poteſt¶Prima dicitur reparationiſ. Secunda perfectiõiſ. ¶Tertia completioniſ¶ Prima ratio oſtendenſ futuram corporum reſurrectionem dicitur reparationiſ¶Vt enim dicit Anſelmuſ in libro cur deuſ homo¶Si homo non peccaſſet nunq̃ moreretur ſed cum anima ſimul & corpore ad beatam gloriam aſſumereť. Ergo ſi Chriſtuſ perfecte reparauit hominẽ lapſum debuit illum ad talẽ ſtatum reducere in quo ſimul anima & corpuſ glorificaretur¶Cũ autem hoc non fiat in preſenti quia omneſ morimur¶Ergo aut omneſ reſurgemuſ poſt mortem aut humani generiſ reparatio fuit minuſ ſufficiẽſ quod eſt falſum. Idcirco ſaluator noſter uoluit a mortuiſ reſurgere ut dictum eſt in precedentibuſ quatenuſ & noſ de reſurrectione noſtra ſpem habeamuſ indubitatam.¶Vñ et Pauluſ primo Coꝛ.xv.ait. Si autem Chriſtuſ predicatur quod reſurrexit a mortuiſ quomõ quidam dicũt in uobiſ ꝙ reſurrectio mortuorum non eſt? Si autem reſurrectio mortuoꝝ non eſt neq; Chriſtuſ reſurrexit¶Secunda ratio dicitur perfectioniſ¶Vt enim inquit Richarduſ. Reſurrectio corporum facit ad perfectionem uniuerſi. Eſt.n.triplex ſubſtantia ſcilicet pure corporaliſ & pure ſpiritualiſ & corporali & ſpirituali compoſita¶Si aíme ergo a corporibuſ ſeparate nunq̃ corporibuſ iterum unirentur ſequeretur ꝙ in hac parte uniuerſum perpetuo ſua perfectione careret¶Preterea anima nata eſt ut ſit parſ ſubſtantie compoſite ex corporali & ſpirituali natura parſ autem habet de comuni lege íperfectum eſſe extra totum. Incõueniens autem eſt ut tam nobiliſ ſubſtantia perpetuo careat naturali perfectione ſui eſſe. Inſuper cũ anmia ſit corporiſ forma & forma naturalem inclinationem habeat ad materiam anima ex conſequenti naturalem inclinationem habet ad perficiendum humanum corpuſ & regendum. Sed nulla naturaliſ inclinatio eſt fruſtra quia ut dicitur i tertio de anima Nať

UVA. BHSC. IyR_021

nihil facit fruſtra Et in primo de celo & mundo Natura non facit aliquod factum uacuum. Et ſi hoc eſt uerum de natura naturata multo fortiuſ de natura naſante hoc eſt de inſtitutore create naſ/ture qui ipſam non naturaliter nec de neceſſitate ſed libera uolũ/tate inſtituit. fruſtra aũt & uana eſſet in anima ſeparata predicta inclinatio ſi nunq̃ eẽt humano corpori iteꝝ unienda ¶ Tertia ratio dicitur completionis. Nam ut ait Iſidoruſ in primo de ſũmo bono capittulo. xxix ¶ Qui mente tractauerunt quod perficerẽt corſ/pore ſimul & animo punientur & corpore. Spectat ergo ad comſ/pletam rationem punitionis iniquorum & manifeſtationem diuine iuſtitie ut mali cum ſuis propriis corporibuſ perpetuo puniantur. Sic etiam requirit ſupabundantiſſima clementia & liberalitaſ ſũmi dei & electi ſui cum propriſ corporibuſ eternaliter letentur et gaudeant ¶ Fuerunt namq; corpora ipſa inſtrumenta & organa animarum ad uirtutum opera exercenda. Ipſi etenim ſancti pro Chriſti amore carnem ſuam crucifixerunt cum uitiſ & concupiſſ/centiſ. Et ut ait Pauluſ hebre. xi. Alii diſtenti ſunt non ſuſcipiſ/enteſ redemptionem ut meliorem inuenirent reſurrectionem. Alii uero ludibria & uerbera experti inſuper & uincula & carcereſ laſ/pidati ſunt ſecti ſunt temptati ſũt in occaſione gladi mortui ſũt. Circuierunt in melotis & in pellibuſ caprinis egenteſ auguſtiati afflicti quibuſ dignuſ non erat munduſ. In ſolitudinibuſ errenteſ in montibuſ & in ſpeluncis & cauernis terre ¶ Tertio probatur exſ/emplo ueritaſ reſurrectionis generaliſ. Et Auguſtinuſ libro. xxii. de ciuitate dei refert exemplum illud quod Valeriuſ recitat libro primo i rubrica de miraculis. Et Macrobiuſ libro primo de ſomno Scipionis. Et Plato in libro de republi. Quod quidam Pheretreſ natiõe Pamphiluſ miles officio cum uulneribuſ in prelio acceptis uitam effudiſſe crederet cum. xii. die inter ceteroſ una perempto ſ iacens tandem eſſet honorãduſ igne ſubito ſeu recepta anima. ſeu retenta quicquid emerſiſ diebuſ egerat uideratue tamq̃ publicum profeſſuſ iudicium humano generi enuntiauit Faciunt adhuc ad reſnrrectionẽ corporum approbandam exempla eorum qui ſurſ/rexerunt per ſolam uirtutem dei tam in ueteri q̃ in nouo teſta/mẽto ¶ Scribit̃ nãq;. iii. Re. xvii. qđ Heliaſ p̃cibuſ ſuiſ filiũ uidue ſuſcitauit quia iam mortuuſ erat. Et de ipſo. d. Hieronimuſ in p/logo in Ionam ¶ Sanctum Ionam hebrei affirmant filium fuiſſe

UVA. BHSC. IyR_021

mulieris uidue sareptene quem Helias ppheta mortuū suscitauit matre postea dicēte ad eū. Nūc cognoui q̄ uir dei es tu & uerbū dei in ore tuo uerum est. Et. iii. Re. iiii. c. habetur. q̄ Heliseus extinctum filium mulieris precibus suis ad uitam reuocauit Lu. uero vii. c. ponitur resurrectio adolescentis. Et Mathei. ix. resurrectio filie archisynagogi. Et Io. xi. resurrectio Lazari q̄tu or dies in monumēto iā habentis. Et Actuum. xx. c. narratur de Paulo qui dum predicaret apud Troadem quidam adulescēs nomine Eutichus super fenestram cum mergeret somno graui cecidit de tertio cenaculo deorsū & sublatus oblatus est mortuus. Ad quē cum descendisset Paulus incubuissetq; super eum adolescens ille pristinus uiuens & incolumis resurrexit. ¶ Et ut breuius partem istam concludamus omissis aliis in medium adducemus memorabile illud exemplum de Septem dormientibus quod Theodorus & Rufinus insimul scripserunt. In ciuitate ergo Ephesi orti sunt. s. Maximianus Marcus Martianus Iohānes Seraphyon & Constātinus. Hi cum accusati essent Decio tunc Ephesi existenti q̄ Christiani essent dato eis resipiscendi spatio usq; ad reditum Decii qui prouinciā uisitaturus erat dimittuntur. ¶ At illi interim patrimonium suum in pauperes expendentes inito cōsilio in montem Celion secesserunt & ibi esse secretius decreuerunt Diu ergo latentibus sic unus eorum scilicet Malchus mutato habitu ne cognosceretur ad emendum panes ciuitatem intrabat. Cum autem Decius redisset & eos ad sacrificandum perquiri iussisset Malchus territus ad socios redit qui sedentes & colloquētes in luctu & lacrimis sicut deus uoluit dormierunt. Mane autem facto cum innotuisset Decio illos in spelunca latere iussit os spelunce lapidibus obstrui ut ibi fame morerentur. Mortuo ergo Decio post ānos. cclxxxxvi. tempore Theodosii imperatoris pullulauit heresis eorum qui negabant resurrectionem mortuorum. ¶ Vnde contristatus Theodosius idutus cilicio per singulos dies flebat. ¶ Quod misericors deus uidens thesaurum sue pietatis aperuit misitq; in cor cuiusdā burgēsis Ephesi ut in illo monte edificaret stabulū pastoribus suis. zementarius ergo spelunca apientibus surrexerunt sancti & putabant se una nocte tātum dormisse. Malchus uero ad urbem descendere disposuit ut panes emeret & quid de ipsis diceretur sentiret. Et cum deuenisset ad os spelūce uidens lapides miratus est. Veniens autem ad portā

UVA. BHSC. IyR_021

urbis uidit signum crucis superius depictum inspexit cum admi/
ratione & timore pariter urbem ingreditur in qua neminē cognos/
cebat audiebatq; homines colloquentes de Xpō sicq; stupefactus
& attonitus accessit ad eos qui panes uendebant & cum argenteos
protulisset mirati uenditores dicebant adinuicem q; ille iuuenis ā/
tiquū thesaurū inuenisset. Malchus uero eos adinuicē loqui uidēs
territus rogabat eos ut ipsum dimitterent & panes & pecuniam re/
tinerent. At illi tenentes enim dixerunt Vnde es tu q; thesauros
imparatorum inuenisti? Indica nobis & erimus socii tecum & ce/
labimus te. At ille quasi insanus stabat. Illi uero clamare ceperū
q; thesaurum absconditum inuenisset. adduxeruntq; eum ad epis/
copum ciuitatis nomine Mamertinum & ad proconsulem nomine/
antipatrem. Qui dū uidissent argenteos interrogassentq; Malchū
ubi illos reperisset procidens ante eos Malchus.d. Pro deo dicite
michi ubi est Decius imperator qui heri fuit in hac ciuitate Epis/
copus dixit. Fili non est hodie in terra qui Decius imparator no/
minetur. hic fuit ante longum tempus. Malchus dixit. In hoc ego
stupeo & nemo mihi credit ¶ Sed sequimini me & ostendam uobis
socios meos qui sunt in monte Celion & ipsis credite. Hoc enī scio
q; a facie Decii imperatoris nos confugimus ¶ Et heri sero uidi q;
ingressus est Decius hanc urbem si tamen hec est ciuitas Ephesi.
Tunc episcopus dixit proconsuli ¶ Visio est q̄ uult dīs ostendere
in iuuene isto. Perrexerunt ergo cum eo & populi plurima mul/
titudo & iuenerūt sicut Malchus dixerat. uidētesq; facies sāctorū
glorificauere dominum nuntiaueruntq; rem tam grandem impa/
ratori qui mox ex Constantinopoli Ephesum uenīēs uenit ad locū
ubi sancti morabantur amplexatusq; illos dicebat ¶ Sic uideo uos
tāq̄ si uiderē dīm resuscitātē Lazarū. Tūc dixit sāctus Maxi/
mianus Crede nobis q; propter te suscitauit nos deus ¶ Vere. n.
resurreximus & uiuimus & sicut infans ē in utero matris non sen/
tiens lesionem & uiuit sic fuimus uiuentes iacentes & dormientes &
non sentientes ¶ Ex his dictis consolatus totus populus fuit Xpi/
anorum & cunctis uidentibus inclinantes capita sua in terram spm
domino tradiderunt. Surgens autem imparator cecidit super eos
flens & deosculans eos ¶ Et cum iussisset fieri loculos aureos in qui/
bus mitterentur in ipsa nocte apparuerunt imparatori. d. ut sicut
hactenus in terra iacuerāt & de terra surrexerāt ita eos dītteret

UVA. BHSC. IyR_021

donec illos deus iterū suscitaret. Iussit ergo imperator locum illū in honorem & memoriam eorum ornatis lapidibus decorari.

¶An resurrectio erit generalis respectu electorum damnatorum & paruulorum. ¶Cap⁹ ii.

SEcundū mysteriū de resurrectiōe generali declarandū dicit generaliratis. In quo aperiendum est an resurrectio erit generalis. & hoc triplici respectu ¶Primo respectu electorum ¶Secundo damnatorum ¶Tertio paruulorum ¶Primo uidendum est si resurgent electi ¶Et licet ex precedentibus firmiter habeatur ꝙ sic ¶Tamen nonnulli arguunt in contrarium. Et primo quia liberior est anima ad contemplandū deum a corpore exuta q̄ corpi coniuncta. Sed nihil debet fieri quo anime electorum sint minus libere ad contemplandum deum ¶Ergo electorum. anime iterum corporibus non reuntentur ¶Secundo arguunt quia non debet participare in premio quod prestat impedimentum in merito. Sed corpus prestat impedimentum anime in merito. quia ut dicitur ad gal. Caro concupiscit aduersus spiritum. Ergo non debet participare cum anima in premio. Participet autem si iterum aīe uniret electe ¶Tertio arguunt quia non potest esse resurrectio nisi a morte in uitā reparatio. Sed non omnes homines morientur ergo non omnes resurgent. Dicitur enim in symbolo ¶Quod Christus uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Ergo aliqui iudicabuntur qui nunq̄ morientur. Et Hieronimus ad Marcellam ait. Quosdā in fine seculi aduenīente Christo non esse morituros sed uiuos repertos in immortalitate repente mutandos. Et Augustinus li. ii. de baptismo paruulorum dicit ¶Quibusdam in fine largietur ut mortē istā repētina cōmutatione non sentiant. Ad p̄mū argūm̄tū respondet Rich. ꝙ licet anima unita corpori tali quali habet mō non sit ita libera ad contempladum deum sicut a corpore exuta tamen hoc non est uerum de corpore glorificato quale habebunt electi in resurrectione. Ad secundum dicendum scd̄m Richardū. ꝙ in corpore nostro duo sunt scilicet natura & hec non prestat impedimentum merito & uitiositas que prestat impedimentū merito. Et ideo in electis non resurget uitiositas corporis sed natura. Ad tertium refert Richardus Quod falsum est dicere ꝙ non omnes homines morientur cum dicatur Geñ. iii. ad Adam Puluis es & in puluerem reuerteris. que sententia cecidit super omnes qui scd̄m

UVA. BHSC. IyR_021

legem nature ab eo erant descensuri. Vnde Paulus Ro. v. dicit. Sic per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit & per peccatum mors ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccauerunt. Et heb. ix. ait ¶Statutum est omnibus semel mori quare. dicendum est ꝙ ad soluendū debitum originalis peccati omnes homines morient. In symbolo uero dicitur ꝙ Christus iudicabit mortuos qui iam mortui sunt. & uiuos qui scilicet uiuūt in presenti licet sint morituri. Hieronymus etiam pro tanto dixit quosdam non moriturōs quia post mortem quasi statim resurgent Augustinus autem dictum suum correxit li. ii. retractionum. c. xxiii ¶Secundo uidendum si resurgent omnes adulti damnati ¶Et hoc propter uerbum propphete. d. Non resurgēt impii in iudicio Ad quod rñdet Rich ¶Quod illud uerbum intelligitur uel de resurrectione spirituali in presenti iuditio misericordie uel de resurrectione corporali gloriosa ¶Quod patet ex uerbis sequentibus ubi subditur. Neq; peccatores in consilio iustorum ¶Tertio uidēdū est an resurgent paruuli qui cum solo originali decesserunt ¶Et quibusdam uidetur ꝙ non eo ꝙ resurrectio erit propter plenam attributiōem meritorum. Sed paruuli tam purgati a peccato originali q̄ illi q ī peccato originali decedūt nō meruerūt neq; demeruerunt ergo nec illi nec isti resurgent ¶Sed in contrarium est sñia omnium theologorum ¶Ideo Richardus dicit ꝙ paruuli qui cum originali decesserunt resurgent ¶Ratio est quia pro peccato originali obligatur homo ad penam damni ¶Peccatum aūt originale contrahit illa anima per sui unionem cum infecta carne ¶Et ideo conueniens est ut anime paruulorum carentiam uisiōis dei perpetuo patiantur suis corporibus unite per quorum contagionem incurrerunt obligationem ad penam. Ad rationem ergo incōtrariū dicendum. ꝙ quamuis in paruulis non sit actus merendi uel demerendi in illis tamen in quibus remissum est peccatum originale est radix merendi scilicet gratia gratum faciens Et in illis quibus non est remissum est radix demerendi scilicet habitualis concupiscentia ¶Et ideo resurgent tam isti q̄ illi ¶Ex quibus omnibus concludimus resurrectionem corporum futuram ad omnes homines se extendere.

¶ Qualiter mortui resurgēt respectu loci dispositionis. & finis.

¶ Capitulum. iii.

UVA. BHSC. IyR_021

Tertium mysterium de resurrectione generali dicitur qualitatis ¶ In quo aperiendum est qualiter mortui resurgent & hoc triplici respectu ¶ Primo respectu loci ¶ Secundo respectu dispositionis ¶ Tertio respectu finis ¶ Primo uidendum est qualiter mortui resurgẽt respectu loci in quibus scilicet locis resurrecturi sunt ¶ Et dicit Richardus. qđ si corpora mortuorum siue illorum puluerես fuerint in monumentis ibidem reformabuntur & surgẽt iuxta illud Ezechielis.xxxvii. Ecce ego aperiã tumulos uestros & educã uos de sepulchris uestris populeus ¶ Et glo. super illud Matbei.xxvii ¶ Monumenta aperta sunt etc. dicit monumenta aperta sunt in tipum resurrectionis future ¶ Si autem corpora nó erunt in monumentis resurgent in illis locis in qbus tẽpore resurrectionis erit pars principalior corporis ¶ Si autem illo tẽpore cóstigat alicuius corporis partes esse in pluribus locis utpote quia medietas cordis esset in uno loco & medietas in alio & sic de capite & aliis membris tunc resurrectio fiet in loco ubi deus uolet ¶ Si autẽ in uno loco esset cor totum & in alio totum caput tunc quidã dñt q resurrectio fiet in eo loco ubi erit cor quia ipsum formatur p̄/usq̄ cetera membra ut dicit Arist. in. xiii. de animalibus ¶ Et sic. d. Auicenna. Cor est primum membrum in uita & est primum p̄ncipium uenarum & neruorum & ab ipso tamq̄m a primo principio deriuatur per totum corpus influentia anime uitalium motuum causatiua quia ab ipso est prima origo spirituum qui sunt delatiui influentie ipsius anime Circa cor etiam alia membra congregant sicut contra centrum & est illud quod ultimo moritur in homine. Alii dicunt q homo resurget ubi tunc erit caput quia ut habet. ff. de reli. & sump. fun. l. Cum in diuersis. Ibi est hominis sepulta ubi est caput eius sepultum. Ambrosius etiam in glosa super illud psal ¶ Vide humilitatem meam & eripe me. dicit q caput totũ corpus dirigit & sensibus implet. Et ibi expresse uidetur attribuere sibi primatum inter omnes partes totius corporis. Quicquid autem de hoc sit relinquamus ipsi deo cuius uirtute ut dictũ est resurrectio mortuorum fiet ¶ Secundo uidendum est qualiter mortui resurgẽt respectu dispositionis & hoc quantum ad tria ¶ Primo quantum ad etatem ¶ Secundo quantum ad quantitatem ¶ Tertio quantum ad deformitatẽ ¶ Primo quantum ad etatem. queritꝰ si omnes resurgẽt in eadem etate ¶ Et respondet Richardus in. iiii. di. xliii. q etas

UVA. BHSC. IyR_021

poteſt accipi dupliciter¶Vno modo pro toto tp̃re quo uixit homo ab inſtanti ſue formatóis uſq; ad ĩſtans ſue reformationis.& ſic nó omnes in eadem etate reſurgent¶Alio modo pro ſtatu corporis & uirtutis qui ex annis i humano corpore relíquitur ſc̃d̃m quẽ mod̃ accipiendi etatem dicimus q̃ Adam fuit factus in etate uirili¶Et ſic omnes in eadem etate reſurgent quia omnes reſurgent in ſtatu corpis & naturalis uirtutis quam habituri erant ſi tantum uixiſſẽt uel habuerunt qui tantum uixerunt que eſt in tempore ad quod terminatur mõdus perficiendi qui circiter de lege comuni eſt illud tempus quo Chriſtus mortuus eſt¶Propterea glo.eph.iiii.quam magiſter ſententiarum inducit in textu dicens¶Omnes in eadem etate reſurgent in qua Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit cuius/cunq; etatis mortui fuerint¶Et Auguſtinus.xxii.li.de ciuitate dei c.xv.inquit.Quod cómemorauit apoſtolus de mãſura etatis plenitudinis Chriſti ſic accipiamus dict̃ ut nec ultra nec infra iu/uenilem formam reſurgant corpora mortuorum ſed in ea etate ad quam Chriſtum peruenisſe cognouimus¶Secundo quęrtum ad q̃n/titatem querunt doctores.Vtrum omnes reſurgent i eadem for/ma.Et reſpondet Richardus Quod non ſed quilibet reſurget in ea quantitate & menſura ſiue ſtatura que unicuiq; individuo de/bebatur in termino motus perficiendi ſc̃d̃m naturalem uirtutem caloris extendentis humidum & humidi ſuſcipientis extenſionem. Si autem per errorem nature uel per nimiam ſuperabundantiam materie eſſet indebitus quantitatis exceſſus uel diminu-tio ſiue de/fectus diuina potentia ſupplebit uel reſecabit prout plene ponit Auguſtinus libro.xxii.de ciuitate dei c.xv¶Tertio quantum ad deformitatem queritur.Vtrum corpora reſurgentium reſurgent cum deformitatibus ſuis¶Et quidam arguunt q̃ ſic¶Primo quia cicatrices ſunt deformitates in corpore¶Sed corpus Chriſti reſur/rexit cum cicatricibus ut patet Iohannis.xx.Ergo multo fortius reſurgent alia corpora cum ſuis deformitatibus¶Secundo arguũt quia Auguſtinus dicit.xxii.de ciuitate dei c.xv.Quod mulieres in ſexu femineo reſurgẽt¶Sed femineus ſexus eſt ex defectu na/ture & preter eius intentionem quia ſicut dicit Ariſtoteles in.xvi. de animalibus¶Femina eſt uir occaſionatus ideſt imperfectus. Ergo aliqua deformitas erit in illis reſurgentibus¶Sed in con/trarium eſt auctoritas Auguſtini in Ench. dicentis.Reſurgen-

UVA. BHSC. IyR_021

corpora sanctorū sine ullo uitio seruata integritate nate. Rñdēt ergo doctores Theologie ¶ Quod sicut accipi potest ex sententia Augustini. xxii. de ciuitate dei c. xix. Omnis deformitas reducitur uel ad illam que est ex parte coloris. uel ad illā que est ex pte figure. uel ad illam que est ex parte diminutionis partium. uel ad illam que est ex parte superabundantie. Quocunq; modo accipiatur deformitas nullo pacto erit in corporibus electorum. Corpa autem damnatorum resurgent sine deformitate que est ex parte diminutionis partium. quia ut apostolus dicit. 1. Cor. xv ¶ Mortui resurgent incorrupti idest sine diminutiõe scd̄m glo. Sed utq; resurgant sine deformitatibus alius dubium est. Et quidam dicunt. Quod deformitates alie manebunt in eis ad maiorem confusionem illorum. Alii uero dicunt q̄ resurgent sine illis quia in reparatiõe corporis resurgentis magis attendetur nate perfectio q̄ conditio que prius fuit. Hoc tñ Aug. in Ench. relict indeterminatū dñs. q̄ nos fatigare ñ debet eoq; incerta bitudo uel pulchritudo quoq; erit certa & sempiterna damnatio ¶ Ad primum ergo argumētū rñdet Augus. xxii. de ciuitate dei c. xx. qd̄ cicatrices in corpore Xp̄i & in corporibus martyrum ut etiam tactum est in sermone precedenti non erunt ad deformitatem sed ad dignitatem & decorem. Ad secundum argumentum ¶ Notandum q̄ ut Augustinus dicit. xxii. de ciuitate dei c. xvii. Aliqui uoluerunt dicere quod omnes resurgent in sexu uirili propter uerbum apostoli qui ait eph. iiii. Donec omnes occurramus in uirum perfectum. Et sicut August. exponit Vir dicitur ibi non a sexu sed a uirtute non corporis sed mentis per quem modum mulier sancta uir est ¶ Et scd̄m hoc dicit̄ in psal. Beatus uir q̄ non abiit i cõsilio etc. qd̄ intelligi etiam potest de muliere. Dicendum ergo qd̄ sicut uiri reurgent in sexu uirili sic mulieres in femineo quia hoc exigit natura indiuidui & congruit perfectioni speciei & erit occasio laudādi sapientiam dei ¶ Et ut ait Augustinus ubi supra ¶ Membra feminea non erunt accommodata ueteri usui sed nouo decori quo non alliciatur aspicientis concupiscentia que nulla erit sed dei laudetur sapientia atq; clementia ¶ Quamuis igitur mulier geueretur preter intentionem nature particularis. est tamen de intentione nature uniuersalis que utrunq; sexum requirit ad perfectionē humane speciei. nec erit post resurrectionē in illo sexu confusio quia sicut. d. Augustinus

UVA. BHSC. IyR_021

Non erit ibi libido que confusionis cā est. Nam prius q̄ peccasset nudi erant & non confundebantur uir & femina ¶ Vnde nec post resurrectionem uestibus opus erit ¶ Tertio uidendum est qualiter mortui resurgent respectu finis. Et ad hoc dicimus q̄ ut ex precedētibus colligi potest. finis damnatorum erit ut cum corporibus eternaliter cruciētur. finis autem electorum erit ut cum corpibus in perpetuum letentur & consolentur ¶ Sed dubium in hoc orit· ¶ Vtrum electorum beatitudo maior erit post iudicium q̄ ante. Et respondet Richardus di. xlix. q̄ maior erit extensiue eo q̄ modo non habent nisi beatitudinem anime. Tunc autem erunt beati & in anima & in corpore. Beatitudo etiam cuiuslibet aīe erit maior extensiue quia nunc gaudet de bono proprio. Tunc autem gaudebit & de suo & de corporis bono. Aliqui tamen dicunt q̄ nō erit maior intensiue. Sed contra eos est auctoritas magistri dicentis in textu ¶ Peracto iudicio ampliorem gloriam sue claritatis deus monstrabit electis. nō q̄ anima sit receptura maiorē glorie habitum. sed quia augebitur perfectio sue naturalis uirtutis ¶ Quāto autem perfectior est naturalis anime uirtus tanto cum equali adiutorio supernaturali deum clarius uider. Quod autem perfectior futura sit per corporis resumptionem naturalis anime uirtus. Ric. probat sic ¶ Quanto rei habet perfectiorem essendi modum tanto perfectius potest habere sue uirtutis operatiōem ¶ Sed anima btā per sui corporis resumptionem habebit perfectiorem essēdi modū q̄ modo quia omnis pars habet perfectiorē modum essēdi in toto q̄ seperata ideo habebit perfectiorem naturalem uirtutem q̄ mō. ¶ Preterea natura recta non appetit naturaliter habere aliqd quo habito non fieret perfectior scd̄m modū essendi nec scd̄m uirtutē. Sed si cuiuslibet anime btē est natura recta & quelibet naturaliter appetit resumptionem corporis proprii ¶ Ergo per illā resūptionē quelibet fiet perfectior scd̄m essendi modum uel scd̄m uirtutem. Perfectiorem ergo habebunt anime essendi modum & uirtutem post reassūptionem corporum q̄ ante & per consequens maiorem beatitudiem ¶ Quod autem aīa in corpore corruptibili ipfectiorē habeat suam operationem naturalem q̄ seperata hoc est p accidēs scilicet ratione corruptibilitatis corporis. Quia ut dicitur sapie. ix. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Sed ut dicit Aug. xii. super Geñ. uersus finem. Cum anima hoc corpus iam ñ aīale

UVA. BHSC. IyR_021

ſed per futuram commutatationem ſpirituale receperit perfectū habebit nate ſue modū obediēſ & imperanſ uiuificata & uiuificāſ tam ineffabili facilitate ut ſit ei glorie quod fuit ſarcine. Erit itaq; in illa generali reſurrectione ſuperadmiranda letitia & iocūditaſ amicorum dei qui ex affectu experientur q̄ fructuoſum ē ꝓpter xp̄m quoſcunq; ſubire laboreſ. Ecōuerſo uero damnati miſeri ex pene acerbitate cognoſcent quanta eſt ſtultitia quanta dementia negligere animam & fouere corpuſ cōtempnere celum & querere mundum reſiſtere deo & ſeruire diabolo. Sollicite igit̄ ꝓuidēdum eſt ut ab ipſiſ impiiſ ſeparati per bona opera & ueram penitētiam anumerari ualeamuſ angelicis choriſ ordinibuſq; ſanctorum col/ laudātes & benedicentes deū per immortalia ſeculoꝝ ſecula. Amen

Aſpiciſ illuſtriſ lector quicunq; libelloſ
Si cupiſ artificum nomina noſſe: lege.
Aſpera ridebiſ cognomina teutona: forſan
Mitiget arſ muſiſ inſcia uerba uirum.
Cōraduſ ſueynheym: Arnolduſ pānartzq; magiſtri
Rome impreſſerunt talia multa ſimul.

M.CCCC.LXXII.
die.xvii.Nouembriſ.

UNIVERSIDAD DE VALLADOLID
VALLADOLID

UVA. BHSC. IyR_021

UVA. BHSC. IyR_021

UVA. BHSC. IyR_021

UVA. BHSC. IyR_021

UVA. BHSC. IyR_021

ROVERE

DE LICIO

Sermones

Biblioteca de Santa Cruz
IyR 21

UVA. BHSC. IyR_021

OVADRAGESIMI

UVA. BHSC. IyR_021